MONUMENTA

SPECTANTIA

HISTORIAM SLAVORUM MERIDIONALIUM

VOLUMEN XXVII.

MONUMENTA RAGUSINA.

LIBRI REFORMATIONUM.

TOMUS III.

A. 1359.—1364.

ZAGRABIAE 1895.

SUMPTIBUS ACADEMIAE SCIENTIARUM ET ARTIUM

EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.

U knjižari jugoslavenske akademije (knjižari Dioničke tiskare) u Zagrebu

mogu se dobiti knjige, koje izdaje jugoslavenska akademija znanosti i umjetnosti, koje izlaze njezinom pomoću i koje su prešle u njezinu svojinu:

A. Knjige, koje izdaje akademija.

I. Zbornici:

1. Rad jugoslavenske akademije znanosti i umjetnosti. (Knj. 1—124):
Knjige I—III., zatim X—LIX. i LXXX. svima trima razredima zajedničke. Ciena knj. I—XIX. svakoj 1 fr. 25 nvč. Knj. XX. do LIX. svakoj 1 fr. 50 nč. Knj. LXXX. 2 for. Knj. IV—IX. ne ima više u zalihi.
Filologičko-historičkoga i filosofičko-juridičkoga razreda. Knj. LX., LXII., LXIII., LXV., LXVII., LXVIII. LXX., LXXI., LXXIII., LXXIV., LXXVI. LXXVII., LXXIX., LXXXI., LXXXII., LXXXIV., LXXXV., LXXXVI., LXXXIX., XCI., XCIII., XCIV., XCVI, XCVII., XCVIII., XCIX., C., CI., CII., CIII., CV., CVIII., CX., CXII., CXIV., CXV., CXVI., CXVIII., CXIX., CXXI. i CXXIV. (I—XLIII.) Ciena po 1 for. 50 novč.
Matematičko-prirodoslovnoga razreda. Knj. LXI., LXIV., LXVI., LXIX., LXXII., LXXV., LXXVIII., LXXXIII., XCII., XCV., CIV., CVI., CVII., CIX., CXI., CXIII., CXVII., CXX., CXXII. i CXXIII. (I—XX.). Ciena CXI. i CXXII. knjizi 2 for. 50 novč., CXVII. (XVII_1) i ostalim 1 for. 50 nvč., a CXVII. (XVII_2) i CXXIII. kao i svakoj svezci 75 nč.
Boškovićev. Knjiga LXXXVII., LXXXVIII., XC. Ciena 4 for. 50 nvč.
Knjige IV., V., VI. i VII. „Rada" su razprodane.

2. Stari pisci hrvatski. (Knj. 1—20.)
Knj. I. Pjesme M. Marulića. U Zagrebu 1869. Ciena 2 fr.
„ II. Pjesme Šiška Menčetića Vlahovića i Gjora Držića 1870. Ciena 2 fr.
„ III. i IV. Pjesme Mavra Vetranića Čavčića. 1871. i 1872. Ciena III. knj. 2 fr., knj. IV. 2 fr. 50 nč.
„ V. Pjesme Nikole Dimitrovića i Nikole Nalješkovića. 1873. Ciena 2 fr.
„ VI. Pjesme Petra Hektorovića i Hanibala Lucića. 1874. Ciena 2 for.
„ VII. Djela Marina Držića. 1875. Ciena 3 for.
„ VIII. Pjesme Nik. Nalješkovića, A. Čubranovića, M. Pelegrinovića i S. Mišetića Bobaljevića i Jegjupka neznana pjesnika. 1876. Ciena 1 fr. 70 nvč.
„ IX. Djela Ivana Fr. Gundulića. 1877. Ciena 5 fr.
„ X. Djela Frana Lukarevića Burine. 1878. Ciena 2 fr. 50 nč.
„ XI. Pjesme Miha Bunića Babulinova, Maroja i Oracija Mažibradića i Marina Burešića. 1880. Ciena 1 for. 80 nč.
„ XII., XIII. i XIV. Djela Gjona Gjora Palmotića. 1882., 1883. i 1884. Ciena knj. XII. 3 for., XIII. 3 for. 50 nvč. XIV. 2 for.
„ XV. Djela Antuna Gleđevića. 1886. Ciena 2 fr.
„ XVI. Djela Petra Zoranića, Antuna Sasina i Savka Gučetića Bendevişevića. 1888. Ciena 2 for. 50 nvč.
„ XVII. Djela Jurja Barakovića. 1889. Ciena 3 fr.
„ XVIII. Pjesni razlike Dinka Rańine. 1891. Ciena 2 for. 50 nč.
„ XIX. Djela Gjona Gjora Palmotića. 1892. Ciena 50 nvč.
„ XX. Crkvena prikazańa starohrvatska XVI. i XVII. vijeka. 1893. Ciena 2 for. 50 nč.

3. Starine. Knj. I—XXVII. 1869—1895. Ciena I. knjizi 1 fr. 25 nč. Knj. VII., X., XXI., XXII., XXIII., XXIV., XXV. i XXVI. po 2 for., ostalim po 1 for. 50 nvč.

MONUMENTA

SPECTANTIA

HISTORIAM SLAVORUM MERIDIONALIUM

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM ET ARTIUM SLAVORUM MERIDIONALIUM.

VOLUMEN VIGESIMUM SEPTIMUM.

ZAGRABIAE 1895.

EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.

MONUMENTA RAGUSINA.

LIBRI REFORMATIONUM.

TOMUS III.

A. 1359.—1364.

ZAGRABIAE 1895.

IN TABERNA LIBRARIA EIUSDEM SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.

PRIPOMENAK.

Ovaj treći svezak „Monumenta Ragusina" dolazi dosta kasno iza drugoga izdana 1882., jer su sredstva akademije prilično tijesna. Sada će se nastojati, da barem „reformacije" dovršimo. Da bude izdanje što ispravnije, zamolismo našega druga gospodina *Josipa Gelcicha,* da vodi korekturu po originalu i da mjestimice dopuni, što je on i učinio. Time će pasti svaki mogući prigovor glede nejednakoga pisanja imena, jer su imena štampana onako, kako su nejednako pisana u samom originalu.

U Zagrebu dne 10. decembra 1895.

Uprava akademije.

Anno 1359.

Liber Reformationum inceptus in MIIICLVIIII. Indictione XI die primo mensis Julii, sub regimine domini Nicole de Sorgo.

In consilio Rogatorum sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii xxx, captum fuit et firmatum per xxviiii ipsorum consiliariorum de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio dimittendi Bratoe spadarium de Antibaro, qui captus fuit cum illis de Budua.

Item in eodem consilio Rogatorum captum fuit et firmatum per xvi consiliariorum de respondendo comiti Voyslavo quod occasione robarie facte hominibus suis, capta fuit familia Ruye Subçich et fiet de ipsa illud quid ordo iuris postulat et requirit.

Die tercio mensis julii. In maiori consilio sono *ecc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii lxxxi, captum fuit et firmatum per lxx ipsorum consiliariorum, quod Petragna Savini de Bonda possit refutare totum suum ius, quod habet in parte Stagni et Puncte in omnibus suis iuribus et pertinentiis Marini fratris sui Clime Thome de Dersa, que fuit dicto Petragne sentenciata.

Die predicto. In consilio Rogatorum sono ecc. congregato in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii xxx, captum fuit et firmatum per xxvii ipsorum consiliariorum, de dando illis de Liustiza pro merito servitiorum, qui fecerunt comuni Ragusii perperos iic, qui dividi debeant secundum quod dictum est.

Die predicto. In supradicto consilio Rogatorum ut predictum est congregato, in quo fuerunt consiliarii xxx, captum fuit et firmatum per omnes ipsos consiliarios de confirmando Jacobum de Georgio, Nicolam de Zavarnigo et Marinum de Mençe supra factum illorum de Budoa; et possint expendere perperos l.

Die vii mensis julii. Bogoe Çugnevich, Marota Dymcovich, Dobra uxor Radoychi de Calamota, in minori consilio sono *ecc.* congregato facti fuerunt tutores Pervec filii Vlachote Maystrovich de ysola.

Die viiii mensis predicti. Vlacus Abenta et Vlacus de Vladicossa, in minori consilio sono *ecc.* congregato, facti fuerunt tutores heredum Marini de Bocolino.

Die xi mensis julii. In minori consilio *ecc.* data fuit licencia tutoribus heredum Nicole de Luchari posse se concordare et convenire cum Marino de Goçe prout videbitur fore bonum et utile dictorum heredum.

Die xii dicti mensis. Paulus, Çancus nepotes Pasche de Goçe in minori consilio *ecc*, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii viiii. absoluti fuerunt a subiectione tutelle, ut possint a modo in antea facere tamquam homines sui iuris.

Nicola de Cherpa, Blaxius de Mençe, Dragus de Bingola, Aniza uxor quondam Nicole Arbanensis, in minori consilio ecc. dati fuerunt tutores filio dicti Nicole Arbanensis et eius heredi.

Vita de Goçe in minori consilio ecc. factus fuit tutor heredum Petri de Buchia, quondam Nicole iuxta Lauriçam de Volcasso.

In maiori consilio *ecc.* congregato, in quo fuerunt consiliarii lxxvi, captum et reformatum fuit per xxxvi ipsorum consiliariorum, quod eruantur oculi illis tribus de Budua, qui sunt ad presens in carceribus comunis, propter ea que habentur contra ipsos commissa et perpetrata contra homines de Ragusio per ipsos tres Et consiliarii fuerunt xxii qui volebant primam partem, scilicet quod deberent in carceribus retineri, et xxvii fuerunt volentes servare terciam partem positam in dicto consilio, quod deberent furcis suspendi. Et propterea secundum dictam partem de erruendo eis oculos, que habuit plures balotas die xiiii dicti mensis, de auctoritate dicti Consilii, seu maioris partis, per Mathe de Menze militem fuit mandatum et per manigoldum ad hoc electum, dicti tres in loco solito fuerunt accecati, ita quod lucem oculorum totaliter amiserunt presente me Francisco de Placencia notario et Çure vicario, et multitudine hominum copiosa.

Item in dicto maiori consilio captum et reformatum fuit per lx de dicto consilio quod fiat gracia Orse de Bodacia, posse conducere versus ponentem medietatem mille castratorum, quos conducet Ragusium vel in districtum solvendo doanam consuetam. Et alia medietas remaneat Ragusii, caricando ad Slanum.

Die xviii mensis julii. In pleno et generali consilio dicte civitatis more solito congregato, in quo fuerunt consiliarii lxxvii, captum et reformatum fuit per omnes, de dando cuilibet apportanti seu conducenti frumentum in civitate Ragusii, causa vendendi, usque ad festum sancti Michaelis proxime venientis, de quolibet stario grossum unum a comuni.

Die predicto xviii julii. In dicto maiori consilio ut predictum est, more solito congregato, in quo fuerunt consiliarii lxvii captum et reformatum fuit per lv de faciendo gratiam fratribus minoribus et predicatoribus de Ragusio posse conducere vinum de Stagno et de Puncta pro eorum substentacione usque ad sanctum Michaelem proximum Quod vinum descaricari

non possit de navigio sine licentia dominationis et debeat caricari in portu Stagni cum consciencia Comitis Stagni, et debeat apportare litteras Comitis Stagni de quantitate vini quam fecerint caricari. Et non possint ire Stagnum ad caricandum sine licencia et littera domini rectoris. Et non possint conducere vinum nisi tantum quantum fuerit eis concessum per dominum rectorem et parvum consilium esse necessarium eis, usque ad sanctum Michaelem proximum.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et reformatum per LVIII de dicto consilio, de mutuando Vite de Goçe de lignamine comunis, necessario sibi pro fortificatione arboris coche, quod lignamen teneatur restituere usque ad XII dies, tam bonum et longum et grossum, sicut est illud comunis, dando pignum argenti de duplo valoris dicti lignaminis Comunis. Et si non dabit ad dictum terminum quod comune possit emere ad expensas ipsius Vite.

Die XX mensis Julii. In maiori consilio more solito congregato in quo fuerunt consiliarii LXXXXIII, captum et reformatum fuit per LXXXVIII de dicto consilio, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum additione decem sapiencium faciendi omnia que eis videbuntur fore utilia et bona pro bono et conservacione civitatis et omnium existencium in ipsa, sicut maius et generale consilium facere possent, excepto quod non possint facere armatam, improntum et gabellam de novo. Que libertas duret usque ad sanctum Michaelem proximum venturum.

Nomina Illorum decem addictorum dicto parvo consilio. Ser Marinus de Bona, Ser Iohannes Pauli de Gondola, Ser Marinus de Mençe, Ser Nicola de Zavarnigo, Ser Johannes Nicole de Gondula, Ser Iohannes de Cereva, Ser Nicola de Saracha, Ser Petrus de Bausela, Ser Nicola de Grede, Ser Vita de Resti.

Die XXII Julii. In maiori consilio more solito congregato, in quo consilio interfuerunt consiliarii LXXXIII, captum et reformatum fuit per LXXXII de dicto consilio, quod minus consilium cum additione X sapientum habeant licenciam possendi ordinare homines insularum, et quod comes insularum vadat ad insulas, et quociens videt quod comes Stagni faceret aliqua signa ordinata de die vel de nocte, quod illico teneatur ire ad Stagnum cum tot hominibus quot fuerint sibi commissi.

(Cfr. Mon. Rag. Vol. II. p. 276 et seq. ex Lett. et Comm. di Lev. p. 1.)

Die quinto mensis Augusti. In maiori consilio civitatis Ragusii more solito congregato, in quo fuerunt consiliarii LXVII, captum et reformatum fuit per omnes de dicto consilio de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio possendi tractare aliquam menam de blado cum mercatoribus, vel cum aliis, dando unum grossum pro stario, vel per compram per illum modum quo eis videbitur. Et illud quod facere poterunt, vel modum quem invenerant, reducere debeant ad istud maius consilium hodie ad octo dies vel ante si poterunt, antequam firment aliquid.

In minori consilio cum addictione X sapientum sono compane more solito congregato, captum fuit quod scribatur comiti insularum quod

comes Stagni scripsit nobis, quod ordinaverat cum ipso comite insularum quod fieri debent ignis de nocte pro securitate, et quod ipse deberet respondere. Et die sabbati fecit ignem de nocte, et ipse non respondit. Et idcirco scribatur dicto comiti insularum et precipiatur sibi, ut mittat Ragusium dicto consilio, illico illos custodes qui custodierunt illa nocte, et sciet, quod si ipse faciet contra commissionem, ipsum consilium et sapientes dictum comitem optime punient. Et sic fuit sibi scriptum.

Item in dicto minori consilio et additione predicta captum fuit quod mittantur Stagnum tabule c et traveselli si portelete non sunt, et clavi necessarii.

Die vii mensis augusti. In maiori et generali consilio civitatis Ragusii, more solito congregato, in quo consilio fuerunt consiliarii lxvi, captum fuit et reformatum de confirmando magistrum Bernardum physicum pro uno anno sequenti cum pactis et condictione consuetis.

Item die predicto in supradicto maiori consilio, ut predictum est congregato, in quo fuerunt consiliarii lxvi, captum et reformatum fuit de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse mittere pro uno medico cirogico, quo eis videbitur cum illo salario, pactis et condictionibus que videbuntur eis, committendo istud servicium nostris mercatoribus extra Ragusium existentibus, non mictendo sindicum hinc.

(Cfr. Mon. Rag. II. p. 278 et seg. Ex Lett. e Comm. p. 3.)

Die predicto. In minori consilio more solito congregato, data fuit licentia Maroe Andrich de Zupana, quod possit accipere soldos tres terreni ab Abbate de Pechina ad medietatem pastinando.

Nicus de Palmota, Michus de Proculo, Andre de Binzola facti fuerunt justitiarii et officiales supra vinum.

Die viii augusti. In minori consilio sono campane more solito congregato cum a dictione x sapientum, captum fuit et firmatum, quod fulciatur Vacheta Stagni de omnibus necessariis.

Angelus de Macxi, Milce de Lebro in minori consilio more solito congregato dati fuerunt tutores heredibus Milosii Svirilo, qui iuraverunt etc.

Die nono mensis augusti. In maiori et generali consilio civitatis Ragusii more solito congregato, in quo fuerunt consiliarii centumquinque, captum et reformatum fuit per lxvii de dicto consilio, de non dando familiam Ruye Comiti Voislavo.

Item die predicto in dicto maiori consilio, in quo fuerunt consiliarii cv, captum et reformatum fuit per lxxxxiii, de dicto consilio, de mittendo ad dominum nostrum, dominum regem Hungarie et banum Dalmacie et Chroatie et banum Bosne lamentando de oltraçijs et damnis nobis illatis per istum Vojslavum, et ad alios quibus videbitur transmittendum occasione predicta.

In dicto maiori consilio captum fuit de mittendo sine dilatione dictas literas domino regi Hungarie, bano Croatie et bano Bosne, et aliis. Captum per LXIII de dicto consilio.

Die VIIII augusti. In minori consilio cum additione X sapientum more solito congregato captum fuit et firmatum, de scribendo Johanni Pauli de Gondula, quod ipse debeat et possit promittere comiti Voyslavo ab yperperis IIIIM inferius quam melius poterit, faciendo nobiscum pace, et quod debeat si possit reducere ipsum comitem ad nos vel ad marinam.

Die XI mensis augusti. In minori consilio cum additione X sapientum captum fuit et reformatum, quod nullus de dicto consilio minori et addicionis, de aliqua parte capta in ipso consilio, audeat dicere, quod dicta pars capta per maiorem partem sit male capta, vel non bene provisum supra illo negocio in dicto consilio vel extra, sub pena yperperorum C, sed bene possit dicere, quod pars capta fuit bene capta.

Dominus rector ser Iohannes de Bona cum dicto consilio et cum predict aaddictione precepit ser Çive de Georgio, quatenus sub pena yperperorum centum non audeat nec debeat loqui per plateas vel per civitatem aliquid de partibus captis in consiliis, quod sint male capte vel male ordinate, sed si sibi videbitur aliquid recordari pro bono civitatis, quod possit venire ad dictum rectorem et ad consilia et recordari et dicere opinionem suam.

Simile preceptum factum fuit Rosino de Sorento.

A. D. MIIICLVIIII. Indict. XII.

Die XVI mensis augusti. In minori consilio sono *etc.* congregato, fuerunt incantate domus infrascripte, que sunt in platea, pro annis quinque per Allegrinum preconem. Qui annus incipit die XV mensis augusti presentis. Et quia non inventi fuerunt qui plus dare vellent, date et deliberate fuerunt per dominum rectorem ser Johanem de Bona pro annis quinque, prout inferius continetur per ordinem.

Milçe de Lebro habuit domum comunis quam tenebat Dyme Mutina pro annis quinque, pro yperperis viginti octo in anno.

Andre filius Jacobi de Georgio habuit domum comunis, quam tenebat Nicola de Sorgo, iuxta illam dicti Milçe, pro yperperis triginta tribus in anno pro quinque annis.

Paulus famulus Martini de Georgio habuit domum comunis in platea, quam habuit prius dictus Martinus pro yperperis quinquaginta quinque in anno, pro annis quinque, cum hac condictione, quod debeat facere ipsum Martinum consentire, cum veniet Ragusium, quod dicta domus scribatur sibi. Et si non vellet Martinus, ut scribatur sibi, quod remaneat ipsa domus supra ipsum Paulum. — Die vero XII mensis Septembris Martinus de Georgio se obligavit ad solvendum dictum affictum.

Die XII mensis septembris. Martinus de Sorgo habuit domum comunis, quam prius habuit pro quinque annis pro yperperis LXI., quia non inventus

fuit qui plus dare vellet. Que per minus consilium delivrata fuit die XII mensis septembris.

Die XXII septembris. Ileus de Bonda habuit domum comunis, quam tenebat Nicola de Sorgo, pro annis quinque, ad rationem perp. quinquaginta in anno, quia non inventus fuit, qui plus dare vellet. Et isto die suprascripta fuit sibi deliberata per dominum rectorem ser Laurencium Volcasio et parvo consilio. Dicto modo dictus Ileus recepit claves die XXIIII novembris in mane, in presentia domini rectoris ser Vite de Sorgo et ser Marini de Bona judicis

Die X mensis octobris. Çiucho Nicole de Poça per minus consilium delivrata fuit stacio, quam tenebat Lucha de Gambe pro annis quinque ad racionem yperperorum quinquaginta in anno.

Eodem die. Nicole de Saracha per minus consilium delivrata fuit ad incantum stacio, quam tenebat Çiucus de Sageto, pro annis quinque ad racionem yperperorum XXXVIII in anno.

Die XXVIII octobris. Nadichne Bochdanovich per minus consilium delivrata fuit stacio quam tenebat Çure de Caboga pro annis quinque, pro yperperis XXV in anno, cum condictione, quod non possit tenere in ipsa oleum, caseum, nec carnes, nec aurifices vel facere fieri artem aurificum in ipsa.

Eodem die XXVIII octobris. Çiucho de Deseno per dictum minus consilium deliberata fuit stacio, quam tenebat Dragoe de Binçola pro annis quinque pro yperp. XV in anno cum illis pactis et condictionibus, quod non possit tenere in ipsa caseum, oleum, carnes, nec aurifices. Die martis III decembris dictus Çiucho recepit clavem dicte stacionis, in presencia domini rectoris ser Savini de Bonda, et presente dicto Drago. Et incipit solvere die IIII decembris.

Eo die. Vlacusse filio Stepe de Sorgo per dictum minus consilium delivrate fuerunt staciones, quas ipse Vlacussa prius tenebat, pro annis quinque, pro yperperis quinquaginta, cum pactis et condictionibus, quod non possit tenere in ipsis oleum, caseum, nec carnes, nec tenere in ipsis aurifices.

Eodem die. Nicole de Palmota per dictum minus consilium delivrate fuerunt ille staciones, quas prius tenebat, pro annis quinque pro yperperis XLI, cum pactis et condicionibus suprascriptis.

Eodem die. Laurice filio Martoli de Georgio per dictum minus consilium delivrate fuerunt due staciones quas tenebat Petragna Elie de Bonda pro annis quinque pro yperperis XXXI in anno, cum pactis et condictionibus suprascriptis.

Eodem die. Dobre de Calich per minus consilium delivrate fuerunt ille due staciones quas tenebat Angelus de Maxi, pro annis quinque, pro yperperis xxviii in anno, cum pactis et condictionibus suprascriptis.

Eodem die. Nixe Marini de Prisliça per dictum minus consilium delivrate fuerunt ii staciones quas tenebant Mateus de Resti et Cherve de Çamagno pro annis quinque, pro yperperis xxxvii in anno, cum pactis et condictionibus suprascriptis. miiicLviii[1] recepit claves ipse Nixa.

Johanni de Grede per dictum minus consilium delivrate fuerunt staciones, quas tenebat Georgius Pasche de Georgio pro annis quinque, pro yperperis xxxv in anno cum pactis et condictionibus suprascriptis.

Die xx mensis augusti[2]. In pleno maiori et generali consilio civitatis Ragusii more solito congregato, lectis prius vulgari sermone infrascriptis capitulis et pactis scriptis et firmatis inter nobilem virum dominum Iohanem de Bona honorabilem rectorem, ac ....[3] judices et consiliarios civitatis Ragusii ex una parte, et venerabilem virum dominum Nicolaum de Tragurio ex altera, heri in presentia istius domini archiepiscopi ragusini, quorum capitulorum et pactorum tenores tales erant.

Ortis multis scandalis inter venerabilem virum dominum Nicolaum de Tragurio, abbatem monasterii Lacromonensis ex una parte, et regimine civitatis Ragusii seu nobiles dicte civitatis ex altera, tandem convenientes in unum ad presenciam reverendi patris et domini, domini Helie archiepiscopi Ragusini una cum suo capitulo, predicti abbas pro una parte et nobilis et sapiens vir dominus Johannes de Bona rector, ac ....[3] judices et consiliarii dicte civitatis ex altera, ad talem concordium pervenerunt: — Primo quod consilium Ragusii elligat tres bonos viros pro eorum parte secundum antiquam consvetudinem, pro procuratoribus dicti monasterii, qui teneant singulis duobus mensibus ire ad monasterium, ad videndum, si infrascripta pacta per abbatem observantur.

Item quod dictus Abbas teneatur singulis annis assignare dictis bonis hominibus procuratoribus dicti monasterii yperperos ducentos de redditibus affictuum dicti monasterii.

Item quod dictus dominus abbas cum dictis procuratoribus, et dicti procuratores cum dicto domino Abbate teneantur et debeant dictos yp. cc annuatim concedere et expendere in utilitatem dicti monasterii seu domorum, aut vinearum ipsius monasterii, prout ipsi abbati cum procuratoribus predictis videbitur pro utiliori dicti monasterii vel ecclesie ipsius monasterii.

Item quod dicti procuratores et dictus abbas teneantur omni anno in minori consilio claram assignare racionem, ubi expendiderint dictos yp. cc.

Et versa vice dictus dominus Rector cum minori consilio et maiori consilio teneantur et debeant liberas relaxare dicto domino Abati omnes

---

[1] Margini adscript.
[2] Cfr. Mon. Rag. (Reform) II. p. 283 *(variant.)*
[3] Nomina desiderantur.

possessiones domos, et bona et redditus dicti monasterii ad tenendum, regendum, gubernandum et fructus percipiendum et habendum pro se et conventu dicti monasterii libere et expedite tam pro tempore preterito, quam pro presenti.

Propter que idem dominus Abbas teneatur et debeat et promisit, de dictis redditibus et proventibus subvenire et manutenere tot pauperes, quot assignabit ei et videbitur minori consilio secundum possibilitatem introytuum et redditum dicti monasterii in victu et vestitu secundum consuetudinem et statuta antiqua civitatis Ragusii.

Et quod dictus dominus Abbas teneatur tenere in dicto monasterio tot monachos, quot videbitur domino rectori cum minori consilio posse comode tenere, secundum possibilitatem dicti monasterii et dare ipsis monacis victum et vestitum, ita quod ipsi monaci semper remaneant ad correctionem et disciplinam abbatis, secundum regulam monacalem, et quod dicti monaci recipiantur in monasterio per electionem Abbatis et conventus sicut est de iure.

Supradicta omnia et singula dictus dominus Abbas promisit et se obligat attendere et manutenere, supponens se iurisdictioni et sententie et mandato dicti domini archiepiscopi, qui dominus archiepiscopus teneatur ipsum dominum abbatem constringere ad observationem omnium predictorum.

Omnia vero alia pacta et scripture facte et facta prius sint cassa et casse et nullius valoris, et supradicta nunc factam firmam obtineant efficaciam.

Posito partito ut moris est captum fuit et firmatum per LV de dicto consilio volentes, quod fiat prout supra scriptum est et firmatum; et contrarii fuerunt XIII.

DIE XXII AUGUSTI. In minori consilio sono *etc.* congregato, cum addicione X sapientum, captum fuit et firmatum, quod ponatur pena Mate de Mençe, quatenus non audeat loqui cum aliquo sclavo usque ad sanctum Michaelem proximum, nec se conquiri de dicta pena, sub pena standi ad confinia sex menses extra Ragusium in Staream.

DIE XXV AUGUSTI. In maiori consilio sono *etc.* captum fuit et firmatum per omnes ipsos consiliarios, de faciendo graciam mercatori de Ancona et mercatori de Cipro, ut possint extrahere de Ragusio staria ordei L pro equis eorum quos habent in navi, habendo respectum ad antiquam amiciciam, que semper fuit inter nos et Anconitanos. Que fuerunt balote LXVI.

Item in dicto consilio captum fuit, quod procuratores monasterii de Lacroma solumodo fiant de sancto Michaele secundum antiquam consuetudinem etc. per bal. LX.

Item in dicto consilio ut predictum est congregato, in quo fuerunt consiliarii LXVI captum fuit et reformatum per LXV de dicto consilio, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum addictione X sapientum posse invenire perperos VM causa emendi bladum in comuni pro meliori modo quo potuerunt.

Item in dicto consilio etc. captum fuit per LXIII de dicto consilio de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum additione x sapientum, quod possint elligere et facere sindicos ad mittendum pro blado, et quod possint eis dare commissionem, et ponere penam, ut vadant ad emendum de blado, prout eis videbitur et placuerit.

Item in dicto consilio captum fuit per LXI de dicto consilio de faciendo gratiam Nicole de Gondola quod possit aperire portam domus sue, que est ad molum, causa extrahendi vegetes suas, et quod faciat illico murare illam portam.

DIE PREDICTO. Item in dicto maiori consilio, ut predictum est, congregato, in quo fuerunt consiliarii LXVI, captum fuit per LIIII de dicto consilio, quod aperiatur porta, que est sub domo, que fuit Nichifori de Ragnina cum hac condictione, quod fiant bone porte de ligno cum bonis serraturis, que claudi debeant omni sero cum clavi per dominos de nocte, sicut clauduntur alie porte magistre.

EODEM DIE. In minori consilio cum additione x sapientum sono etc. congregato, captum fuit et firmatum ex auctoritate eis data, quod differatur usque ad cras de mane ad faciendum consilium de suprascriptis.

Item in eodem minori consilio captum fuit, quod quilibet qui fuit ad praesens in hoc consilio, debeant esse cras de mane, in pena perperorum x; et quod mittatur precipiendo illis de dicto consilio, qui sunt extra, quod veniant cras de mane ad consilium, sub pena yperperorum xxv pro quolibet.

DIE XXVI AUGUSTI. In dicto minori consilio cum addictione x sapientum captum fuit de mittendo in Appulea sindicum, solumodo pro emendo bladum.

Item captum fuit in dicto consilio de emendo staria IIM grani et residuum ordei de istis ducatis IIM.

Item in eodem consilio captum fuit: qui fuerit electus sindicus ad eundum in Apulea pro blado, si vadit per plateam, nullam excusacionem habeat sub pena de c perp.

Item in eodem consilio captum fuit de dando salario sindico ituro in Appuleam pro primo mense perp. XL et ab inde supra omni die gross. XII, et si ante unum mensem veniret habeat yperperos XL suprascriptos.

Nichus de Binzola factus fuit sindicus in dicto consilio.

Clime de Mençe
Laurencius de Volcazio *(Cassus)*
Georgius Jache de Georgio (die XII Sept.)
} facti fuerunt massarii bladi Comunis, qui iuraverunt in presencia domini rectoris.

DIE PREDICTO. Item in eodem consilio minori cum addicione x sapientum captum fuit et firmatum, quod ponatur pena Nicho de Binçola, uti non loquatur aliqua verba contra honorem Ragusii, atque statum eius, nec similia illis verbis, que ipse dixit, de quibus venit ad aures domini rectoris et minoris consilii, cum addicione x sapientum.

Item in eodem consilio captum et firmatum fuit quod ponatur eidem Nico quod sit privatus officio et beneficio et de consilio.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum, quod ponatur eidem Nicho pena ad tempus si ipse loquerit aliqua verba contra honorem Ragusii et bonum statum, secundum quod dictum est superius.

Item in eodem consilio captum fuit quod dictus Nichus sit privatus officio et beneficio, et de consilio per annos tres, si ipse loquetur aliqua verba contra honorem comunis Ragusii, secundum quod dictum est superius.

Die xxviii augusti. In minori consilio congregato infrascripti electi fuerunt ad officia infrascripta.

Andre de Binzola electus supra iecto cere.

Dobre de Menze iusticiarius.

In minori consilio sono campane more solito congregato cum addictione x sapientum captum fuit et firmatum, quod accipi debeant eius barchosii coperti pro mittendo acceptum bladum, quod emetur pro comuni, donec fuerit adimpletum servicium comunis.

Die xvi mensis septembris. In maiori consilio sono etc. congregato in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii lxiii, captum et firmatum fuit per lxi ipsorum consiliariorum, quod detur licencia et auctoritas Mençio quondam Laurençij de Mençe, posse obligare partem suam Stagni et Punte Nuçe eius uxori pro yperperis trecentis, quos ipse recepit ab ipsa pro maritacione filie dicti Mençij, cum hac condicione, quod ipse Mençe vel eius filius possit ipsam partem exigere quociens eis videbitur et potuerint. Expulsis omnibus de dicto consilio qui non potuerint nec debuerint interesse occasione parentele secundum formam statuti.

Die xvii septembris. In minori consilio sono etc. congregato cum addicione x sapientum captum et firmatum fuit, quod carta venditionis domus illorum de Gambe, Syme de Resti, debeat extrahi secundum quod scripta est venditio.

In minori consilio ecc. captum fuit et firmatum quod detur pro elemosina magistro Gulielmo de Mesina perp. x de denariis comunis.

Die xviii mensis septembris. In maiori consilio sono etc. congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii lxi, captum fuit et firmatum per omnes, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum addictione x sapientum, posse invenire ducatos iim pro omni modo et via quo poterunt, causa emendi bladum in comune, dando illis, qui mutuabunt dictos ducatos vel illis quibus ponetur imprestitum tantum de provisione, quantum dicto consilio videbitur fore iustum, sicut maius et generale consilium facere posse; et quod pro istis denariis possint obligare bona comunis et bladum quod emetur.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatnm per omnes de prolongando terminum dandi grossum i pro stario cuilibet appor-

taverit furmentum Ragusium per mare, causa vendendi usque ad nativitatem Domini proximam.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum per omnes quod completa hastaria, denari gabelle fontegi debeant converti in elevando granarios fontegi ab uno latere et ab alio. Et quod dicti denari pro nullo alio laborerio vel causa accipi possint donec non fuerint completi.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum per omnes de dando auctoritatem et licenciam domino rectori et parvo consilio, mercadandi et delivrandi doanam vini, pro quanto eis videbitur racionabile atque iustum.

In minori consilio sono campane more solito congregato cum adictione decem sapientum, captum fuit et firmatum ex auctoritate eis data a maiori consilio ut supra, quod fiat unum improntum in personis c de ducatis IIM.

Item in eodem minori consilio cum condictione x sapientum, captum fuit et firmatum, quod istud imprestitum fieri debeat per v nobiles homines, qui eligentur extra istud consilium.

Item in eodem consilio facti fuerunt ad faciendum impromptum in c personis de ducatis M. — Ser Çive de Bona, Ser Georgius de Caboga, Ser Marinus de Dersa, Ser Petrus de Buçignolo, Ser Paulus de Mençe.

Item in eodem consilio et auctoritate eis data a maiori et generali consilio captum et firmatum, quod in denariis bladi empti pro comuni non debeant tangi aliquo modo nec pro solvendo illis personis que mutuabunt dictos ducatos duo mille. Et quod denari dicti bladi sint obligati eis, donec fuerit eis satisfactum cum integritate. Et si denari bladi non sufficerent ad satisfaccionem dictorum ducatorum IIM et proficui ipsorum quod doana maior sit obligata ad illud, quod deficeret eis; que persone habere debeant de proficuo ad racionem anni, decem pro centenario. Et quod isti denari non debeant retineri plus uno anno.

Die xxii dicti mensis. Item in dicto consilio captum fuit detur Junio de Slavçe perperos v ex eo quod ipse fuit destinatus Stagnum pluribus vicibus.

Adsit principio Virgo Maria meo. A. D. MIIICLVIIII. Indictione XII die XXVII mensis Septembris.

Infrascripti iudices et consiliarii, et vicarius facti fuerunt pro anno proximo in minori consilio sono campane more solito congregato expulsis omnibus de dicto consilio, qui non potuerunt nec debuerunt interesse occasione parentele, secundum formam statuti.

Iudices: Ser Marinus de Bona *(cassus)*. Ser Iohanes Pauli de Gondola *(cassus)*. Ser Nicola de Sorgo. Ser Marinus de Mençe *(cassus)*. Ser Iohannes de Çereva *(cassus)*. Ser Niflicus de Galoç: die primo Aprilis. Ser Petrus de Ragnina die primo ianuari. Ser Joannes de Georgio, die primo septembris *(cassus)*. Ser Johannes Nicole de Gondola. Ser Johannes de Grede iudex die xii Julii.

Consiliarii: Ser Michael de Binçola, ser Savinus de Bonda *(cassus)*, ser Petrus de Poça, ser Nicola de Saracha, ser Marinus de Dersa, ser Laurencius de Volcasso, ser Vita de Resti, ser Junius de Calich, ser Petrus de Cereva, ser Junius de Calich *(cassus)*, ser Petrus de Cereva *(cassus)*.

Vicarius: Ser Marinus de Slavçe.

Advocatores comunis: Nicola de Caboga, Çive Nicole de Gondola *(cassus)*, Çive de Bona, Stepe de Sorgo, die xxvi Junii.

Camerlengi: Ser Junius de Grede *(cassus)*, ser Junius Marini de Bona, Dragoe de Binçola, Junius Çive de Georgio die xviiii Julii.

Advocati maioris curie: Nale de Proculo, Blaxius de Mençe, Jacobus de Mençe, Nicola de Grede, Syme da Resti die primo marcii.

Fondecharii: Çive de Vilano, Çure de Gleya, Prode de Bodaça.

Iudices parve curie: Volçius de Batalo, Nixa Marchi de Mençe, Syme de Bodaça die xvii madii.

Ad recoligendos denarios fontegi: Marinçe de Pabora, Frane de Bodaça.

Advocati parve curie: Vita de Gleya, Micus de Mlascagna.

Passatores extra civitatis: Marinus de Sorgo, Marinus de Vitane, Nicola de Cavarnigo *(cassus)* Blaxius Çive de Caboga die v madii.

Passatores in civitate: Misse Dragota, Micus de Lucha

Ad Çecham: Petrus de Mençe, Vitcus de Tudisio, Ruscus de Sorento, Andre de Bingola *(cassus)*, Blaxius de Dersa die xviii decembris, Cherve de Çamagno die xxv Aprilis.

Ad recolligendos affictus comunis: Misse de Caboga, Andre filius Jacobi de Georgio, Nicola de Cherpa.

Iusticiarii: Dobre de Mençe et Nicus de Palmota mense Augusti, Micus de Proculo *(cassus)*, Macus de Volçe, Georgius Pasche de Georgio, Andreas de Lucariçe.

Supra portum: Pale de Getaldo, Palçe de Palmota, Mate Marini de Ragnina.

Iudices partium Punte: Mate Mençii de Mençe, Iunius de Calich, Andreas de Lucari *(cassus)*, Georgius de Bodaça.

Ad pondus farine: Syme de Georgio, Pale de Picurario, Prode de Bodaça.

Arsasenerii: Andre de Ragnina, Kallendas de Buçignolo.

Ad gectum cere: Vita de Sorgo *(cassus)*, Nixa Marini de Mençe, Tidor de Tudisio die primo novembris, Marco de Nicoliça de Martinussio die xvi marcii *(cassus)*, Laurica de Georgio die x Julii.

Massarii bladi comunis: Dymitrus de Mençe, Vita de Resti, Jache de Sorgo, Stepe de Vitanna die xxviii Aprilis.

Ad solvendum custodibus: Marinus de Buçignolo *(cassus)*, Matehus de Resti, Maroe filius Vite de Bacante die xvii madii *(cassus)*, Dobre de Calich.

Doanerii doane maioris: Petrus de Bausela *(cassus)*, Pale de Mençe *(cassus)*, Misse de Dersa, Martolus de Tudisio *(cassus)*, Georgius filius Jacobi de Georgio die xxviii Aprilis, Nicola de Binçola die viii Augusti, Petrus de Mençe, Petrus de Bucignolo die xii Septembris.

Procuratores Crome: Clime Tomasii de Dersa, Nifficus de Galoç, Blaxius de Babalio.

Advocatus (Crome): Mate Marini de Ragnina.

Mesete: Mate Nicole de Mençe, Syme de Georgio, Vita de Maxi, Tome de Viciano.

Supra laborerium domorum: Petrus de Buçignolo, Grube de Mençe, Martinussius de Proculo *(cassus)*, Blaxius Marini de Slavi die XII novembris.

Supra laborerium Stagni: Jacobus de Georgio, Pasche de Bonda, Pasche de Ragnina *(cassus)*, Nifficus de Galoç *(cassus)*, Mence Laurencii de Mençe.

Consilium Rogatarum:

Ser Marinus de Bona
Ser Iohannes Pauli de Gondola } *(cassi)*.
Ser Nicola de Sorgo.
Ser Marinus de Mençe
Ser Iohannes de Çereva } *(cassi)*.
Ser Nifficus de Galoç.
Ser Michael de Bingola
Ser Petrus de Poça
Ser Savinus de Bonda } *(cassi)*.
Ser Nicola de Saracha.
Ser Marinus de Dersa
Ser Laurençius de Volcasio
Ser Vita de Sorgo } *(cassi)*.
Ser Orse de Çamagno.
Ser Michael de Dersa.
Ser Jacobus de Mençe *(cassus)*.
Ser Nicola de Caboga.
Ser Petragna de Bonda.
Ser Iohannes de Tudisio.
Ser Blasius de Babalio.
Ser Symon de Resti.
Ser Marinus de Vitane.
Ser Nicola de Çavarnigo
Ser Çive Nicole de Gondola
Ser Vita de Resti } *(cassi)*.
Ser Çure de Bona.
Ser Çive de Çereva.
Ser Vita de Georgio *(cassus)*.
Ser Blaxius de Dersa.
Ser Nicola de Çavarnigo.
Ser Nicola de Grede *(cassus)*.
Ser Jacobus de Georgio.
Ser Nifficus de Galoç *(cassus)*.
Ser Clima de Dersa.
Ser Misse Blaxii de Caboga.
Ser Çure de Caboga.
Ser Vita de Goçe
Ser Petrus de Bauxela
Ser Dymitrus de Mençe
Ser Pale de Mençe
Ser Martolus de Tudisio } *(cassi)*.
Ser Andreas de Luchari.
Ser Grube de Mençe.
Ser Nale de Proculo.
Ser Georgius Pasche de Georgio.
Ser Pasche de Ragnina *(cassus)*.
Ser Blaxius Marini de Slavi.
Ser Petrus de Buçignolo
Ser Iache de Sorgo } *(cassi)*.
Ser Ruscus de Sorento.
Ser Vita de Sorgo.
Ser Savinus de Bonda.
Ser Marinus de Bvna.
Ser Marinus de Mençe.
Ser Nicola de Bingola *(cassus)*.
Ser Jache de Mençe.
Ser Unuçe de Buçignolo.
Ser Andreas de Benessa.
Ser Kallendas de Buçignolo.
Ser Çive Petri de Gondola.
Ser Pripçe de Bauxela.
Ser Petrus de Mençe.
Ser Junius Bisti de Bona.
Ser Marinus de Goçe.

Die XXVIII mensis septembris. In minori consilio ecc. cum adictione x sapientum, captum fuit et firmatum quod per auctoritatem, quam dictum consilium habuit a maiori, inveniendi yperperos VM omni modo et

via quibus poterunt, causa emendi bladum in comune, sit obligata doana maior, doana vini et danari salinarum Stagni per Marino de Bona, ser Marino de Mençe et Çive de Çereva usque ad interam satisfacionem ducatorum duo mille, quos ipsi acceperunt mutuo supra et dederunt comuni ad emendum bladum in comune, qui denari debent ei solvi in die sancti Michaelis proximi.

(Margini adscriptum) — Cassum quia solutum.

Magister Marinus de Marano protomagister arsenatus comunis Ragusii, per dom. rectorem Ser Laurencium de Volcasio et per parvum consilium ex auctoritate eis data a maiori consilio, confirmatus fuit in dicto officio arsenatus pro uno anno cum salario librarum XII grossorum, cum hac condictione quod quiquid ipse lucrabitur de arte sua, sit et esse debeat comunis, et non possit laborare alicui sine licencia minoris consilii, et si per comune Ragusii mitteretur extra Ragusium in aliquod servicium, comune teneatur sibi facere expensas.

Die XXVIIII mensis septembris. Mate Nicole de Mençe, *comes Malfi, Omble et Gravoxii.*

Milex domini rectoris: Sergius de Bodaçia *(cassus)*, Unuçe de Matessa die XII novembris.

Domini de nocte pro mense octobris: Misse de Dersa, Nicola de Caboga, Marinus de Vitane, Blaxius de Babalio, Çive de Tudisio, Syme de Resti.

Capitanei mensis Octobris: Yache de Gondola, Syme de Georgio, Mate Nicole de Mençe, Prode de Bodaça, Çure de Gleya, Çive de Ullano, Vole de Batalo die XIII . . .[1]

Extimatores comitatus Breni: Çure de Gleya, Mate Marini de Ragnina, Georgius de Bodaça.

Extimatores comitatus Gravozii, Malfi et Omble: Andre de Mençe, Matheus de Chatena.

Extimatores insularum: Pasche de Chimo, Junius Slavçe *(cassi)*, Prode de Bodaça, Maroe filius Grube.

Die ultima mensis septembris. In minori consilio sono *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod Nicola de Binçola syndicus comunis in partibus Appulee inde recedere non debeat donec sibi aliud mittetur dicendo per dominacionem.

Die primo octobris. In minori consilio sono *etc.* congregato, captum fuit et firmatum, quod dominus rector, cum illis II qui sedebunt secum de dicto consilio ad exigendum a debitoribus comunis, possint dare terminum ad plus trium dierum illis quibus videbitur eis, cum hac condictione, quod si non solverint ad dictum terminum, cadant de quarto pluri; et illis quibus non videbitur dandus terminus debeat precipere, ut non recedant de chastello, donec non solverint; et si de chastello recederent poni debeant in carceribus.

---

[1] Mensis nomen deest.

Die ii mensis octobris. In minori consilio sono *etc.* congregato, captum fuit et firmatum quod quicumque dare tenetur denari doaneriis veteribus comunis solvere debeant usque ad diem Sabati proximi sub pena quarti; et si quis habuit excusacionem legiptimam dominus rector cum consilio possit cognoscere si fuerit legiptima vel non.

Die iii mensis octobris. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii lxv, captum fuit et firmatum per lxiiii ipsorum consiliariorum de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio faciendi fieri vindictam supra illos de Budua et supra omnes alios, qui offendissent vel offenderent terram Ragusii; et posse expendere de havere comunis et de bonis ipsius, et facere circha predicta illud, quod videbitur eis fore bonum pro honore civitatis, sicut maius et generale consilium facere posset in predictis, et circha predicta. Et hec libertas durare debeat usque ad Pascha resurrectionis proximam.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per lxiiii ipsorum consiliariorum de accipiendo de doana maiori omni mense yperperos centum usque in yperperos mille pro fortificacione Stagni, in complendo laboreria incepta. Qui yperperi mille accepti fuerunt a salinariis Stagni pro emendo bladum in comune; qui danari erant deputati pro dictis laboreriis.

Item in eodem maiori consilio, captum fuit et firmatum per omnes, quod unus illorum officialium qui a modo in antea eligentur supra laboreriis Stagni, remanere debeat omni anno, sicut remanet unus de massariis comunis.

Eodem die. In minori consilio facti fuerunt supra laboreriis Stagni Iacobus de Georgio, Pasche de Bonda, Pasche de Ragnina *(cassus)*. Nifficus de Galoç die xxii novembris *(cassus)*, Mençe del Gallo.

Die iiii octobris. Georgius de Poça in minori consilio sono campane more solito congregato factus fuit fontegarius.

Die v octobris. Don Petro Nigri, in minori consilio sono etc. congregato, promissum fuit ut habere debeat a comuni pro affictu i domus in qua tenere debeat scolas pro uno anno perperos x.

Staciones comunis incantate MIIICLVIIII die XXX Octobris.

Marino de Dersa per minus consilium incantata fuit stacio quam ipse Marinus tenebat, pro annis quinque, et delivrata fuit pro yperperis xii in anno.

Eodem die. Johanni Pauli de Gondola per minus consilium delivrate fuerunt staciones, quas ipse tenebat, pro annis quinque, pro yperperis xxxviii in anno.

Eodem die. Georgio quondam Pasche de Georgio per minus consilium delivrate fuerunt staciones quas tenebat ser Marinus de Bona, pro annis quinque pro yperperis quinquaginta.

Die vi mensis novembris. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum quod laboratores ad çecham comunis, teneantur facere eorum squaraguaytas, sicut alii, quantum eis precipietur per dominos de nocte, salvo si fuerint propter çecham impediti, et officiales çeche eos excusaverint coram domino rectore et eorum excusa videbatur iusta domino rectori, tunc non teneantur pro illa nocte ad aliquam penam.

Die viiii dicti mensis. Blaxius de Dersa in minori consilio se obligavit, quod ipse faciet venire literas dominacionis ducalis Veneciarum usque ad tres menses, quod ille balle viii pannorum, quas missit Catarum, sunt Gulielmi de Cremona, et qualiter ipse Gulielmus est Venetus et civis Veneciarum.

Marinus de Mençe, Pale de Mençe, Tripe filius Çive de Buchia, in minori consilio sono *etc.* congregato, facti fuerunt tutores heredibus Dobre filie Michaelis D. de Mençe; qui iuraverunt etc. quibus tutoribus data fuit libertas posse cambiri de posse prout eis videbitur cum Jache de Sorgo dumodo aliquid non portetur extra Ragusium.

Die xv dicti mensis. In consilio rogatorum sono *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii xxxii, captum fuit et firmatum per omnes quod placitum quod fit cum Ruya, deffiniri possit cum porotis per illos iudices, qui iverunt, quam melius possunt.

Blaxius de Grede, Martolus de Volçe in minori consilio sono *etc.* congregato facti fuerunt ad standum ad fontegum ad dandum bladum cuilibet, cum ordine; et debent habere grossum i pro quolibet et qualibet die, qua tenebitur fontegus apertus ad vendendum bladum.

Die xxvi novembris. In minori consilio sono *etc.* congregato, Pale de Çavlego absolutus fuit a subieccione tutorum, ut a modo in antea possit emere et vendere et facere tamquam pater familias et homo sui iuris.

Die xxvii novembris. Savinus de Bonda in maiori consilio sono campane *etc.* congregato in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii lxx, expulsis omnibus illis, qui non potuerunt nec debuerunt interesse occasione parentele, factus fiut rector comunis Ragusii.

Die xxviii novembris. In consilio rogatorum, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii xxx captum fuit et firmatum per omnes, quod precipiatur familie Ruye, quod cras, per totam diem, debeant recesisse de Ragusio.

Die xxviiii novembris. Domini de nocte pro mense decembris facti fuerunt in minori consilio ser Jacobus de Georgio, ser Matias de

Ribiça, ser Petrus de Buçignolo, ser Ruscus de Sorento, ser Kalendas de Buçignolo, ser Petrus de Mençe.

Die xxviii novembris. Capitanei mensis decembris: Syme de Georgio, Mate Marini de Ragnina. Georgius de Poça, Junius Slavçe, Mate Nicole de Mençe, Orse de Gleya.

Item in eodem minori consilio captum fuit e firmatum quod detur de naulo Marino Çançarala, qui fuit destinatus in Appuleam, pro comuni ad cargandum de blado et non habuit cargum, perperos l, et ultra hoc habeat naulum ball . . . quas apportavit de Appulea Ragusium.

Item in eodem minori consilio captum fuit et firmatum, quod non detur alicui de blado nisi cum ordine dato.

Die vii mensis decembris. In maiori consilio sono *etc.* congregato in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii lxii, captum fuit et firmatum per l ipsorum consiliariorum, quod quelibet servicialis, que tenebitur ab hodie in antea servire alicui persone ad mensem vel ad annum, sive ad plures annos, non possit nec debeat secedere a servicio suo donec compleverit terminum sue servitutis, sub pena perperorum v, et quod nulla persona audeat vel presumat receptare illam famulam, que aufugeret a suo patrono vel patrona, sub pena perperorum v, et nichilominus dicta famula teneatur reverti ad servicium patrone vel patroni cui aufugerit usque ad complementum sue servitutis Et patronus vel patrona habet credencia unius anni et non pluris. Dummodo ipse patronus vel patrona firmare debeat per sacramentum, quantum sibi servire tenetur. Et si dicta servicialis stetit ultra primum annum per unum mensem, credatur patrono vel patrone de secundo anno firmando per sacramentum, quod dictam servicialem accordaverit pro secundo anno.

Die viii dicti mensis. Domino Petro Nigri procurator Johannis Radoste de insula de Medio, data fuit licencia in minori consilio posse accipere ad medictatem unam possessionem Archiepiscopatus Ragusii.

Maroe Nalescovich, Radinus Bratoslavich in eodem minori consilio facti fuerunt tutores heredis Radosclavi Çenreçich iuxta Marcum de la Sclava.

Die viiii mensis decembris. In maiori consilio sono *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii lxi, captum fuit et firmatum per xxxviiii ipsorum consiliariorum, quod quilibet laborator vinearum, sicut est plantare vineas, çapare. porutare, spampanare et frangere terram cum çapa et per omnem alium modum, quo fieri vellet aliquod laborerium in vinea vel terra de vinea, habere debeat dictus laborator pro suo laborerio grossum j in die in Starea, id est in terra firma; et in insulis pro simili laborerio grossum j : in die. Et qui laborator teneatur intrare laborerium ad ortum solis et laborare continue usque ad solis positum, secundum antiquam consuetudinem. Et patronus vel patrona habeat arbitrium possendi addere omni die sia postate et taiatori vinearum folaros sex tam in Starea quam in insulis, si voluerit. Et qui

inceperit aliquod laborerium, teneatur tota septimana laborare, et non facere aliquod aliud laborerium nec sibi nec alicui alteri, in pena grossorum sex pro quolibet laboratore et pro qualibet vice, secundum antiquam consuetudinem, salvo si pactum aliud foret inter dominum et laboratorem de una die vel de pluribus.

MIIICLIX die XXVIII novembris in maiori consilio fuit captum et firmatum, quod laboratores debeant laborare de nocte in noctem.

(Margini adscript.) Bampnitum per Alegrinum preconem die ultimo novembris.

(Margini adscript.) Bampnitum fuit iste ordo per Alegrinum preconem MIIICLXVII die III Januarii.

Item quod quilibet patronus vel patrona volens facere fieri aliquid de suprascriptis laboreriis in Starea aut in insulis non debeat dare plus gross. uno çapatori in Starea, et in insulis gross. uno et dimidio. Sed siapostate et taiatori vinearum sit in arbitrio patroni vel patrone addendi foll. sex pro qualibet die prout supra dictum est, nec permittat dare vel facere dare per se vel per alium plus de eo, quod est superius ordinatum aliquo modo vel ingenio. Et ille patronus vel patrona, qui vel que contrafecerit huic ordini, cadat ad penam yperperorum XXV, et ultra hoc non audeat nec possit uno anno facere fieri aliquod laborerium in illa sua vinea aut terra, in qua contrafecerit. Et qui accusabit aliquem contrafacientem habeat tercium pene, si per eius accusam veritas poterit reperiri, et tercium habeat comune Ragusii, et reliquum tercium habeant officiales ad hoc deputati. Et quociens contrafecerit aliquis huic ordini, tociens cadat ad dictam penam yperperorum XXV patronus vel patrona, et laborator de gross. sex.

Et si aliquis villanus habens vineas ad laborandum ad medietatem, aut ad partem, contrafecerit huic ordini, stare debeat in carceribus uno mense et nichilominus teneatur de suis bonis laborare et complere laborerium sui domini, prout convenit; et pars dicti villani, tam vini quam aliorum fructuum illius anni sit dictorum officialium comunis et accusatoris sicut dictum est.

Et si quis facere voluerit laborari maserias, sicut faciet precium cum laboratoribus, sic debeat observari.

Et ut ordines supradicti observentur et non contrafiet, quod elligi debeant quinque officiales per parvum consilium, qui elligi possint non obstante quod habeant alium officium, et primum officium propterea non ammittant. Qui quinque officiales iurare debeant de inquirendo per omnem modum et viam, quo eis melius videbitur, et dare ordinem, et dare sacramentum cuicumque, et recipere guarentisias. Et quemcumque invenerint contrafecisse dictis ordinibus, sit cadutus ad dictas penas, que dividi debeant sicut dictum est supra. Et si dicti officiales dabunt aliquem pro caduto, vel maior pars ipsorum, valeat et non possit revocari ullo modo. Et dominus rector, qui tunc temporis erit, teneatur exigere penas ab hiis, qui contrafecerint, sub pena sacramenti.

Item si aliquis patronus vel patrona dictis ordinibus contrafecerit in aliqua terra vel vinea, quod cridari debeat et bampniri per preconem comunis illam terram vel vineam, in qua fuerit contrafactum, ut si illo anno fieret aliquod laborerium, quod sciat et possit accusari; et bampniatur

quod aliquis laborator non audeat laborare in dicta vinea vel terra bampnita, sub pena grossorum sex pro quolibet laboratore, et pro omni die quo laboraret in dicta vinea vel terra, toto dicto anno durante.

Dominus autem Archiepiscopus Ragusii cum suo capitulo conveniunt ad omnia et singula supradicta cum hac modificatione, quod illa pars pene laycorum que devenit ad comunitatem deveniat ad ipsum archiepiscopum in delicto clericorum.

Ser Nicola de Grede, ser Nicola de Çavarnigo, ser Iohannes de Bona, ser Iohannes Nicole de Gondola, ser Jacobus de Mençe, ser Marinus de Mençe in minori consilio sono *etc.* congregato, facti fuerunt officiales supra laboreria rusticorum, prout in reformacione ex alio latere scripta continetur.

Die xxviii mensis decembris. In maiori consilio sono *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii lxiiii, captum fuit et firmatum per lx ipsorum consiliariorum, quod faber cui çapator dare voluerit ad faciendum sibi aptari çapam, et dabit eidem fabro grossum unum de ferro, non possit accipere eidem çapatori plus grossos duobus de factura, et de omni eius laborerio. Et si çapator dabit grossos duos de ferro ad addendum çape, solvere debeatur grossos iiii pro laborerio. Et sic plures et pauciores, secundum quod venit per racionem. Et quod nullus faber possit refutare de faciendo dicta laboreria, sub pena grossorum sex pro quolibet, aut de stando una septimana de non laborando.

Item quod quilibet faber non possit accipere de uno choserio ad incidendum vites, novo plus gross. tribus. Et si ipsum reaptabit, accipiat a grosso uno infra; et qui contra fecerit solvat pro pena sicut dictum est supra.

Item quod nullus faber possit vendere çapam novam plus foll. xxxvi libra de ferro. Et pro illo precio teneatur ipsam dare sub pena gross. sex pro çapa.

Item quod si aliquis dabit çapam ad aptandum, et non erit necesse addere ferrum, quod faber teneatur facere et aptare pro grosso uno, et ab inde inferius, secundum quod se concordabunt.

Et ordo iste se extendat ad illos fabros, qui usi sunt facere et aponere çapas et choseria ad incidendum vites, et non alios fabros, qui non sunt usi facere talia laboreria.

In minori consilio sono campane more solito congregato data fuit licencia, quod Junius de Sevasto de Dolcigno venire possit emere barcham maiorem magistri Nicole fatoris.

Ser Marinus de Mençe, Angelus de Maxi, Stoychus Cecharius in minori consilio sono *ecc.* congregato, facti fuerunt tutores heredi Radosclavi Çerençich.

Grube de Ragnina in minori consilio *etc.* factus fuit capitaneus illius maris de Stagno.

Die xxviiii decembris. Ser Marinus de Bona in maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii lxxi, expulsis omnibus illis qui non potuerunt nec debuerunt interesse, occasione parentele, secundum formam statuti, factus fuit rector Ragusii pro mense Januarii.

*

Ser Petrus de Ragnina in eodem maiori consilio factus fuit iudex maioris curie, expulsis illis qui non potuerunt nec debuerunt interesse, occasione parentele, in loco ser Marini de Bona.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per LXIII ipsorum consiliariorum, quod ab hodie in antea nulla persona faciens vendi vinum ad tabernam possit nec debeat aliquo modo dare alicui tabernario vel tabernarie de quinquo vini pro vendita ultra follaros sex, sub pena yperperorum decem pro quolibet et qualibet vice, et sub pena yperperorum quinque tabernario vel tabernarie accipienti plus foll. sex. de quinquio vini pro vendita pro quolibet et qualibet vice, salvo quod possit dari eis ad comedendum secundum consuetudinem. Et nulla persona possit salariare aliquem tabernarium vel tabernariam ad annum nec ad mensem, nec ad diem, sub pena predicta. Et qui accusabit aliquem contrafacientem huic ordini, habeat medietatem pene, si per eius accusam veritas poterit reperiri, salvo quod quilibet patronus vel patrona vini possit facere vendi eius vinum per ipsius servicialem domus, sine aliqua pena. Et si quis accordasse aliquem tabernarium vel tabernariam ad annum, vel ad mensem, vel ad diem, debeat ei solvere per diem et per horam.

(Margini adscript.) Bampnitum fuit per Iohanem preconem.

Die XXVIIII decembris. In maiori consilio sono *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii LXXI, captum fuit et firmatum per LXXI ipsorum consiliariorum, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse mutuare Vite de Georgio de denariis comunis ad dandum pro salario expense illi ambaxiatori, quem ipse inveniet volentem ire de voluntate Dolcignum pro robaria sibi facta, tot denari quot videbuntur dicto consilio plures quam dicat statutum, dando pignus et illum ambaxiatorem, quem ipse Vita invenerit volentem ire de voluntate, dictum consilium possit confirmare.

1360.

Die VI januarii. Milman Çefalia in minori consilio sono campane *etc.* congregato factus fuit civis Ragusinus. Qui iuravit, esse fidelis Raguseus, sicut quilibet alius civis Ragusinus.

Item in eodem minori consilio captum fuit et firmatum, quod quicumque de dicto consilio non venerit ad consilium antequam tercia campana stet de sonando, quod cadat ad penam grossorum II pro qualibet vice.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum, quod fiat una fenestra ad domum armorum comunis, ad expensas comunis.

In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii XXXII, captum fuit et firmatum per XXXI ipsorum consiliariorm, quod Franciscus de Placencia, qui fuit cancellarius Ragusii fefellit ad scribendum compatri suo de Spalato, super facto Çive de deseno, prout continetur in cedula manu ipsius scripta.

(Çedula alligata) „Compare, se la volpe de magistro Zoane ve fexe „a dexplaxer azo che vuy ne posse vendicare d*(e)* esso, sapia che tuti li

„statuti chi faxe per la question de Çive in so favor contro lo comun, „elo li *(h)*a scripti de soa man e quando besognasse farivili aparer; ma „Çive li mostra per altra man a Stagno, et per certo, compar, io ve digo „in credença se Spalato perderà la quistion, la e*(l)*la perdera per quili „statuti. Prego questa scripta, como la averi lecta, strazela in presenza „de Zive, non digando zo che se; ma digando: mio compar me manda „questa scripta da li, che io la straze in toa presenza. Compar, Dio sia „cum vuy, et eo cum vuy possa esser in alegrezza".

Die viii januarii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii lx·iii, captum fuit et firmatum per lvii ipsorum consiliariorum, quod Franciscus de Placencia, qui erat cancellarius, sit privatus officio cancellarie et notarie comunis Ragusii perpetualiter.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per lxi ipsorum consiliariorum de accipiendo granum, quod est in condura filii Sergulice, et facere ipsum discarigari in fontigum comunis. Et si hec pars capietur, quod nullus possit ponere partem nec arengare in minori consilio, nec in maiori, nec in aliquo consilio, quod restituatur dictum granum sub pena ducatorum c. pro quolibet arengante vel parte ponente in aliquo dictorum consiliorum.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum de dando cuilibet apportanti granum Ragusium ab hodie in antea, per mare, causa vendendi in fontego usque ad Pascha proximum, habere debeat a comuni grossum unum de quolibet stario. Et non intelligatur in isto granum, quod est nunc in condura filii Serguliçe; per omnes, nemine discrepante.

Angelus de Maxio et Domagna de Mildrago facti fuerunt tutores filie prime uxoris Ruffini de Glavacto.

Die x januarii. Procuratoribus monasterii de Lacruma data fuit licencia in minori consilio, quod possint cambiare unam possessionem dicti monasterii, que est in Gravossio, cum una alia possessione Monasterii Sancte Marie de Castello.

Item in dicto minori consilio captum fuit quod ematur frumentum Tichoçii aurificis pro comuni, pro gross. xx star.

Die xii januarii. Nicola de Saracha, Perçe de Bauxella per minus consilium facti fuerunt tutores Nixe Marchi de Mençe, iuxta Çive de Georgio.

Die xiiii januarii. rogatorum. ball. xxxi. Prima pars est de dando licencia domino rectori et parvo consilio posse respondere Çicurichis ad peticionem quam faciunt per illum pulcrum modum, qui eis videbitur fore utilis et bonus pro conservacione istius terre. *(Capta) per ball. omnes.*

Per dominum rectorem et parvum consilium preceptum fuit infrascriptis pro lamentacione facta per ipsos supra Çicurich, quod debeant denunciasse illos, quibus factum fuit dampnum, ut veniant, vel mictant ad utendum iure suo supra predictos Çicurich usque ad Pascha proximum,

aliter sequestrum factum Nicole de Saracha, qui habet de rebus dictorum Çicurich sit cassum et adnichilatum.

Marinus de Dersa, Johannes de Çereva, Blasius de Babalio, Cherve de Çamagno.

Die xxiii januarii. Iunius de Slavche factus fuit vicecomes Insularum, per minus consilium sono campane more solito congregato.

Die xxv januarii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii lxxx, captum fuit et firmatum, per consiliarios lxxviiii, quod dohana scedani destruatur ab hodie in antea, et non sit plus a modo.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per lxxv ipsorum consiliariorum de assumendo Theodorum in Cancellarium Ragusii pro uno anno cum salario yperperorum cl cum pacto et condictione, quod ipse non debeat se impedire ad aliud officium nisi cancellarie, et quod debeat in sua domo habitare, nec debeat servire alicui speciali persone de arte sua, nisi in quantum pertinet ad officium cancellarie comunis Ragusii, sine licencia domini rectoris et parvi consilii.

Die xxvii mensis januarii. Angelus de Maxio, Milçe de Domagna, Lapo et Çive de Parmesano, per minus consilium facti fuerunt tutores Nichi de Biele, fratris uterini Çive de Biele.

Die xxviii januarii. In rogatorum consilio, sono campane *etc.* congregato, in quo quidem interfuerunt consiliarii xxx, captum fuit et firmatum per consiliarios xxv de mictendo ad interrogandum uxorem Marini de Goçe, si ipsa scit vel vult respondere aliquid supra peticione, quam facit imperatrix Slavonie eidem Marino, et cras venire cum responsione ipsius ad istud consilium.

Eodem die. Ser Marinus de Mençe in maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxxxxviii, factus fuit et firmatus rector civitatis Ragusii per consiliarios xlvi expulsis omnibus qui non debuerunt interesse, pro mense februarii proximo futuro.

Item in eodem maiori consilio Çive de Georgio factus fuit et firmatus iudex dicte civitatis Ragusii, per consiliarios lii.

Eodem die. In consilio rogatorum in quo interfuerunt consiliarii xxxv, ser Marinus de Bona rector, de consensu et voluntate suorum iudicum precepit consiliariis ibidem congregatis sub pena yperperorum l, ut nullo modo in verbo nec facto alter alteri ipsorum consiliariorum iniuria faciat sive dicat.

Item in eodem consilio rogatorum, sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum per consiliarios xxv de vocando nuncios domine imperatricis in parvo consilio, et faciendo eis legi poviliam, et audire ipsos ibi.

Die primo februarii. Milçe de Lepro, Marinus de Mauressa, Vlachotta de Bratoe *(cassus)*, Domagna Juctigna per minus consilium sono campane *etc.* congregato, facti fuerunt tutores heredi Çive de Maressa, qui iuraverunt

In eodem minori consilio Junio de Dulcigno facta fuit gratia quod possit portare secum Dulcignum duos calefatos de Ragusio, ad optandum duos suos barchosios cum hac condictione, quod completis dictis barchosiis suis, quod teneatur ipsos calefatos reducere Ragusium.

Die vi februarii. In maiori consilio ad sonum campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxxxiii, captum fuit et firmatum per consiliarios lxxxii de differendo ad faciendum responsivam usque ad diem mercurii proximum, et interius vocabitur consilium rogatorum ad consulendum supra dictam responsivam, et dicta die mercurii pulsabitur ad maius consilium. Et in dicto maiori consilio legetur dicta responsio.

Die viii februarii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxxviii, expulsis omnibus, qui non potuerunt interesse: prima pars est de dando libertate domino rectori cum suo minori consilio posse inquirere facere; eorum bona consciencia, super bona Laurencii et ser Martholi de Georgio, et de faciendo, quod mercatores, qui tenentur recipere ab eo, habeant solucionem in quantum potest fieri non obstante statutum, et habeat licenciam sicut maius consilium.

Item: prima pars est de dando libertatem domino rectori et suo minori consilio, posse inquirere et facere supra bonis Martholi de Georgio et supra bonis Lauriçe filii sui, et supra ipsum Lauriçam de iure et de facto, non obstante statutum, quod merchatores qui debent recipere, habeant solucionem eorum, in quantum fieri potest, sicut maius consilium; et libertas duret usque quod hec omnia habeant complementum. Et capta fuit presens pars in predicto consilio per consiliarios xlv. — Et[1] similiter, si ipse deberet recipere, possit facere.

Eodem die. In minori consilio sono campane *etc.* congregato, ex auctoritate eis concessa a maiori consilio ut supra, captum fuit et firmatum, quod si ab hodie in antea aliquis Ragusinus, qui misisset merchaciones per tempus preteritum Martolo de Georgio, exigeret aliquid vel reciperet de dictis rationibus suis a Lauriça filio dicti Martoli, vel ab alio nomine ipsius, quod totum illud, quod receperit, dividi debeat per soldum et per libram, cum aliis qui misissent merchaciones vel aliquam rogaciam eidem Martolo, et ille qui receperit teneatur et debeat manifestare domino rectori et parvo consilio infra iii menses, postquam receperit; sub pena perdendi tantum quantum recepisset, quod debeat venire in comune. Et si quis accusaret aliquem, qui recepisset et non denunciasset ad dictum terminum, si poterit veritas reperiri, habeat medietatem pene, et nichilominus ille, qui aliquid de dictis rebus exigisset teneatur dividere per ratam

[1] Manu posteriori adnotatum.

cum aliis merchatoribus, qui eidem Martolo mercaciones misissent vel roganciam. Et si quis posset probare ante dictos tres menses, quod aliquis exegisset de dictis racionibus Martoli a Lauriça, vel ab alio nomine ipsius, ille cui probatum fuerit teneatur et debeat ducere ad ratam.

Ser Petro de Ragnina pro Pasqua eius filio, Ser Petragne de Bonda, ser Marino de Bona, ser Simeoni de Resti, ser Marino de Pabora, ser Johanni Pauli de Gondola, ser Junio de Caboga, ser Nixe de Stilo, Nixe Nifchi de Gondola, Martino de Georgio, ser Misse de Dersa, ser Petro de Bauxella, Marino de Buçignolo, omnibus hiis per dominum rectorem et prefatum parvum consilium preceptum fuit, quod ipsi non debeant aliquid petere Lauriçe filio Martoli de Georgio in Veneciis per placidum, nec coram forensibus, modo aliquo vel ingenio, nec scribere alicui de racionibus suis, quas habuisset ad faciendum cum Martolo de Georgio vel haberent cum Lauriça eius filio, nisi dicto Lauriçe scribant sub pena ducatorum c. pro quolibet et qualibet vice.

Item in dicto minori consilio captum et firmatum fuit quod scribatur Lauriçe Martoli de Georgio, quod, receptis literis domini rectoris et parvi consilii, infra duos menses debeat recessisse de Veneciis cum omnibus quaternis racionum patris sui, sub pena ad voluntatem domini rectoris et parvi consilii ad faciendum racionem cum omnibus.

Die xi februarii. In consilio rogatorum in quo interfuerunt consiliarii xlii, captum et firmatum fuit per consiliarios xxxv quod responsio fienda domino nostro, domino regi Hungarie, cum lamentacione iniuriarum et minarum fiat in una carta.

Die xii mensis februarii. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxxxvii. captum et firmatum fuit per lxxxiiii ipsorum consiliariorum de mictendo literam domino nostro domino regi Hungarie prout lecta fuit.

(Vide Mon. Rag. „Reformationes“ — p. 289.)

Item in eodem maiori consilio, captum et firmatum fuit per lxxxiiii ipsorum consiliariorum de mictendo dictam literam per Pripçe Ucolçich ad equum cum uno famulo, qui presentare debeat ipsam domino nostro domino regi et procurare habere responsivam ipsius litere.

Die xii februarii. In minori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit et firmatum, quod denari vendicionis possessionis condam Dobre de Gambe, quos comune habuit et fecit instrumentum pitropis, obligans eis dohanam vini, non dentur eis donec francaverint dictas possessiones ab omnibus puntatis et facto instrumento vendicionis Vite de Resti ex eo quod comune se obligavit dicto Vite emptori francarum dictas possessiones.

Salinarii. Uxor Dragotte per Vitam de Resti, Uxor Lampre de Chiacho per rectorem ser Marinum de Mençe, Uxor Fosche de Bingola per Michaelem de Bingola, Dompnius Junius de Binçola per Johannem de

Gondola, Filius Helie de Jadra per Nicolam de Saracha, Tripe de Goçe per Laurençium de Volcassio, Marcus de Trepagna per Marinum de Dersa, Felix de Grede per Petrum de Poça, Filius Çure de Gleya per ser Petrum de Ragnina.

Die xxii mensis februarii. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxxvi, captum fuit et reformatum per omnes consiliarios supradictos, quod scribantur omnes illi de populo, qui sunt apti et abiles ad essendum cum dominis de nocte, non scribendo çappatores nec bastasios, nec homines inabiles et insufficientes ad dictum officium, qui custodire debeant semel secundum quod tanget sibi volta, donec fuerit completus ordo omnium illorum qui fuerint scripti. Et completo ordine incipiatur a primis et sic fiat semper.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum per consiliarios lxxiii quod dominus rector cum parvo consilio possit eligere duos de nocte, sicut eligebatur prius, cum hac condicione quod non possit eligere aliquem nisi bis in anno ad plus.

Die xxiiii februarii. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, de faciendo graciam dompno Blasio de Curçola, posse extrahere de Ragusio milliare unum de cuppis et de lignamine necessario pro ecclesia sancti Blaxii de Curzola.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum quod nulla persona audeat discargare lapides neque ligna ad ignem supra pontes tam maris interioris, quam beccarie, sub pena grossorum xii pro quolibet contrafaciente et pro qualibet vice.

Item in eodem consilio ser Petrus de Poçça factus fuit loco rectoris pro pitropis Domagna de Mençe pro uxore Bisti de Bona.

Die xxv mensis februarii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxiii, captum et firmatum fuit per consiliarios lxii ipsorum consiliariorum, quod illa sala que est supra plateam iuxta dohanam, remanere debeat pro stacio dominorum de nocte,

Item in eodem maiori consilio captum et firmatum fuit per xxxiiii ipsorum consiliariorum, quod illa domus comunis, que est facta super Sponçam, remanere debeat pro ostaria, sicut prius captum fuit, et staçiones a parte ponentis debeant afflictari ad incantum.

Blasius de Babalio massarius.

Die xxviii februarii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxviii, exclusis omnibus qui non potuerunt nec debuerunt interesse occasione parentele, captum et firmatum fuit per xliii ipsorum consiliariorum, quod ser Jacobus de Mençe sit rector civitatis Ragusii per totum mensem Marcii xiiie Indictionis.

Eodem die. In consilio rogatorum, in quo interfuerunt consiliarii xxx, captum fuit et firmatum per xiii ipsorum, exclusis consiliariis

de occasione parentele, de precipiendo salinariis, ut ipsi fulcire debeant ambos comerclos de sale.

In eodem consilio rogatorum Pale de Getaldo, Andree de Ragnina, facti et firmati fuerunt partitores Sclavorum, qui veniunt Ragusium ad emendum sal.

Die v mensis marcii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxiii, captum fuit et firmatum per consiliarios supradictos de differendo super facto factorum de Veneciis.

Item in eodem maiori consilio captum et firmatum fuit per lv ipsorum consiliariorum, quod dominus rector cum parvo consilio det illum ordinem, qui sibi videbitur, illi qui intendit uti iure suo contra comune Ragusii.

Item in eodem maiori consilio captum et firmatum fuit per lxii ipsorum consiliariorum de faciendo graciam domino archiepiscopo, ut possit facere descarecari illum carratellum vini, qui fuit sibi destinatum de Ancona.

Item in eodem maiori consilio captum et firmatum fuit per xxxvii ipsorum consiliariorum de non addendo salarium domino Theodoro cancellario Stagni.

Ser Vita de Resti factus fuit et firmatus, quod remaneat in loco rectoris ser Jacobi de Mençe in questione quam Unuce soror eius movere intendit contra thesaurarios sancte Marie.

Die xii mensis marcii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato captum et firmatum fuit per xl consiliariorum lxii, qui interfuerunt ibidem de non faciendo novitatem aliquam.

Item in eodem maiori consilio, in quo interfuerunt consiliarii lxii, captum et firmatum fuit per lxi ipsorum consiliariorum, quod dominus rector, qui per tempora fuerit, non possit nec debeat ponere partem in aliquo consilio, nec aliquis consiliarius minoris consilii audeat ponere ballotam nec capere partem faciendi graciam alicui, de portando vinum forense Ragusium, nec in districtu Ragusii, sub pena yperperorum c. pro quolibet rectore et consiliario et pro qualibet vice; et quod nullus possit venire ad faciendum particionem, quod vinum forense conducatur Ragusium, vel in districtum Ragusii, nec arrengare in aliquo consilio sub pena yperperorum c. pro quolibet et qualibet vice.

Item in eodem maiori consilio captum et firmatum fuit per xxxvi ipsorum consiliariorum quod in isto ordine supradicto comprehendantur fratres Minores et Predicatores, ut non possint audiri sicut nec alii cum penis suprascriptis.

Die xvii marcii. Matehus de Nicoliça de Martinussio per minus consilium sono campane more solito cogregatum . . . *(Cassum).*

Die xvii marcii. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii xxxi, captum et reformatum fuit

per ipsos omnes consiliarios de dando donum ducatorum LV inferius Blasio Matarango.

Item in eodem consilio rogatorum captum et firmatum fuit per ipsos omnes consiliarios supradictos de mictendo unum sindicum ad dictum Blasium Matarangum cum dicto dono. Qui sindicus debeat ire sine mora et remanere in Briego ad emendum bladum et faciendum quicquid sibi fuerit commissum.

Die XVIII marcii. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt consiliarii LXVIIII, captum et firmatum fuit per omnes predictos consiliarios, de faciendo unum donum Blasio Matarango valoris a ducatis LV inferius in illis rebus, que videbuntur parvo consilio.

In eodem maiori consilio captum et firmatum fuit per LVI ipsorum consiliariorum, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, possendi imponere penam illi, qui elligetur sindicus ad mictendum Yevalum et Bregum, et ad Blasium Matarangum, et in Apulia prout eis videbitur et placebit.

Item in eodem consilio maiori captum et firmatum fuit per omnes consiliarios supradictos, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, tenendi illum modum, qui eis videbitur et faciendi ordinem, quod per Portam Stagni nec per Punctam non extrahatur sal in dampnum merchati de Narento; et imponendi penam et penas, prout eis videbitur fore utile atque bonum pro bono statu et conservacione dicti loci.

Item in eodem maiori consilio captum fuit per XXXV ipsorum consiliariorum, exclusis omnibus qui non debuerunt interesse occasione parentele, quod ser Mathias de Ribiça fit comes Stagni; qui iuravit.

Die XVIIII mensis marcii. Angelus de Maxi, Domagna Fuctigna in minori consilio sono campane *etc.* congregato facti fuerunt tutores heredum Nicole de Çanina.

Eodem die. In minori consilio, sono *etc.* congregato captum et firmatum fuit, quod ille qui ellectus fuerit sindicus ad eundum ad Blasium Matarangum et ad Yevalum et Vregum non possit refutare in pena perperorum L ex auctoritate ipsis data a maiori consilio; et ille, qui fuerit electus, nullam excusacionem habere possit, si vadit per plateam.

Item in eodem minori consilio captum et firmatum fuit, de dando illi, qui fuerit electus sindicus, pro duobus mensibus de salario et de expensis pro se et famulo yperperos XXXV pro quolibet mense et barcham.

Dobre de Mençe in prefato minori consilio factus fuit et firmatus sindicus in premissis; qui iuravit.

Die XVIIII marcii. Marinus de Chimo in prefato consilio factus et firmatus fuit scribanus in barchosio, Mathi de insula Dalafoti; qui iuravit.

Die xx mensis marcii. Provisiones infrascripte facte fuerunt super salem de Stagno, per minus consilium ex potestate sibi concessa a maiori consilio.

In primis, quod nullus salinarius Stagni nec aliquis alius habens salem in Stagno a modo in antea audeat vel presumat vendere vel donare, vel alio modo dare salem alicui de Stagno et de tota Puncta, nec alicui alteri ad grossum nec ad minutum alicui de Stagno nec alicui volenti portare ipsum salem ad aliquem locum de terra firma per mare nec per terram de Stagno incipiendo a Dalmissia usque Ragusium, nec mictere per se vel per alium nisi ad mercatum Narenti, sub pena yperperorum vc. pro quolibet contrafaciente et pro qualibet vice. De qua pena accusator habeat medietatem, si per eius accusam veritas poterit reperiri, et tenebitur de credencia; et alia medietas sit comunis. Et si aliquis venderet salem vel donaret, vel in alias res permutaret cum aliquo, qui vellet portare ipsum salem ad mercatum Narenti vel ad aliquem alium locum non prohibitum, non possit dimictere ipsum salem de manu sua sine licencia comitis Stagni, sub dicta pena. Et ad similem penam cadant omnes illi, qui extraherent salem de Stagno et portarent ipsum ad loca vetata.

(Margini adscript.) Banitum fuit per Allegrinum die xxii marcii.

Item quod comes Stagni et capitaneus illius maris, qui per tempora erunt, non possint nec debeant dare licenciam nec consentire alicui volenti portare salem, contra hunc ordinem, sub dicta pena yperperorum vc. et quod teneatur ponere mentem et inquirere, quod aliquis non faciat contra hunc ordinem sub pena sacramenti.

Die xxv mensis marcii. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, de dando licenciam Dragoe de Lagusta, ut possit pericare bestiamen suum ad invicem cum bestiamine Vlacusse de Sorgo in Punctam Stagni pro aliquibus diebus.

Item in eodem consilio captum fuit, quod Valoniti debeant franchari, sicut ipsi franchant merchatores de Ragusio in Valona.

Die xxviii mensis marcii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxiii, expulsis omnibus qui non potuerunt nec debuerunt interesse occasione parentele, captum et reformatum fuit per xxxv ipsorum consiliariorum, quod ser Iohannes de Cerieva sit rector comunitatis Ragusii per mensem Aprilis immediate futuri.

Ser Niffieus de Talloç in eodem consilio per consiliarios triginta duos factus fuit iudex usque ad festum Sancti Michaelis, expulsis omnibus a dicto consilio, qui non potuerunt interesse occasione parentelle; qui iuravit.

Item in eodem maiori consilio captum et reformatem fuit per consiliarios l de dando arbitrium consilio rogatorum supra facto Tadei Jalero, prout eis videbitur fore bonum.

Die penultimo marcii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxii, captum et reformatum fuit

per quadraginta duos ipsorum consiliariorum de faciendo descaricari frumentum istarum duarum barcharum, que fuerunt capte.

DIE II MENSIS APRILIS. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii LXXXIIII, captum fuit et firmatum per LXI ipsorum consiliariorum, de differendo ad mictendum syndicum ad Vregum.

Item in eodem maiori consilio captum et firmatum per omnes consiliarios, de dando arbitrium cuilibet apportaturo frumentum Ragusium ad vendendum in fundigo, usque per totum mensem may proximum, grossum unum pro quolibet stario.

Item in eodem maiori consilio captum et firmatum fuit per LXXX ipsorum consiliariorum, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, faciendi tres nobiles homines ad tractandum et faciendum quicquid scient et poterunt contra illos de Budoa et contra quoslibet alios, qui offendissent vel offendere vellent civitatem Ragusii; et possendi expendere de havere comunis circa predicta, prout eis melius videbitur et placuerit, et hoc arbitrium durare debeat usque ad festum sancti Michaelis de mense septembris proximor..

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per XLI ipsorum consiliariorum, de dando duas partes nauli barchis de Durachio que fuerunt descarecate.

A. D. M. IIIC. LX DIE X MENSIS APRILIS. In minori consilio sono campane *etc.* congregato Angelus de Beringerio factus fuit seribanus in barchosio Marini Çançarella; qui iuravit.

EODEM DIE. In dicto minori consilio Nichola de Çavarnigo, Marinus de Mençe, Johannes de Çereva fuerunt confirmati ad cogitandum et tractandum, quicquid scient et poterunt contra illos de Budoa, et contra quoslibet alios qui offendissent vel offendere vellent civitatem Ragusii.

EODEM DIE. In dicto minori consilio Iohanni Pauli de Gondula, Laurençio de Volcasso tutoribus heredum Matei Junii de Mençe data fuit licencia, posse obligare de bonis dicti Mathei pro maritacione Marusse filie dicti Mathei.

DIE XVI MENSIS APRILIS. In consilio rogatorum, in quo interfuerunt consiliarii triginta, captum et firmatum per omnes ipsos consiliarios, de dando unum nunçium Giuco Sagotini, quem inveniet ipse volentem ire Spaletum pro facto suo ad expensas ipsius Giuci.

EODEM DIE. Çive quondam Nicole de Gondola, (*l. c.* Laurencius de Volcasso) in minori consilio, sono campane *etc.* congregato, factus fuit tutor Ane filie quondam Give de Luccaro, una cum ser Salvino de Bonda et ser Nicola de Lucari tutoribus ipsius primo factis. Qui iuravit.

DIE XVIII MENSIS EIUSDEM. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii LXVIII, magister Cobellus Çirurgicus confirmatus fuit per unum annum proxime futurum pro perperis ducentis et quinquaginta cum pactis et condicionibus assuetis, et hoc fuit captum per consiliarios XLVI.

Pripçe Ucolçich, qui fuit ad dominum regem Ungarie cum litteris comunis Ragusii, captum fuit et firmatum in eodem consilio per XXXV ipsorum consiliariorum, de dando perperos XL pro sua provisione, sine famulo.

Item in eodem maiori consilio, captum fuit et firmatum per consiliarios LIIII de mictendo dona Blasio Matarango per unum ambassiatorem eligendum cum quadam barcha armata.

Item in eodem maiori consilio sono campane *etc.* congregato, captum et firmatum fuit per consiliarios LXVI, de dando licenciam domino rectori et parvo consilio, eligendi ambassiatorem et dandi sibi salarium, et faciendi commissionem ei, prout dicto consilio videbitur et placuerit.

Item in eodem maiori consilio captum et firmatum fuit de faciendo graciam ser Petro de Ragnina, ut fiat sibi una fenestra inferrata ad murum, qui est factus ante stragnum ad expensas comunis, et uxori Tome de Petragna, ut ipsa possit facere unam fenestram inferratam ad expensas suas.

DIE XVIII MENSIS APRILIS. In minori consilio sono campane *etc.* congregato, data fuit licencia presbitero Clementi de Paborna, procuratori Dobroe Dobrochnich, Milossi Radinovics et Radoslavi Pervinovich, ad recipiendum terrenum Ecclesie Merchanensis, quod est in Breno, ad pastinandum ad medietatem, a Dyacono Marino de Saracha prebendato de ipso terreno secundum pacta, de quibus poterunt concordare.

DIE XXI APRILIS. Une uxori quondam Grube de Çera in minori consilio sono campane *etc.* congregato permissum fuit, quod habere debeat yperperos XXX ultra introytus, quos ipsa habet pro eius victu et vestitu omni anno de denariis dicti sui mariti, quos habent tesaurarii sancte Marie pitropi dicte Grube.

EODOM DIE. Milossius de Primillo per minus consilium factus fuit scribanus in barchosio Clementis de Calamota . . . . . qui iuravit.

Item in eodem minori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit et firmatum, quod detur ambaxiatori ituro ad Blaxium Matarangum pro salario et expensis suis et famuli, si famulum portare voluerit, perperos vigintiquinque et barcham.

Georgius de Bodaça factus fuit ambassiator in eodem consilio minori ad eundum ad Blasium Matarangum. Qui iuravit.

DIE XXI MENSIS APRILIS. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii XXXIII, captum fuit et firmatum per XXVII ipsorum consiliariorum, de dando Caloyaro misso ab imperatore Rassie denarios Stagni, nunc ad presens.

Die xxiii mensis aprilis. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxxviiii, captum et firmatum fuit per omnes consiliarios supradictos, de eligendo unum ambassiatorem, ad mictendum ad tractandum pacem et concordiam inter Duracenos et Blasium Matarango, cum illa commissione, que domino rectori et parvo consilio videbitur et placuerit.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum fuit per lxv ipsorum consiliariorum, de mictendo primum ambassiatorem, qui fuerat ellectus ad mictendum ad Blasium Matarango cum illa commissione, que domino rectori et parvo consilio videbitur placuerit.

Item in eodem consilio captum et firmatum fuit per lv ipsorum consiliariorum, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, eligendi istum ambassiatorem, et faciendi sibi commissionem et providendi sibi de salario et expensis.

Item in eodem maiori consilio sono campane more solito congregato captum et firmatum fuit per lvi ipsorum consiliariorum de ponendo maiorem penam quam contineatur in statuto ambassiatori eligendo.

Item in eodem consilio sono *etc.* congregato captum et firmatum fuit per lx ipsorum consiliariorum, de ponendo penam de perperis centum ambassiatori predicto.

Item in eodem consilio captum et firmatum fuit per lxxiii ipsorum, quod ille, qui fuerit electus ambassiator, nullam excusacionem habere possit, si vadit per plateam.

Eodem die. In minori consilio sono campane more solito congregato, ex auctoritate ipsis data a maiori consilio, captum et firmatum fuit, de dando ambassiatori eligendo, pro salario suo et duorum famulorum et expensis in isto viagio, perperos quinquaginta. Et comune teneatur solvere naulos barche et equorum; et si dictus ambassator faceret plures duabus barchagnis a Durachio ad Blaxium Matarango, sit in providencia parvi consilii ad providendum sibi de expensis.

Die xxv mensis aprilis. Marinus de Chranoi factus fuit scribanus per minus consilium supra barchosium Marini de Baraba, qui dicitur Sanctus Andreas, et iuravit.

Die xxviii mensis aprilis. Ser Nicola de Çavernicho factus fuit rector comunitatis Ragusii, in mense may proximo futuro, expulsis omnibus qui non potuerunt nec debuerunt interesse occasione parentele, in maiori consilio sono *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxii, per triginta tres ipsorum consiliariorum. Qui iuravit.

Item in eodem maiori consilio sono campane *etc.* congregato, captum et firmatum fuit per omnes consiliarios supradictos de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio faciendi unum massarium bladi comunis in locho Mathie de Ribiça, qui sit ad recipiendum raciones bladi cum Blaxio de Babalio ab ipso Mathia, antequam ipse vadat ad comitatum Stagni, qui massarius eligendus remanere debeat massarius post recessum dicti Mathie.

Item in eodem maiori consilio sono campane more solito congregato captum et firmatum fuit per omnes consiliarios supradictos de faciendo reemendari omnia statuta cuiuslibet persone sicut statutum comunis ad expensas ipsius comunis usque ad festum sancti Petri proxime futurum, et cum fuerit reemendata, restitui debeant suis patronis.

Eodem die. In minori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit et firmatum, quod ser Nicolaus de Grede sit Ambassiator ad eundum Durachium et ad Blasium Mataranguin. Qui iuravit.

Die prima mensis madii. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii xxxii, captum fuit et firmatum per xxiii ipsorum consiliariorum, quod determinetur in ipso consilio que responsio fieri debeat dominacioni ducali Veneciarum supra facto bladi accepti de duabus barchis de Durachio.

Die tercio mensis madii. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii xxx, captum et firmatum fuit per omnes, de mittendo ad curiam romanam Tuodorum cancellarium pro facto archiepiscopatus nostri cum illis literis et commissionibus que eis videbitur.

Item in eodem consilio rogatorum captum et firmatum fuit per consiliarios xxi, quod cridetur, quod nullum navigium terrigenarum nec forensium possit recedere de Ragusio per totam hanc diem sine licencia domini rectoris.

Die eodem. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii lxxxviiii, captum fuit et firmatum per lxxxiiii ipsorum consiliariorum, de dando arbitrium domino rectori et consilio rogatorum possendi ordinare literas infrascriptas ad summum pontificem et ad alios pro archiepiscopo elligendo. Et ad faciendum expensas necessarias et omnia alia, que eis videbuntur fore bona et utilia pro honore civitatis nostre circa predicta, sicut maius et generale consilium facere posset in omnibus suprascriptis. Que litere debeant destinari per Tuodorum cancellarium nostrum

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per lxxii ipsorum consiliariorum, quod cridetur, quod nullum navigium parvum nec magnum forensium nec terrigenarum audeat vel presumat recedere de Ragusio portu, nec destricto, nec etiam aliquis cursor audeat recedere per mare nec per terram usque ad diem veneris proximi sine licencia domini rectoris sub pena ad voluntatem dicti domini rectoris.

Die iiii mensis madii. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii xxvi, captum et firmatum fuit per xxii ipsorum consiliariorum quod litere, veniente famulo Episcopi Curçolensis, legi debeant.

Item in eodem consilio rogatorum captum fuit et firmatum per xxi ipsorum consiliariorum, de mittendo per Tuodorum cancellarium

ad Curiam romanam, illas duas literas Episcopi Curçolensis, que faciunt mencionem de Symonia, quas ostendere debeat summo Pontifici, si dicto Tuodoro videbitur.

Item in eodem consilio rogatorum captum fuit et firmatum per xxx ipsorum consiliariorum, quod littere scripte summo Pontifici et aliquibus cardinalibus mitti debeant, prout lectum fuit et nichil mutare.

Item in eodem consilio rogatorum captum fuit et firmatum per omnes, quod dicatur in literis, que mitti debent summo Pontifici et cardinalibus, qualiter non est aliquis sufficiens ad hanc dignitatem archiepiscopatus.

Die eodem. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, de dando licencia Blaxio de Babalio massario comunis, quod possit facere cambium de ducatis m dandis in Veneciis, dando illi qui vellet facere a grossis xxvi $^{1}/_{1}$ pro ducato inferius.

Marinus de Vitane, in dicto minori consilio factus fuit supra laboreria vinearum.

Die v mensis madii. Tomasius Dunia arbanensis in minori consilio sono campane more solito congregato factus fuit civis Ragusii; qui iuravit esse fidelis Ragusinus et obbedire et facere omnes facciones reales et personales sicut quilibet alius Ragusinus.

Die vi mensis madii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii lxxxi, captum fuit et firmatum per xliiii ipsorum consiliariorum, quod a modo in antea episcopus Dominicus Tobia non debeat morari Ragusium, nec in districtu; et quod licencietur, ut debeat recedere hinc usque ad viii dies, racionibus et causis raciocinatis de ipso in isto consilio.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per lxxviiii ipsorum consiliariorum, de dando arbitrium domino rectori et consilio rogatorum posse se concordare cum illis de Budua, per illum modum qui videbitur eis.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per lxx ipsorum consiliariorum, de dando licencia domino rectori et consilio rogatorum supra facto Tuodori de Drivasto, qui scripsit literas pro servicio episcopi de Curçola contra honorem et ordinem Ragusii.

Eodem die. Pasche de Ragnina, Volcus de Goçe in minori consilio sono campane more solito congregato facti fuerunt consules ad recolligendas omnes res et mercaciones Pasche de Siessa, qui fuit in sancto Dymitrio, et ipsas mittere Ragusium debeant in manus dominacionis, ut dentur illis, qui ipsas habere debebunt.

Item in eodem minori consilio captum fuit et firmatum, quod dentur duc. l de denariis archiepiscopatus, ut possint mittere dominum Petrum Nigri ad curiam romanam pro archiepiscopo elligendo.

Die viii mensis madii. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum per xxvii ipsorum consiliariorum

de expellendo de Ragusio Tuodorum de Drivasto, dando sibi terminum competentem, et hoc ex auctoritate maioris consilii.

Item in eodem consilio rogatorum captum fuit et firmatum per xxv ipsorum consiliariorum, de dando eidem Tuodoro terminum i mensis, ad exeundum de Ragusio.

Die xii mensis madii. Johannes Pauli de Gondolo, Marinus de Vitana, tutores heredum Dame de Gondola in minori consilio sono campane more solito congregato fecerunt racionem tam de rebus, que ad manus ipsorum pervenerunt, quam de expensis, in presentia Maroe filii Vite de Bacante petentis pro se et pro uxore sua, sibi fieri racionem de predictis bonis, restavit ipse Marinus de Vitana ad dandum de dictis bonis uxori dicti Maroe de Bacante yperperos centum et aliqua pignora, que dixit habere.

Die vero xiii madii suprascripti dictus Maroe de Bacante in minori consilio voluit, quod dicti tutores firmarent per sacramentum quod ipsi habebant de bonis spectantibus ad filiam et heredem Dame de Gondola uxoris ipsius; et suprascriptus ser Johannes de Gondola firmavit, nichil habere de bonis uxoris dicti Maroe nisi yperperos c et aliqua pignora argenti.

Die xiii madii. Dominus rector ser Nicola de Çavarnigo cum suo minori consilio ex auctoritate maioris et generalis consilii percepit Çive de Çereva ibidem presenti debitori Martoli de Georgio, quatenus omnia que ipse habebat vel dare debebat pertinencia vel spectancia ad ipsum Martolum, dare debetur ser Marino de Bona, ser Symoni de Resti, ser Iohanni Pauli de Gondola et ser Marino de Dersia et aliis mercatoribus de Ragusio debentibus habere a dicto Martolo.

Eodem die. Symon de Resti, Marinus de Dersa, Nixa de Gondola — Capita illorum, qui habere debebant a Martolo de Georgio, fuerunt contenti et confessi, habuisse et recepisse a Çive de Çereva yperperos noningentos vigenti sex et grossos duos ad ducatos, quos ipse Çive dixit, debere dare eidem Martolo pro omni racione, qua habuisset ad factum cum Martolo de Georgio.

Die xv madii. Symon de Resti, Marinus de Dersa, Nixa de Gondola-Capita mercatorum, qui habere debebant a Martolo de Georgio, fuerunt contenti et confessi, habuisse et recepisse a Micheli de Caboga ducatos auri viginti novem et grossos duos, quos ipse Michael dixit se debere dare eidem Martolo pro omnibus racionibus, quas ipse Michael habuit ad faciendum cum ipso.

Vita filius Felicis de Cataro, Maroe filius Vide de Rigibat de Antibaro in minori consilio sono campane etc. more solito congregato facti fuerunt cives Ragusii; qui iuraverunt esse fideles communis Ragusii, et facere omnes facciones reales et personales sicut faciunt omnes alii Ragusei.

Die xvii mensis madii. Marinus de Vitane, Georgius Pasche de Georgio in minori consilio sono campane more solito congregato facti fuerunt procuratores archiepiscopatus.

Die xx mensis madii. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, quod detur donum unum yperperorum x ministro fratrum minorum.

Item in eodem minori consilio captum fuit et firmatum, quod prolongetur terminus illis, qui habent domos extra muros in illo mari, de reducendo ipsas intus usque per totum mensem Junii proximi.

Die xxi mensis madii. In consilio rogatorum sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii xxx, captum fuit et firmatum ex auctoritate eis data a maiori consilio per omnes, de componendo pacem cum illis de Budua, si consentient non tenere barcham, et quod iurent pro omnibus de contrata non offendere aliquem de Ragusio. Et si offenderent, quod teneantur dare nobis mallefactores. Et quod faciant venire literam a patriarcha, quod ipse consentit et promittit habere firmam dictam concordiam.

Die xxviii madii. Ser Johannes Nicole de Gondola expulsis illis, qui non potuerunt nec debuerunt interesse occasione parentele, in maiori consilio sono campane *etc.* congregato factus fuit rector pro mense Junii.

Die xxviii mensis madii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii lxxxvii, captum fuit et firmatum per lii ipsorum consiliariorum quod apperiatur porta de Labis cum condiccione, quod omni sero claudetur cum clavi per portarios, sicut clauduntur alie porte.

Item in eodem maiori consilio Petrus barberius confirmatus per omnes pro uno anno cum salario, pactis et condiccionibus consuetis.

Item in eodem maiori consilio captum et firmatum per lxxxv ipsorum consiliariorum, quod nulla persona de Ragusio a modo in antea audeat vel presumat portare vel mittere de aliqua parte bestiamen alio quam Ragusium, per mare nec per terram, hinc ad sanctum Michaelem proximum mensis Septembris, nec illi qui habent bestiamen paratum causa mittendi ad ponentem, sub pena ducatorum c pro quolibet contrafaciente, nisi pro sua mensa. Et iste ordo incipiat die primo mensis Julii.

(Margini adscriptum) — Bampnitum.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per lxxxv. ipsorum consiliariorum, quod denarii mensurarum salis dentur pauperibus, sicut dati fuerunt tempore preterito.

Die eodem. Nicola de Saracha, Misse de Dersa, Jache de Mençe in maiori consilio sono campane more solito congregato facti fuerunt tutores heredum Çive de Saracha; qui iuraverunt.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum, de dando scallo et uni alteri barche volenti portare aquam grossos ii de

*

barcha a comuni, cum condiccione quod teneant ducere aquam donec placuerit dominacioni.

Staciones Comunis incantate MIIICLX.

Die xx madii. Radeno aurifici de Cataro per minus consilium delivrata fuit prima stacio versus plateam, que est sub hostaria, pro annis quinque ad yperperos decem in anno.

Eodem die. Nixe aurifici Stanoevich per dictum minus consilium delivrate fuerunt due staciones sub hostaria, videlicet secundam et terciam versus plateam, pro annis quinque, pro yperperis xviii ambe in anno.

Die xxiiii madii. Tomcho aurifici per dictum dominum rectorem et minus consilium delivrate fuerunt due staciones, videlicet quarta et quinta versus plateam pro annis quinque a racionem yperperorum xviii in anno ambe.

Item in eodem consilio captum et firmatum, fuit de emendo sive fieri faciendo bacile unum argenti, et illud bochale, quod habet Nicola de Caboga in pignore conservando, ipsum sine dampno, si aliud haberi non poterit, solvendo ipsum sibi.

Item in eodem consilio rogatorum captum et firmatum fuit per omnes consiliarios, de scribendo ser Marino de Bona, et ser Nicole de Sorgo in dohana vini duc. IIIIC, quos mutuant comuni, quibus solvi debeant prius quam illis de Gambe, quibus est ipsa dohana obligata, videlicet in decembre et januario.

Item in eodem consilio captum et firmatum fuit per omnes consiliarios, de scribendo illis, a quibus sunt empte res donande, in dohana maiori in mense decembris et in mense januarii, videlicet Give Pauli de

Gondola, Give de Çerieva, Marino de Vitana, et Nico de Caboga et domine Philippe; et quod a modo in antea non possit alicui in dohana dari, donec fuerit eis satisfactum.

Die xxv mensis novembris. In consilio rogatorum sono campane etc. congregato, in quo interfuerunt consiliarii xxviiii, captum et firmatum fuit per omnes consiliarios, de dando libertatem parvo consilio, eligendi iii de isto consilio, qui notare debeant commissionem, et quidquid notaverint, debeant aducere ad istud consilium ad confirmandum, si videbitur.

Ser Iohannes Pauli de Gondola, ser Marinus de Bona, ser Nicola de Çavernicho facti fuerunt ad ordinandum commissionem predictam.

Die xxvii mensis novembris. In consilio rogatorum sono campane etc. congregato, in quo interfuerunt consiliarii xxxiiii captum et firmatum fuit per omnes consiliarios, de dando libertatem ambaxiatoribus, faciendi melius, quam eis videbitur de equis, quos ement pro ambassiata eorum, seu vendendi in reversione ipsorum secundum viam, quam facient.

Item in eodem consilio captum et firmatum fuit per omnes ipsos consiliarios, quod Çiucus Desseni possit ire pro famulo ambassiatorum, et quod possit remanere pro facto questionis sue, et si egeret pecunia, quando remaneret, quod ambassiatores possint mutuare sibi usque ad perp. xxx. vel xl. et recomendare factum suum ambassiatoribus, quod adiuvent ipsum iuxta dominum et dare sibi protestum suum, set non protestum comunis.

Item in eodem consilio captum et firmatum fuit, de recomendando ambassiatoribus robariam factam pro galea de Rado, ut supplicent domino regi aut domine regine, ut faciat literas illis de Vrana.

Die xxviii novembris. I eodem consilio rogatorum, in quo interfuerunt consiliarii xxxiiii, captum et firmatum fuit per consiliarios xxiiii, quod prorogetur terminus recedendi ambassiatoribus usque ad diem Lune proximum de mane, et quod galea cras de sero vadat Gravosium sub pena ducatorum centum pro quolibet.

Item in eodem consilio sono campane etc. congregato captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, quod dominus comes cum parvo consilio possit ordinare literas de credencia et literas commendatorias et dare copia pactorum ambassiatoribus.

Die xxviii novembris. Andruscus filius Laurencii de Sorgo, in minori consilio sono campane etc. congregato absolutus fuit a potestate et subieccione tutorum, ut possit a modo stare sicut quilibet homo sui iuris.

Die xxviiii novembris. Ser Petrus de Ragnina in maiori consilio etc. in quo interfuerunt consiliarii lxx, exclusis omnibus, qui non potuerunt nec debuerunt interesse occasione parentele, factus fuit rector, per consiliarios l pro mense decembris proximo futuro.

Item in eodem maiori consilio captum et firmatum fuit per omnes consiliarios, de faciendo graciam domino Johanni Militi, de conce-

dendo sibi magistrum Cobellum, ut possit ire cum uxore sua usque ad dominam reginam Hungarie pro uno mense lucrando soldum; et si plus staret uno mense, predictus dominus Johannes se constituit pleçium de illo pluri.

Die primo mensis decembris. In consilio rogatorum, in quo interfuerunt consiliarii xxxiiii, captum et firmatum fuit per omnes, de mictendo unam literam comiti Voyssavo cum pulchrioribus verbis, que videbuntur domino rectori et parvo consilio, super illo, quod misit dicendo per suas literas terre nostre.

Die primo mensis decembris. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum quod ille res, que dicetur dominam Philippam de Mençe habere in pignore ab archiepiscopo Antibarensi, que res sunt in manibus archiepiscopatus Ragusini, restituantur eidem domine Philippe, dando pleçariam de dictis rebus, videlicet calicibus ii de argento, uno libro vocato Iohannina et pastorale uno de cornu.

Michael de Dersa constituit se pleçium de conservando comune indempne, si per aliquem questio moveretur pro dictis rebus.

Die secundo mensis decembris. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii xxxviii, captum fuit et firmatum per consiliarios xxii, quod illi tres, qui ordinaverunt commissionem, debeant ordinare literas regraciando comiti palatino et bano Dalmacie et Croacie, et scribere ambassiatoribus nostris de tenore ipsarum literarum et ipsos informare de tenore ipsarum, ut sciant defendere ius nostrum, et quod veniant ad parvum consilium cum dictis literis, que litere micti debeant velociter per quamdam barcham armatam cum litera, quam misit comes Voyslavus et minis, quas nobis facit.

Item in eodem consilio rogatorum captum fuit et firmatum per consiliarios xxxvi, de differendo ad scribendum imperatori Slavonie, donec habebitur responsio comitis Voyslavi.

Aptatura barche Giuci de Desseno, que fuit fracta per galeam, constitit perp. iiii.

Die iii mensis predicti. In consilio rogatorum sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt consiliarii xxxv, captum fuit et firmatum per consiliarios xxxiii, de differendo usque ad cras ad scribendum literas domino imperatori Sclavonie, ad lamentandum de novitatibus nobis factis per comitem Voyssavum.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum, de mictendo ambaxiatoribus nostris literas, significando novitatem nobis factam per comitem Voyslavum cum barcha domine.

Domagna Suentigna in minori consilio factus fuit tutor iuxta Milçe de Lepro, Çive de Mauressa; qui iuravit.

Die viii decembris. Pale de Getaldo, Vlacus de Mençe, Stepe Marini de Sorgo, Aniça uxor Petri de Poça in minori consilio *etc.* facti fuerunt tutores heredum quondam ser Petri de Poçça.

Die xiiii decembris. Ser Iohannes de Teodisio, ser Iohanes Nicole de Gondola, Maria uxor quondam Simeonis de Binçola in minori consilio *etc.* facti fuerunt tutores filie Simeonis de Binçola.

Die xv decembris. In consilio rogatorum *etc.*, in quo interfuerunt consiliarii xxxii, captum fuit et firmatum per omnes consiiiarios, de differendo ad providendum de facto pecunie pro frumento usque adventum barcusorum de Apulea.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum, de obligando per cartam comune et bona comunis thesaurariis epitropis quondam Marini de Dersa pro illis yperperis iimccLxxxxvii et grossis v ad racionem yperperorum v pro centenario ad racionem anni pro ambaxiata ablata.

Die xvi mensis predicti. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii xxxvi, captum fuit et firmatum per omnes ipsos consiliarios, de mictendo cursores cum literis per duas manus per viam Bosne et per viam de Segna ambassiatoribus, excusando civitatem de accusacione nuper facta per episcopum Cursulensem.

Item captum fuit et firmatum per omnes ipsos consiliarios, quod debeant micti litere domino nostro domino Regi et ambaxiatores, qui faciunt ambaxiatam, quod dent sibi literas domini regis ambaxiatoribus, et ipsi facient sicut scient, et summo posse . . . .

Item de mittendo illas primas literas, quas mictebat episcopus Cursulensis fraudulenter, et mendaces et falsas pro emendo archiepiscopatus ragusinus, et quod pro hiis et aliis ab hominibus fuit expulsus.

Item de eligendo iii, qui debeant scribere literas mictendas et excusacionem et aducere ad presens consilium, et quod ser Marinus de Goçe, sit cum ipsis ad faciendum hec, et illi, qui fuerunt primo ad faciendum literas, sint ad presens, videlicet:

Ser Marinus de Bona, ser Iohannes Pauli de Gondola, ser Nicola de Çavernicho.

Martinussius de Proculo in minori consilio *etc.* factus fuit consul ad faciendum avariam de eo, quod ablatum est per Cesalin Prisda Rehudich Junio de Caboga.

Die xviii dicti mensis. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii xxxi, captum fuit et firmatum per omnes, quod mictatur pena ambaxiatoribus, qui sunt ad serenissimum dominum nostrum dominum regem Hungarie, sub pena ducatorum mille pro quolibet, ubicumque ipsos esse contingerit, debeant ire coram domino nostro rege, et non recedere inde, donec habuerint responsionem de eo, quod commissum est eis.

Die xxi decembris. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii xxxviii captum et firmatum fuit per omnes ipsos consiliarios, de mictendo domino imperatori, domine imperatrici et certis baronibus pro facto novitatum, quas facit Voyssavus.

Item de mictendo literas certis merchatoribus, quod sub pena amictendi res debeant presentare literas domino imperatori expensis comunis et pro eis petere responsionem.

Item captum et firmatum fuit per omnes predictos consiliarios, quod elligantur tres nobiles homines, ad ordinandum istas literas et postea aducant ad presens consilium, si videbuntur bene stare aut non, et illud quod fiet in presenti consilio sit firmum per omnes.

Ser Marinus de Bona, ser Iohannes Pauli de Gondola, ser Nicola de Çavernicho facti fuerunt ad ordinandum literas.

Ser Grube de Mençe, ser Georgius Pasche de Georgio, ser Nicus de Binçola facti fuerunt ad inveniendum viam et modum, quo mutuare pro solvendo frumentum et ordeum emptum per Pasche de Bonda, ducatos MIIICLX.

DIE XXII MENSIS DECEMBRIS. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, captum et firmatum fuit per consiliarios XXXIII qui interfuerunt in dicto consilio, quod litere composite per III fient sub bona forma.

Micus de Proculo, Vita de Tudisio electi fuerunt ad presentandum literas domino imperatori et domine imperatrici supra novitatis, quas fecit comes Voyslavus.

DIE XXIII DICTI MENSIS. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii XXVIII, captum et firmatum fuit per omnes, de mictendo unam barcham armatam precipiendo Pasche de Bonda, quod mictat omnes literas, quas habuit a rectoribus Ragusii pro facto bladi.

DIE XXVIII MENSIS DECEMBRIS. In minori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit et firmatum, quod sit satisfactum ser Niffico de Galoçet ser Clementi de Dersa pro comune de lignamine ipsis ablato in Stagno, secundum dictum et confexionem officialium ipsius comunis in Stagno, qui ipsum lignamen abstulerunt, quod lignamen fuit extimatum perp. LXX cum hac condiccione, quod non possint plus petere aliquid de dicto lignamine.

DIE XXVIIII EIUSDEM MENSIS. Ser Marinus de Goçe, ser Laurencius de Volcasso, Dobre uxor quondam Nichole de Bucha in minori consilio sono campane *etc.* congregato facti fuerunt tutores heredum quondam Petri de Nicola de Bucha.

DIE XXX MENSIS DECEMBRIS. Ser Marinus de Goçe in maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii LXXXI, exclusis omnibus qui non debuerunt nec potuerunt interesse occasione parentele, factus fuit rector Ragusii per consiliarios LVII.

Item in eodem maiori consilio sono campane *etc.* congregato captum et firmatum fuit per omnes consiliarios, quod cabella cere converti debeat in laborerium turris et moli et muri terre usque ad sanctum Michaelem proximum.

DIE XXX MENSIS DECEMBRIS. In minori consilio *etc.* captum et firmatum fuit, quod tutores dati Nicolette filie quondam ser Marini de Dersa sint cassi et adnullati, et hoc fuit ad peticionem dicte Nicolette.

Item in eodem consilio *etc.* captum fuit et firmatum, quod galee debeant propelli sive barari in aquam, et postmodum adtrahi ad terram et poni ad locum deputatum.

1361.

Die ii mensis ianuarii. In minori consilio sono campane more solito congregato confirmatus fuit ser Laurencius de Volcasso tutor Clementis quondam ser Clementis de Goçe, qui iuravit.

Ser Laurencius supradictus in dicto minori consilio factus fuit procurator ecclesie sancti Blasii, qui iuravit.

Nicola de Saraca, Marinus de Vitane, Dobre de Mençe in minori consilio *etc.* facti fuerunt tutores Nixe quondam Marini de Mençe.

Die iiii mensis ianuarii. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxxxii, captum fuit et firmatum per lxxi ipsorum consiliariorum, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio de ponendo precium alis, prout eis videbitur fore racionabile atque iustum, usque ad festum sancti Michaelis proximi.

Die vi mensis ianuarii. In consilio rogatorum, sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt consiliarii xliii, captum fuit et firmatum per consiliarios xxxv, de mictendo litteram Semcho per unum cursorem supra facto novitatum, quas facere nobis intendit comes Voyslavus.

Die vii ianuarii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii cxii, captum fuit et firmatum per consiliarios lxxxiiii, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, cum addiccione x sapientum, supra omnibus factis extra Ragusium vel comitatum, prout eis melius et utilius videbitur et placuerit, pro honore et bono statu istius terre, sicut maius et generale consilium, cum hac condiccione, quod ipsi non possint dare nec permictere aliquid donum alicui baroni pro factis istis; et hoc arbitrium durare debeat usque ad festum sancti Michaelis proximum.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum per consiliarios lxii, quod parvum consilium debeat eligere istos decem sapientes.

Facti fuerunt per parvum consilium sapientes, qui debeant esse cum ipsis: — Ser Petrus de Ragnina, ser Johannes de Gondola, ser Laurencius de Volcasso, ser Nicola de Sorgo, ser Nicola de Saracha, ser Johannes de Bona, ser Orse de Camagno, ser Marinus de Mençe, ser Marinus de Bona, ser Iacobus de Mençe.

In minori consilio sono campane *etc.* congregato cum adiccione x sapientum captum fuit et firmatum, quod quilibet ipsorum tenere debeat de credencia omnia, que dicta fuerint per ipsum consilium et capta fuerint sub pena ducatorum auri l. et privacionis officii et beneficii. et de consilio per v. annos et nulla gracia eidem fieri possit ex auctoritate sibi data a maiori consilio ut supra.

Item in dicto consilio captum fuit et firmatum, quod mictatur unus homo cum litera ad Milmagnum cephaliam, qui stare debeat diebus II, ad videndum, quid facit ipse Milmagnus.

Item in dicto consilio captum fuit ex auctoritate eis data a maiori consilio per omnes consiliarios, quod precipiatur domine Philippe de Mençe et Nicole de Cherpa, nomine Marini de Mençe, quatenus sub pena ad voluntatem istius consilii debeant custodire castra sua sic et taliter, quod non exeant de manibus suis, et ipsa fulcire victualibus, armis et hominibus, quod non exeant de manibus ipsorum.

Domine Philippe factum fuit dictum preceptum personaliter.

Nicole de Cherpa, Grube de Mençe procuratoribus Marini de Mençe, factum fuit dictum preceptum.

Item captum fuit in dicto consilio, quod ille de dicto consilio, qui non veniet ad dictum consilium, solvat grossos II pro qualibet vice.

Ser Blasius de Babalio factus fuit tutor filie prime uxoris Niffici de Galloç.

Die XI januarii. In minori consilio sono campane *etc.* congregato cum addiccione X sapientum captum et firmatum fuit, quod ille qui eligetur vicecomes Breni, Çoncheti, Bieleni et Molini, habere debeat usque ad sanctum Michaelem proximum de salario perp. centum cum hac condicione, quod ipse tenere debeat unum equum; et debeat habere omnes honorificencias, que sunt ordinate per terram habere vicecomitem predicti loci. Et teneatur ire ad dictum comitatum, et stare secundum quod fuerit ei preceptum per dominacionem.

Die XII ianuarii. In minori consilio *etc.* captum fuit et firmatum, quod illi qui habent oleum in Ragusio possint vendere usque ad grossos XIIII starium. Et hic ordo durare debeat donec videbitur consilio. Et illi qui vendunt oleum ad folleratum debeant lucrari secundum consuetudinem aliquam.

(Margini adscript.) Bampnitum per Iohannem preconem.

Die XV ianuarii. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, de dando barchosio ser Marini de Vitanne, qui fuit transmissus in Apulea, de quolibet stario de naulo grossos II.

Item in dicto consilio data fuit licencia mercatoribus creditoribus quondam Martoli de Georgio, ad vendendum de possessione ipsius Martoli, usque ad integram satisfaccionem ex auctoritate eis data a maiori consilio.

Ser Johanes de Bona, ser Laurencius de Volcasso, ser Marinus de Mençe, ser Nicola de Caboga, ambassiatores fecerunt racionem de omnibus denariis quos receperunt pro eorum ambassatis, quando missi fuerunt ad serenissimum principem dominum regem Ungarie et eius matrem; et restituerunt integraliter quicquid superabundavit eis, et dixerunt ser Marinus et ser Nicola, quod tres equi venditi fuerunt per Pauluscum in Spaletum pro ducatis LX, quos habuit Çiucus de Desseno.

Die xxv ianuarii. In minori consilio sono campane *etc* congregato cum adiccione x sapientum, in quo autem fuerunt consiliarii xviii, captum fuit et firmatum per xiii ipsorum consiliariorum ex auctoritate eis data a maiori consilio, quod Marinus Lampre de Çiacho qui fuerat vicecomes Breni, Çoncheti et Molini, quia male se gessit, quando Miliman venit super nostrum comitatum, sit privatus quod non possit habere aliquem comitatum nec capitaneariam extra civitatem Ragusii, ad tempus.

Item in eodem consilio captum fuit per x ipsorum consiliariorum, quod dictus Maroe sit privatus per annos x, quod non possit habere aliquem comitatum nec capitaneriam extra civitatem Ragusii.

Item in eodem consilio, captum fuit et firmatum per consiliarios xiii quod Maroe Dobrich de Çoncheto debeat iudicari per istud consilium.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, quod dictus Maroe fefellit per ea que probata sunt contra ipsum.

Die xxvii ianuarii. In minori consilio sono campane *etc* congregato captum fuit et firmatum, quod massariis comunis bladi sint obligati perperi cc de paga mensis marcii proximi venturi, quam debent facere salinarii Stagni; quos perperos ii^c dicti massarii mutuaverunt causa dandi suprastantibus laborerii Stagni.

Eodem die. In minori consilio cum addicione x sapientum, in quo interfuerunt consiliarii xx, captum fuit et firmatum per omnes, de amputando Maroe Dobrich pedem dextrum propter delictum, quod scit.

Die xxviii mensis predicti. Maroe Dobrich predicto amputatus fuit pes dexter, prout supra captum fuit.

Die xxviiii mensis predicti. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii xxx, captum fuit et firmatum per consiliarios xxi, de dispergendo staria m. bladi.

Die xxx ianuarii In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxiiii, captum fuit et firmatum per lxiii ipsorum consiliariorum, de dispergendo staria m grani de meliori ad perperos ii starium. Et si quis vellet de ordeo, habeat staria ii pro uno grani, prout melius videbitur parvo consilio.

Die penultima mensis ianuarii. Ser Marinus de Bona in maiori consilio sono *etc.* congregato, exclusis omnibus qui non potuerunt nec debuerunt interesse occasione parentele, per consiliarios l factus fuit rector comunis Ragusii, pro mense februarii proximo futuro.

Die primo mensis februarii. In minori consilio sono campane more solito congregato ex auctoritate eis data a maiori consilio Marinus de Mençe, Nicola de Saracha. Nicus de Saraca, ordinati fuerunt ad scribendum omnes homines Ragusii, qui possunt solvere ab uno stario frumenti suprascripti.

Die IIII mensis februarii. Nencho Cecorich in minori consilio sono campane more solito congregato cum addictione x sapientum data fuit fides pro Stepcho Cechorich fratre suo, ut libere et secure possit venisse Ragusium infra dies xv proxime futuros, et quod possit stare Ragusii diebus VIII et aptare facta et quod venire debeat sine sua familia, et quod completis VIII diebus quibus tantum debet stare Ragusii, debeat inde recedere et per eamdem viam reddire, per quam veniet ad civitatem Ragusii supradictam.

Die VI februarii. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, quod de frumento dispergendo dari debeat ad plus staria v alicuius, et starium unum ad minus; et intus v. et unum dari debeat staria IIII, III. II, secundum quod videbitur illis tribus, qui scripserunt personas, quibus dari debet de frumento comunis.

Die VIII februarii. In minori consilio cum adicione x sapientum captum fuit et firmatum per xv ipsorum consiliariorum, quod fiant capitanei de populo ad sanctum Laurencium.

Radigna Bogdanich, Maroe de Bratcho, Milçe de Lepro, Domagna de Yseriça, capitanei ad sanctum Laurencium per dies XVI.

Die X mensis februarii. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum et firmatum fuit, de faciendo tres officiales, qui debeant inquirere et examinare, quod nullus Sclavus, qui non est de comitatu Ragusii, audeat extrahere granum de Ragusio. Et totum granum, quod extrahetur de Ragusio, debeat esse bullatum. Et si reperiret granum non bullatum extrahi de Ragusio vel ab aliquo Sclavo extrahi, qui non fuerit de comitatu Ragusii, debeat auferri a dictis officialibus. Et si aliquis de comitatu Ragusii extraheret granum bullatum vel non bullatum, causa dandi ipsum vel vendendi alicui Sclavo de extra dictum comitatum, quod solvat pro bampno perp. I, et perdat granum. Cuius pene medietas sit comunis Ragusii et alia medietas officialium super hoc deputandorum.

Ser Vita de Georgio, ser Andre de Binçola, ser Nicus de Cherpa facti fuerunt officiales supra premissis, et iuraverunt.

Tuodorus cancellarius in minori consilio sono campane more solito congregato fecit racionem de ducatis c, quos habuit ad eundum ad curiam romanam pro facto archiepiscopatus. Et superabundarunt eidem detractis omnibus expensis duc. xxv., qui debent in eius salario computari.

Die XII februarii. Petrus de Bauxella, Valcus de Goçe facti fuerunt ad eundum ad insulas pro facto vicecomitis.

Eodem die. In eodem minori consilio *etc.* cum adiecione x sapientum Çunius de Slavçe fuit factus capitaneus illius maris Stagni.

Die XVI mensis februarii. In minori consilio cum addicione x sapientum sono campane *etc.* congregato, ex auctoritate eis data a maiori consilio super omnibus factis extra Ragusium, captum fuit et firmatum, quod remictatur Stiepcho Çicurich et hominibus suis omnes offense de

tempore preterito usque ad diem presentem spectantes et pertinentes ad comune nostrum, sed de specialibus personis non remictuntur. Et fuit assumptus pro raguseo, et hoc ideo, quia ipse iuravit esse amicus Ragusii et omnium Ragusinorum, et non offendere a modo in antea aliquem de Ragusio, nec ipse nec homines eius, et istud consilium similiter iuravit eidem, et iuravit esse fidelis Ragusii, et facere omnes factiones reales et personales, sicut quilibet alius Raguseus.

Die xviii februarii. In minori consilio cum adiccione x sapientum sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod sit cassum sequestrum factum Nicole de Saracha de rebus Stepchi Çicurich, quas habebat in deposito a dicto Stepcho.

Eodem die In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit, quod quicumque voluerit emere vinum de Puncta Stagni, debeat ire Stagnum ad emendum, et non per Pontam.

Die xxiii. In minori consilio cum addiccione x sapientum sono campane *etc.* captum et deliberatum fuit, expulsis illis de dicto consilio qui non debuerunt nec potuerunt interesse ratione parentele, quod castrum Marini de Mençe, dirupatum fuit in terreno ipsius Marini, et quod debeat ei satisfieri.

In minori consilio sono *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod accipiantur mutuo a massariis bladi perperos xl de follaris.

Item in eodem consilio captum fuit, quod dentur perperos vii. Georgio de Vladimiro, quos dixit se expendisse ultra illos iperperos xxxi, qui fuerunt sibi dati ad eundum ad banum Bosne.

Die xxv mensis februarii. Ser Marinus de Mençe in maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxvi, exclusis omnibus qui non potuerunt nec debuerunt interesse occasione parentele, per xxxvi ipsorum consiliariorum factus fuit rector comunis Ragusii pro mense marcii proximo futuro.

Item in dicto maiori consilio, ut predictum est, congregato captum fuit et firmatum per lxiii ipsorum consiliariorum de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, posse dare, si eis videbitur, cuilibet apportanti granum Ragusium, ad vendendum a grosso uno inferius pro stario, usque per totum mensem aprilis, obligante se velle conducere dictum granum.

Die xxvi mensis februarii. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, de dando licenciam procuratoribus archiepiscopi, posse aptare domum archiepiscopatus et cisternam, prout eis melius videbitur cum denariis archiepiscopatus.

Item in eodem consilio captum fuit, quod ducati xv quos Nifficus de Galoç mutuavit ad massariam bladi comunis, et iperperi xl quos deposuit Sime Plicho in camara pro debito, quod dare tenebatur sibi cum Ratcho, computari debeant in debito perperorum c dicti Niffici pro quadam comdempnacione.

Eodem die. In minori consilio sono campane *etc.* captum fuit et firmatum, de dando fratri Desse episcopo Merchane pro predicacionibus, quas debet facere usque Pasca futurum, perperos v.

Luxe filio quondam Michaelis de Bona, et domine Cecilie sue uxori in dicto minori consilio cassati fuerunt ipsorum tutores et adnullati, ut a modo de bonis suis ad ipsorum placitum possint disponere libere et ordinare sicut quilibet homo sui iuris.

Die xxvii mensis februarii. In consilio rogatorum sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt consiliarii triginta quatuor, captum fuit et firmatum per omnes, de concedendo illis de Budoa, posse tenere unam barcham ad suam defensionem.

Salinarii: Misse Dragotta pro Sime, Pale de Picuraro pro Nicola de Çavarnicho, Çive de Villano pro Andre de Benessa, filiis Prode de Bissiga cui volet Marinus de Bona, Tripe de Goçe pro Nicola de Grede, Felix de Grede pro Çive de Tidisio, filiis Vite de Getaldo pro Misse de Dersa, uxor Dome de Stillo per Blasium de Luca, Vole de Battalo pro Vita de Sorgo, uxor Pasche de Brisina per Marinum de Vitane, ille cui scit dominus rector, et Blasius de Babalio et debet esse primus.

Die primo mensis marcii. In minori consilio sono campane more solito congregato cum addicione x sapientum captum fuit et firmatum per xvii ipsorum consiliariorum, quod credatur Milato comiti Dabisse et Semcho, quod homo comitis Dabisse non fuit tortus de robaleis acceptis Savino de Bonda in Stagno.

In minori consilio sono campane *etc.* datus fuit i sal illi, cui scit dominus rector et ser Blasius de Babalio, et debet esse primus.

Junius quondam Give de Georgio in minori consilio sono campane more solito congregato factus fuit, ad eumdum et exigendum a debitoribus comunis in insulis.

Marcus de Trepagna in dicto minori consilio factus fuit Vicecomes insularum.

Iarçe Çaramella in dicto minori consilio acceptus fuit pro uno anno ad salarium comunis pro perperis xxx et vestibus.

Die iii mensis marcii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxviiii, captum fuit et firmatum, de dando Nico de Palmotta de ordeo comunis staria mc de primo et de secundo ad racionem de grossis xiiii pro stario, et quod solvat dohanam; quod ordeum possit extrahere de Ragusio, et habet terminum duorum mensium ad solvendum.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per lxviii. ipsorum consiliariorum, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio emere domum quondam Petri de Poça, que est prope castellum domini rectoris, pro illo precio quod eis videbitur conveniens, et illud precium excomputare in debitis comunis, in qua domo habitare debeant domini de nocte.

Eodem die. Magister Marinus de Arsenatu, facta racione in maiori consilio, restat habere a comuni de suo salario primi anni libras viii

de grossis. Item debet habere a comuni sicut sciunt Savinus de Bonda, Johannes Pauli de Gondola et Marinus de Mençe pro facto galee nove perperos x. Item debet habere a comuni pro sex mensibus usque ad dies x presentis mensis marcii pro suo salario.

Magister Marinus predictus fuit confessus, habuisse a comuni Ragusii yperperos Centum.

Die IIII marcii. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, de accipiendo a salinariis Stagni perp. IIc, pro complendo galeam novam, et quod illi perp. IIc, qui sunt scripti in dohana pro mense marcii, pro dicta galea scribi debeant suprastantibus Stagni.

Die VIII marcii. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod de denariis, in quibus Qualislavus Guranovich est sentenciatum debere dare ipsos Margusse uxori Nicole aurificis, emi debeat una domus, que sit in dote dicte Margusse.

Radosta Mercevaç, uxor eius, Radoslavus Obrota in dicto minori consilio sono campane more solito congregato facti fuerunt tutores heredibus quondam Priboye Gradoevich.

Item in dicto minori consilio captum fuit, quod claudantur omnes balisterie turris moli, et quod dicte balisterie non debeant puntellari.

Die VIIII marcii. In minori consilio cum adictione x sapientum sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod castra Marini de Mençe, Yele de Sorento, illorum de Goçe et Parve Nichi Rosso de Sorgo dirupta per comune Ragusii debeant satisfieri, quia erant edificata in terrenis ipsorum.

Petragna de Bonda, Nicola de Sorgo, Iohannes Pauli de Gondola in dicto consilio facti fuerunt, ad videndum et extimandum dampnum factum predictis quatuor castris pro dirupatione ipsorum.

Die x marcii. Radichus nepos Nadigne in minori consilio *etc.* factus fuit scribanus in barchosio Bogoe de Calamota, qui dicitur sanctus Stephanus.

Iohannes Andree de Volçe in dicto minori consilio *etc.* fuit absolutus a potestate tutorum, ut a modo possit facere facta sua, sicut quilibet homo liber.

Blasio de Sorento et Blasio Staçonario tutoribus heredum Martini de Bocolino in eodem minori consilio data fuit licencia, ut possint dare domum dictorum heredum, que est in castello, alicui persone, que velit aptare ipsam, ut non cadat de pavimentis et cohoperta pro annis XII.

Die XI marcii. In minori consilio sono campane *etc.* captum fuit et firmatum, quod mictatur precipiendo Çive filio Iunii de Georgio, quod restituat Ubertho de Parnurmo et Georgio nepoti Marini antibarani, sub pena de perperis M.

Item in eodem consilio captum fuit, quod non mictatur nunc ad videndum, que quantitas vini est in civitate.

DIE XII MENSIS MARCII. In minori consilio cum adictione X sapientum captum fuit, quod scribatur comiti Stagni, quod scripsimus sibi, quod dimicteret hominem Senchi, et placuisset nobis si dimisisset eum; set postquam punivit eum, debeat punire alium, quem retinuit, secundum peccatum suum et secundum iusticiam et secundum suam commissionem.

Marinus de Sorgo, Lone de Dersa, Maroe Toso, Pripce Ultoçich facti fuerunt capitanei sancti Laurencii per dies XVI.

Item in minori consilio captum fuit, de dando unum rule albedi Blasio de Dersa de illis de Comune, solvendum quantum valet, si non est necessarium pro domo de cera, vel ostarie, vel ad galeam.

Item in dicto consilio captum fuit, quod festum sancti Benedicti debeat custodiri sicut alia festa ordinata.

Magister Nicola coraçerius de Grechievich in minori consilio supradicto factus fuit civis Ragusii cum condictione, quod ipse cum tota eius familia debeat stare et habitare in Ragusio; et quocienscumque recederet de Ragusio eius familia ad habitandum alibi, non habeatur pro Raguseo, et quod teneatur facere omnes factiones reales et personales, et fidelis comunis Ragusii, et iuravit.

Item in dicto consilio captum fuit, quod dentur Junio Çive de Georgio, qui fuit transmissus ad insulas, pro servicio comunis pro omnibus expensis et provisione perp. IIII.

Item in dicto consilio captum fuit quod usque per totum mensem aprilis proxime futurum vendi possint carnes castratine ad racionem de foltaris V, et alie carnes per racionem.

DIE XVII MENSIS PREDICTI. Nixa filius Syme de Binçola in minori consilio *etc.* absolutus fuit a subieccione tutorum, ut possit a modo in antea emere et vendere et facere tamquam homo sui iuris.

DIE XVIII MARCII. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii LXI, captum per omnes fuit et firmatum de dando licenciam domino rectori et parvo consilio, elevandi sive tollendi de arsenatu totum illud legnamen, quod impediet galeam et ipsum facere portari, quo eis videbitur melius stare posse.

Item in eodem maiori consilio, ut predictum est, congregato captum fuit et firmatum per LI. ipsorum consiliariorum de cohoperiendo galeas que debent tirari ad terram, de tabulis de tallola.

Item in predicto maiori consilio, ut predictum est, congregato captum fuit et firmatum per LVIII ipsorum consiliariorum, de dando licenciam Marino de Vitane, primo si voluerit accipiendi partem Punete Stagni, que fuit filii Bosse. Et si Marinus noluerit ipsam partem, habeat ipsam Orse de Çamagno. Et si Orse noluerit ipsam partem, habeat ipsam Frane. Et Sanchus Gauçe de Poça, qui accepit in uxorem filiam dicti Frane, cuius est ipsa pars, si vellet ipsam, sit primus. Et dicti Marinus et Orse habeant terminum III dierum ad accipiendum ipsam.

Item in dicto consilio captum fuit et firmatum per LVI ipsorum consiliariorum, de dando Georgio de Vladimiro de ordeo comunis Staria L. ad grossos XIIII. et dohanam pro stario, ad terminum usque ad Ascensionem proxime futuram. Quod bladum portare debeat ad Melitam, et non possit ipsam vendere plus illis de Melita nisi quantum ascendent expense.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes ipsos consiliarios, de dando licenciam Tuodoro cancellario posse scribere cuicumque ei placuerit literas, dumodo non sit contra terram Ragusii.

Petragna de Bonda, Nicola de Sorgo, Iohannes Pauli de Gondola in minori consilio cum adictione x sapientum sono campane *etc.* congregato deputati, ad videndum et extimandum dampna castri Marini de Mençe, extimaverunt ipsa dampna eidem facta perp. VIICL secundum cedulam ipsorum hic appositam, quam minori consilio cum adictione presentaverunt.

(Cedula apposita.)

Castello de Ielle de Sorento	stimado	lo	danno	perperi	IIICX.
" " Perve de Goçe	"	"	"	"	LXX.
" " Fillipa de Mençe	"	"	"	"	VIICL.
" " Perve de Sorgo	"	"	"	"	VCXX.

Iunius Bisti de Bona in minori consilio factus fuit consul, ad faciendum fieri avariam de II peciis pannorum acceptis per illum de Balsa, et unius pecie panni accepte per unum hominem imperatricis veteris secundum consuetudinem.

EODEM DIE XVIIII MARCII. Grube de Ragnina, Benessa de Benessa Mathias de Ribiça in minori consilio facti fuerunt officiales ad faciendum propelli, sive tirare galeas et cohoperiri eas, et faciendum quicquid erit ei necessarium.

Sime de Resti, Andreas de Benessa, Dimcho de Benessa, in dicto minori consilio facti fuerunt tutores Pocve filio Margi de Benessa.

Marinus de Slavi, Milos Sasen, Milach, Andree de Drincas capitanei sancti Laurencij.

DIE XXIIII MENSIS MARCII. In minori consilio sono campane *etc.* congregato cum adicione x sapientum captum fuit et firmatum, quod dictum consilium esse debeat die martis ad VIII dies post Pascha super facto castri domine Filippe de Mençe.

Item in eodem consilio minori cum adictione x sapientum captum fuit et firmatum, quod extimacio dampni castri ser Marini de Mençe, que fuit iperperorum VIICL, sit firma et rata.

Item in eodem minori consilio cum adictione x sapientum captum fuit et firmatum, quod extimaciones facte et que fient de dirupacione castri Marini de Mençe, Yele de Sorento, illorum de Goçe et Perve Nicole de Sorgo, debeant satisfieri eisdem de lucro vini forensis contingente comuni, si hoc anno apportabitur Ragusium; et si non sufficeret, quod sit eis obligata dohana vini a sancto Michaele mensis septembris ultra. Et si vinum forense non apportabitur, quod dicta dohana vini a sancto Michaele mensis septembris sit eis obligata usque ad integram satisfaccionem dictarum extimationum post illos de Gambe, quibus est ipsa dohana prius obligata.

DIE XXVII MARCII. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod illi perperi CLXIII gross. IIII, de quibus est questio inter archiepiscopatum et monasterium de Locrumna, sive inter procuratores dictorum archiepiscopatus et monasterii recipiantur et

*

teneantur a comune in deposito, donec cognoscetur ius cui debeant esse, et tunc cognita iusticia per ipsum comune debeant dari cui pertinebunt.

Cassum quia dicti denari dati fuerunt domino Archiepiscopo de mandato parvi consilii *(margini adscriptum).*

Çincho de Bisti de Bona in minori consilio factus fuit consul ad faciendum avariam de duabus peciis panni de Presreno.

Martinussius de Proculo factus fuit consul ad faciendum avariam de III peciis panni et aliis rebus de Presreno.

Die xxviiii mense marcii. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod copia litere quam misit dominus noster rex Ungarie Marino de Goçe, debeat legi et puplicari in consilio maiori. *(Cassum.)*

Die penultimo mensis marcii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii cxxvii, captum fuit et firmatum per consiliarios lxxiii ipsorum, quod ser Marinus de Goçe debeat clamari per bampnum, ut compareat coram dominationem Ragusii usque ad viii dies, ad se excusandum a contentis in litera domini nostri domini regis, quam ipse ostendidit et a pendentibus in ipsis, ut si non comparuerit ad dictum terminum, die sequenti pulsabitur ad maius consilium, ad determinandum et deliberandum, qyomodo sit procedendum contra ipsum de iure.

(Margini adscriptum) die xxx mensis marcii fuit bampnita hec pars per Alegrinum preconem.

(Margini adscriptum) Cassum de mandato domini nostri regis et de voluntate maioris consilii.

Eodem die. Ser Savinus de Bonda in dicto maiori consilio sono campane *etc.* congregato, factus fuit rector comunitatis Ragusii pro mense aprilis proximo futuro per consiliarios lxxii, exclusis omnibus qui non potuerunt nec debuerunt interesse occasione parentele.

Blasius de Bobalio, Blasius Marini de Slavi in minori consilio *etc.* congregato ordinati fuerunt ad videndum, quantum vinum est in terra.

Die iii mensis aprilis. In minori consilio cum addicione x sapientum sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, de accipiendo mutuo de denariis archiepiscopatus yperperos quingentos, quos promiserunt restituere usque ad iiii menses; qui yperperi exigi debeant de debito Michaelis de Binçola; et si usque ad dictum terminum non possent exigi de bonis dicti Michaelis, accipi debeant de massaria comunis et restituere dictos yperperos unde accepti fuerint. Et si ante dictum terminum iiii mensium veniret aliquis procurator archiepiscopi, ad petendum dictos yperperos, quod teneantur restituere illico de massaria. Quos yperperos Marinus de Vitana et Georgius Pasche de Georgio procuratores archiepiscopatus de mandato dicti consilii dederunt; videlicet yperperos vc grossorum. Qui fuerunt restituti.

Die v aprilis. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxii, captum fuit et firmatum per lx ipsorum

consiliariorum, de dando de ordeo comunis ser Marino de Mençe, ad conducendum Avalonam a stariis ᴍᴄ supra et a ᴠᴄ infra ad rationem de grossis xɪɪɪɪ pro stario et dohana de plus, ad terminum duorum mensium.

Dɪᴇ ᴠɪ ᴍᴇɴsɪs ᴀᴘʀɪʟɪs. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii xxxɪɪɪ captum fuit et firmatum per xxxɪ ipsorum consiliariorum, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, posse scribere dominacioni ducali supra facto istorum venetorum novorum merchatorum per pulcriorem modum et pulcriora verba, que eis videbuntur.

Dᴇ ᴍᴇɴsᴇ ᴀᴘʀɪʟɪs. Serenissime domine. Sicut novit nostra excellentia, cum doana nostra majori facimus omnes expensas, quas substinet civitas nostra Ragusina; et prout invenimus et certitudinaliter scivimius, aliqui cives nostri fecerunt aliqua tractamenta et composiciones cum Catarensibus in detrimentum non modicum doane nostre antedicte. Et simile facere conantur aliqui, qui pro civibus vestris se reputant, mittentes eorum factores forenses ad hanc civitatem nostram. Qui sub specie factorie expediunt mercationes expediendas et non expediendas cum dampno nostro nimis et detrimento. Et pluries audivimus a multis vestris nobilibus, qui comites nostri fuerunt, quod nullus civis vester potest forenses habere factores. Qua propter vestre Magnitudini suplicamus: quatenus dignemini et velitis taliter providere et ordinare de predictis, quod tales fraudes vel similes nobis de cetero non comittantur. Dantes si placet de predictis vestras litteras responsales Dymitrio de Mençe et Michaeli de Bobalio civibus nostris Ragusinis.

(Lett. c Com. di Lev. l. c. fol. 19)

Savinus de Bonda rector de Ragusio, iudices consilium et comune terre ejusdem, nobilibus et sapientibus viris Dymitrio de Mençe et Michaeli de Bobalio salutem et omne bonum. Quia multum fraudatur nostra doana major per aliquos cives venetos cum magno dampno ae nostro detrimento, et de predictis scribimus dominationi ducali litteras cum presentibus alligatas, quas eidem presentare velitis et petere responsivam, quarum litterarum copiam vobis transmittimus cum presentibus interclusam, ut melius loqui sciatis dominationi de predictis. Quapropter vobis comittimus et precipiendo mandamus, quatenus procuretis de predictis habere responsivam et ipsam destinare quam citius fieri potest.

Eᴏᴅᴇᴍ ᴅɪᴇ ᴠɪ ᴍ. ᴀᴘʀɪʟɪs. Laurencius de Mençe in minori consilio sono campane *etc.* congregato factus fuit consul, ad faciendum fieri avariam de rebus acceptis Marino Martoli de Cereva et Paulo de Mençe in Bosna et in Chelmo.

Rossinus de Glavath, Domagna de Iscriça, Milçe de Poversco, in dicto minori consilio facti fuerunt extimatores, ad extimandum possessionem Mise Tragurini, que est in insula Dalafoti, dandam et assignandam Matcho filio suo, pro iure dotis quondam Dobre matris sue et uxoris dicti Mise.

(Lett. e Comm. di Lev. 1351—58. fol. 19.)

Dɪᴇ ᴠɪ ᴍᴇɴsɪs ᴘʀᴇᴅɪᴄᴛɪ. Per dominum rectorom ser Marinum de Bonda, iudices et parvum consilium missa fuit littera Pasche de Bonda per

Çiucum de Calamota, cum ducatis auri LXX, ut ipsum debeat cargare de ordeo et ipse Pasche debeat venire personaliter Ragusium cum omnibus racionibus comunis cum barchosio dicti Çiuci.
(Lett. e comm. di Lev. 1358—80. fol. 18)

DIE VIII MENSIS APRILIS. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii CXXXVII, captum fuit et firmatum per CXXXVI ipsorum consiliariorum, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, posse accipere in protomagistrum arsenatus Ragusini magistrum Marinum de Murano vel aliquem alium qui placuerit eis, et cum illo salario quod videbitur eis.

DIE II MENSIS APRILIS. Exemplum littere destinate domino duci Venetiarum per dominum rectorem ser Savinum de Bonda et parvum consilium cum adictione x sapientum.

Sereninissime domine, Vestre dominationi libuit nobis concedere de gracia speciali magistrum Marinum de Murano pro prothomagistro nostri arsenatus, et ipse teneatur nobiscum stare usque ad x dies mensis septembris proxime venturi. Quapropter vestre magnitudini suplicamus, quatenus et vobis placeat ipsum magistrum Marinum pro uno alio anno subsequenti nobis relaxare.

Nuy Savino de Bonda cum lo nostro piçolo conseio. Cometemo a ti Zorzi, che tu debi andar a Missina ad acordar algun bon maistro de galie et de mangani, et debi lo fermar per I anno, o per I$^1/_2$ o per II, al meio che tu poy, e per lo meior merchado che tu porasi et saverasi. E se quel maistro, che tu acordarasi, volese denari alguni avanti, demo ti arbitrio, che tu possi tuor da algun per chambio per dar al dito maistro infino a duchati LX. Et va per parte nostra a ser Roberto de Blancha, al qual mandomo la lettera che te avemo dada, et prega lo, che el te debia conseiar et ajutar a trovar questo maistro. Et sapi che nuy avemo intieso, che questi che son scriti de soto son boni maistri:

Nicola Badolato,
Piero suo patre,
Bertuzo Chalenado cum li sui frateli.

Et debi confermar quello che tu acordarasi cum questo pato, che el sia tenuto de far tuti queli servici, che lo comun li chomandara senza algun pretio de la arte sua. Et debi prometer de salario tanto, chomo nuy te avemo ordenado a bocha.
(Lett. e comm. di Lev. 1361—1380. fol. 20.)

DIE XII APRILIS. In minori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit et firmatum, quod rector possit ponere penam perperorum VC cuilibet volenti protestare contra partes, que ponentur in maiori consilio.

EODEM DIE. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii CXXXIIII, captum fuit et firmatum per LXXI ipsorum consiliariorum, de mittendo ad dominum nostrum dominum regem Hungarie, super facto litere, quam ser Marinus de Goçe ostendidit, et habita responsione ipsius domini nostri fiet illud, quod videbitur huic maiori consilio.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum per LXXII ipsorum consiliariorum, de dando licenciam domino rectori et consilio minori et rogatorum de formando commissionem supra facto ser Marini de Goçe.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per LXXVIII ipsorum consiliariorum, de ducendo ad istud maius consilium illud quod inventum fuerit per dominum rectorem cum consilio minori et rogatorum supra facto litere, quam ser Marinus de Goçe ostendidit.

Die XIII mensis aprilis. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum per ball. XXIII, in quo consilio interfuerunt consiliarii XXXVIIII, de mittendo Tuodorum cancelarium cum II famulis ad dominum nostrum dominum regem cum litteris comunis, et cum illa commissione que videbitur, et cum I equo ad pluri.

Item in eodem consilio rogatorum captum fuit et firmatum per XXIII ipsorum consiliariorum, quod dominus rector cum parvo consilio debeant componere litteras mittendas domino regi supra facto litere, quam ser Marinus ostendidit.

Die XIIII aprilis. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii XXXVII, captum fuit et firmatum, quod littera mittenda domino nostro domino regi Hungarie bene stat, sicut lecta fuit. *(Captum)* per omnes.

Die XVII mensis aprilis. Exemplum litterarum missarum domino nostro Regi Hungarie, domino Arciepiscopo Strigonensi, domino Comiti palatino, domino Leustasio Bano et domino Iacobo Saraceno.

Serenissimo principi et domino domino Ludovico Dei gracia Regi Hungarie, eorum domino et patrono universitas hominum vestre civitatis Ragusii et vestrorum fidelium vassallorum cum humili recomendacione et reverentia promptos imperijs viriliter famulare. Quoniam majestati vestre regie de cotidianis affliccionibus illatis nobis a comite Voyslavo vocato, pro habendo vestro salutari remedio nuper litteras per diversos cursores scripsimus frequentatas, de quibus supra vexatione dicti comitis Voyslavi a vestra majestate non habuimus per dictos cursores aliquam responsionem, nisi tantumodo a vestra domina genitrice asserendo, quod vestra majestate absente illa tunc de premissis procurare volebat nobis litteras responsales, et pro responsione hujusmodi a vestra majestate regia nobis vestris fidelibus apportanda Vitalis de Gozze noster concivis de Ragusio unum dictorum cursorum secum retinuit, quem ad vestram civitatem Ragusii cum uno famulo Marini de Gozze fratris sui Luxa nomine, in die veneris sancto prope preterito destinavit; a quo nostro cursore cum magna instancia postulando, si vestram responsionem nobis desideratam apportasset, idem cursor habuit respondere, quod omnes litteras aportaverat dictus Luxa famulus Marini de Gozze et quod sibi ulla littera fuerat data. Nos autem vestram responsionem supra premissis nimium affetantes, a preditto famulo et Maryno de Gozze scire voluimus, si vestra preditta majestas nobis scripserat aliquam responsionem, qui Marinus in nostro minori consilio ostendit unam litteram vestre majestatis sibi missam inter cetera continentem.

„Ceterum electionem comitis Ragusiensis, revocacionem merchatorum Ragusiensium de Rassia et prohibicionem Venetorum ab ingressu civitatis Ragusii comittimus dispositioni nostrorum fidelium consilij et comunis civitatis ejusdem, quod et ipsis pro parte nostra poteris vive vocis oraculo recitare".

Quibus clausulis dicte vestre littere per nos plenius intelectis, quod premissas electionem, revocationem et prohibitionem nobis res arduissimas vestra majestas benigna nobis, non tantis nostris precedentibus meritis, set sua solumodo bonitate et sapientia ineffabili in nostra dispositione comittit repleti fuimus infinito gaudio, quia manifeste perpendimus vestram magestatem habere de nobis illam confidenciam, quam ad ipsam fidelissime gerimus et inter ceteros vestros subditos ampliamus; de quibus regratiando vobis cum orationibus ad Deum pro diuturnitate vestre vite et status ampliatione, supradictum Marinum de Gozze habemus verosimilem suspectionem, quod de predictis pro electione, revocatione et prohibitione ex suo capite vestre majestati scripserit, ignorantibus nobis et non requisitis, quod est contra nostros ordines, per quos conservamus nos sub vestro dominio et cotidie ampliamus; quia non fiunt tractamenta nostre terre ab uno cive, sed a multis civibus in nostris consiliis ordinatis. Et sic murmurantes contra dictum Marinum de hoc, quod ipsum credimus perfecisse, illum publice per nostrum preconem in locis solitis fecimus proclamare, ut infra certum terminum jam elapsum coram nobis in majori consilio debuisset legittime conparere, ad faciendum suam responsionem sive excusationem in premissis; qui Marinus infra dictum terminum non curavit aliqualiter comparere. Et quia contra ipsum non presumimus procedere, nisi a vestra majestate de premissis certitudinem habeamus, idcirco vestre majestati humiliter suplicamus, quatenus de premissis nos certos dignemini reddere per vestras litteras responsivas.

Cfr. Dipl. Hung. Rag. p. 16. (Lett. e comm. di Lev. l. c. fol. 20.)

Eodem die. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii LXXXXVII, captum fuit et firmatum per LXXXXII ipsorum consiliariorum, quod littera lecta in ipso maiori consilio pro facto ser Marini de Goçe stat bene.

Item in eodem maiori consilio, captum fuit et firmatum per LXXXXVI ipsorum consiliariorum, de mittendo Tuodorum cancellarium ad dominum nostrum dominum regem Hungarie cum dicta litera et cum aliis litteris similibus ille que mittitur archiepiscopo Stigoniensi, que in dicto consilio lecta fuit.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio providendi Tuodoro cancellario et famulis eius tam de salario quam de expensis et de omnibus sibi necessariis, per LXXXXI ipsorum consiliariorum.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per LXXXX ipsorum consiliariorum, quod illi denarii, qui debebant accipi mutuo de denariis Marini de Dersa, causa ponendi ad massariam bladi, et non fuerunt accepti, converti debeant, videlicet perp. M in solvendo tributum imperatoris Sclavonie pro Stagno et magistro Marino ab arsenatu; et ad dandum Tuodoro cum famulis ituris in Hungariam.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per LXXXXV ipsorum consiliariorum de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, faciendi commissionem Tuodoro cancellario, prout in littera domini regis continetur. Et de omnibus, que interogabitur, debeat respondere cum veritate; et quod a semetipso debeat informare, que sibi videbuntur de predictis cum veritate.

DIE XV APRILIS. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, de dando cuilibet famulo ituro cum Tuodoro in Hungariam yperperos pro quolibet mense et expensis ex auctoritate eis data a maiori consilio.

Item in eodem minori consilio captum fuit et firmatum, de dando Tuodoro cancellario pro suo labore usque in Hungariam perperos L. et expensas et salarium, quod habet a comunitate semper delucrando.

DIE XVI APRILIS. Radosclavus, qui fuit famulus Junii de Caboga, in minori consilio factus fuit riparius comunis.

DIE XVII APRILIS. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit, quod Tuodorus cum famulis et equis possit expendere omni die grossos XVI.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum, quod scribantur littere Archiepiscopo de Strigono, prout lecte fuerunt in maiori consilio, et similiter scribatur comiti palatino, et Leostaco, et Saraceno sub eadem forma et modo.

DIE XVII MENSIS APRILIS MIIICLXI. Reverendissimo in Christo patri et domino Nicolao Dei gratia Archiepiscopo Strigonensi. Universitas hominum civitatis Ragusii cum recomendatione salutem et quitquid possunt servitii vel honoris. Quoniam de vestra parte confidimus, quod non nostris meritis, set vestra benignitate largiflua prompta semper reddere ad conservationem Civitatis Ragusii pariter et honorem, et nunc ad Serenissimum dominum nostrum dominum Regem Hungarie pro quodam casu, qui nobis emersit, noviter nostrum cancellarium latorem presencium personaliter destinamus. Idcirco paternitati vestre humiliter supplicamus: quatenus dictam civitatem Ragusii more solito recomendatam habentes erga expedicionem nostri cancellarii apud dictum dominum nostrum regem ad habendum responsionem supra dicto casu dignemini, si placeat, viriliter laborare.

Et similes littere facte fuerunt: Domino Comiti palatino, domino Bano Leustasio et domino Iacobo Saraceno.

(Lett. e comm. d. Lev. l. c. f. 21.) Cfr. et Dipl. Hung. Rag. p. 16.

Iohannes de Bona, Marinus de Mençe, Blaxius Marini de Lucha in minori consilio sono campane more solito congregato cum adictione X sapientum facti fuerunt ad ponendum mentem, ut arma non extrahantur vel vendantur alicui volenti ipsa portare ad Levantem. Et possint ponere penam cuicumque eis vel maiori parti ipsorum videbitur de perperis L, et amittendi ipsa arma que extraherentur vel venderentur; et de pena posita credatur eis vel maiori parti ipsorum.

Die xx aprilis. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii lxxxvi, captum fuit et firmatum per lxxxv ipsorum consiliariorum, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, de respondendo domino imperatori Sclavonie per illum pulcrum modum qui videbitur eis, et sub illa forma que est arengata.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per xlviiii ipsorum consiliariorum, de mittendo domino nostro domino regi illas litteras quas nobis destinavit imperator Sclavonie, et facere mencionem de apovilia, quam imperator Stephanus de Sclavonia fecit ser Marino de Goçe, que est registrata in cancellaria.

EXEMPLUM CUJUSDAM LITTERE SERENISSIMO PRESENTI REGI HUNGARIE DOMINO NOSTRO NATURALI DESTINATE DIE XX MENSIS APRILIS. Serenissime domine noster reverenti ac debita recomandacione premissa. Vestre regie majestati per presentes denotamus, quod die xviiii mensis hujus recepimus litteras iii regis Raxie, quas per nostrum cancellarium latorem presencium vestre serenitati destinamus, ut de ipsorum continentia habere possitis. Et jam est annus elapsus, quod similes litteras nobis destinavit per quendam ejus nuncium specialem inter cetera continentes, quod Marinus de Gozze erat ejus debitor de certis parasidibus auri et de certa quantitate pecunie. Et nos ostendi fecimus eidem nuncio suo quandam appolissam, que erat in actis nostre cancellarie registrata, factam per regem Stephanum patrem istius regis Rassie continentem, quod ipse rex Stephanus faciebat eidem Marino de Gozze finem et remissionem de tempore preterito usque ad diem illum, quo ipsa appolissa facta fuit. Et eidem regi Rassie tunc scripsimus de dicta appolissa, quam invenimus in nostra cancellaria registratam. Et ipse postea nichil nobis respondidit, nisi nunc replicavit per suas litteras, prout supra continetur. Quapropter vestre regie majestati supplicamus, quatenus dignenimi de hac terra vestra et de nobis vestris fidelibus providere, quia ejus potencie infideli resistere non valemus.

(Comm. et Lett. di Lev. l. c. fol. 22.) Cfr. Dipl. Hung. Rag. 23.

IN NOMINE DOMINI AMEN DIE XXI MADII. Nos Savinus de Bonda rector Ragusii. cum nostro parvo consilio, comittimus tibi Tuodoro cancellario nostro dilecto, quatenus debeas ire ad serenissimum dominum nostrum, dominum regem Hungarie, cui debeas terram Ragusii et nos recomendare cum illis verbis, que tue discrecioni videbuntur convenire tante regie majestati.

Et facta recomandacione debeas eidem regie majestati litteram, quam tibi dedimus, presentare; et de omnibus que sciveris et te interogabit, debeas dicere veritatem.

Ita comittimus tibi quatenus debeas nos et terram nostram recomandare archiepiscopo strigoniensi, comiti Palatino, Leonstacio bano Sclavonie, et domino Iacobo Saraceno. Et eis nostras litteras presentare, quos debeas informare de contentis in litteram, quam domino nostro domino regi destinamus, cujus tibi dedimus exemplum scriptum, cum veritate. Et aliquibus aliis nec dominabus reginis tuam comissionem manifestare non debeas. Ita comittimus tibi quatenus debeas procurare maximo posse

habere responsivam de predictis a domino nostro domino rege, quam citius esse potest. Et habita responsione per litteram ipsius, debeas venire Ragusium. Et inde recedere non debeas sine nostro mandato nisi habita responsione. Et si dominus tardet ad dandam responsionem nolens ipsam tibi dare, et tu mitte nobis Iacobum, cum hiis que habueris vel audiveris. Et exspecta responsionem nostram. Ita comittimus tibi, quod debeas explicare domino regi de facto equorum acceptorum nostris civibus per Stephanum magistrum (?) de Canino, si dicti cives mittent tecum eorum nuncium, et aliter non debeas aliquid explicare.

Ita debeas informare similiter Banum Dalmatie et Crohacie de predictis et sibi litteram presentare.

(Lett. e comm. di Lev. l. c. fol. 21.) Cfr. Dipl. Hung. Rag. p. 20.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per LXXXII ipsorum consiliariorum, de faciendo v provisores qui cogitare et examinare debeant pro quanto tempore expedit habere de vino forensi, et quomodo apportari debeat Ragusium, et quam partem debeat habere comune. Et illud quod invenerint reducere debeant ad maius consilium die sabati.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per LXXXII ipsorum consiliariorum, de dando comunitati Laguste in credencia, usque in L staria ordei ad illum terminum, qui videbitur domino rectori et parvo consilio.

Item in eodem maiori consilio captum et firmatum fuit per LXXXII ipsorum consiliariorum, de accipiendo de denariis cuiusdam pupilli mutuo ducatos centum pro galea nova, dando sibi illud proficum quod videbitur domino rectori et parvo consilio.

Ser Marinus de Bona, ser Marinus de Mençe, ser Iohannes Pauli de Gondola, ser Laurencius de Volcasso, ser Nicola de Saraca infrascripti pro vino provisores facti proviserunt in hunc modum. In primis pro emendo pro comuni vel faciendo menam cum aliquo, qui vellet dare comuni quinquia vini IIM de çima vini terbiani, et quod quilibet possit aducere vinum Ragusium ad vendendum, incipiendo ad vendendum a prima die mensis Julii usque per totum mensem augusti, dando comuni quintum denarii vini quod vendet. Et si aliqua quota vini suprahabundaret, illi qui apportabunt ultra finem augusti, quod debeant ipsum vinum portare extra Ragusium. Et si quis contra faceret, cadat ad penam statuti de vino. Et quod fiant tres officiales supra dictum vinum, qui debeant tenere claves vini forensis, quod apportabitur amodo in antea Ragusium, qui non permictant aliquo modo vel ingenio incipere ad vendendum de dicto vino, ante Kallendas mensis Julii. Et eciam dicti officiales teneantur et debeant facere exportare de Ragusio totum illud vinum, quod superabundabit finito mense augusti infra VIII dies. Qui officiales debeant tenere claves illius vini quod suprahabundabit, complito augusto, donec extrahetur; et quod isti tres officiales debeant recolligere partem comunis. Et hec pars confirmata fuit per ball. LVIII maioris consilii, in quo interfuerunt consiliarii LXXXV.

Junius Bisti de Bona in minori consilio sono campane more solito congregato factus fuit consul ad faciendum avariam de una pecia panni accepta Junio de Caboga pro imperatrice.

EODEM DIE. In consilio minori sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, quod in Stagno fieri debeat murus cum tribus torretis in loco ubi dixerunt suprastantes.

DIE XXIIII MENSIS APRILIS. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii LXXXV, captum fuit et firmatum per LXXXI ipsorum consiliariorum, quod aducatur vinum forense Ragusium.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per LVIII ipsorum consiliariorum, de faciendo supra facto vini sicut aduxerunt provisores.

Item in dicto maiori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit et firmatum per LXXII ipsorum consiliariorum, quod comune habeat quintum denarium vini quod venditur.

Item in dicto maiori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit et firmatum per LXXXIII ipsorum consiliariorum, de confirmando magistrum Cobellum pro uno anno.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per LXX ipsorum consiliariorum, de addendo magistro Cobello perp. L ultra illos IICL quos habuit hoc anno.

EODEM DIE. Ruscus factus fuit preco.

Salinarii: — Maroe de Chiacho per Blasium de Lucha — Nicus de Gallo per Savinum de Bonda — Uxor Foschi de Binçola per Vita de Sorgo — Ane uxor Pasche de Brisina per Marinum de Vitana — Deco uxor Vite de Getaldo per Misse de Dersa — Filia Andre de Mençe per Blasium de Babalio — Menacho de Çavernicho per Nicolam de Çavernicho — Tripcus de Goçe per Nicolam de Grede — Margus de Trepagna per Andre de Benessa — Uxor Dame de Stillo per Give de Theodisio — Rade de Chiacho per Petragnam de Bonda.

EODEM DIE. Blasius filius Francisci speciarii in minori consilio sono campane *etc.* congregato absolutus fuit a subieccione tutorum, ut possit a modo facere tamquam homo sui iuris.

DIE XXVI MENSIS APRILIS. In minori consilio cum addictione X sapientum sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod domina Philippa de Mençe debeat abattere castrum, sicut fuit abactutum, usque ad dies XV, sub pena perperorum mille. Cui domine Philippe per Mate de Ribiça vicarium, et per Sime de Georgio milite fuit factum dictum preceptum, secundum quod ipsi retulerunt domino rectori.

Item in eodem consilio captum fuit, quod nullus de dicto consilio debeat ire extra Ragusium usque ad diem Iovis, sub pena de perperis X.

DIE XXVIII MENSIS PREDICTI. Ser Nicola de Caboga in maiori consilio, sono campane *etc.* congregato, exclusis omnibus, qui non debuerunt nec potuerunt interesse occasione parentele, factus fuit rector comunis Ragusii, pro mense May primo futuro.

SEQUENTI DIE. In minori consilio cum adictione x sapientum, sono campane *etc.* congregato, in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii xx, captum fuit et firmatum, per xiiii ipsorum consiliariorum, quod castrum domine Philippe de Mençe dirupatum fuit edificatum in territorio Ragusii, secundum ea que videre et intelligere potuerunt.

In minori consilio sono campane *etc.* congregato data fuit licencia tutoribus Simchi filii Galli, posse componere et facere societatem cum Crixa de Bencho de parte denariorum contingencium eidem Simcho et facta et composita dicta societate, quod ipse Simchus sit absolutus a subiectione tutorum.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum per autoritatem eis datam a maiori consilio, de faciendo terminum comuni Laguste usque per totum mensem Julii proximum de stariis xl ordei.

DIE IIII MADII. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxvi, captum fuit et firmatum per lvi ipsorum consiliariorum, de faciendo gratiam Semcho, de concedendo sibi barchosios, ad conducendum Veneciis castratos viiic ad expensas ipsius aut alio quo voluerit.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per lxiii ipsorum consiliariorum, de faciendo graciam Straçimiro et Çure de Balsa, quod Theodorus de Lempor de Drivasto possit stare Ragusio ad exigendum debita sua.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios xlii., quod dictus Theodorus possit stare Ragusio mensibus iiii, ita quod non possit facere merchaciones.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per lxiiii ipsorum consiliariorum, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio cum adictione x sapientum, posse fulcire castrum Stagni illius maris armis, panatica et custodibus usque in decem, de insulis aut de Ragusio ad soldum comunis prout melius videbitur eis.

DIE V MENSIS MADII. Aluysius filius quondam Junii de Georgio in minori consilio sono campane *etc.* congregato, absolutus fuit a subieccione tutorum, ut a modo possit contrahere et facere sicut quilibet paterfamilias et sui iuris.

In minori consilio cum adictione x. sapientum sono campane *etc.* congregato ex auctoritate eis data a maiori consilio captum fuit et firmatum, quod accipi debeant de hominibus nativis insularum ad mictendum ad custodiam castri Stagni illius maris.

Item in dicto consilio captum fuit et firmatum, de accipiendo dictos homines insularum per comandamentum.

Ser Michael de Dersa, ser Johannes Pauli de Gondola facti fuerunt et ordinati ad scribendum istos x homines, et ad dandum eis soldum et ad mictendum arma et de biscotto.

Item in dicto consilio captum fuit, quod dicti x homines stare debeant diebus x.

Item captum fuit et firmatum, quod mictantur pro furnimento dicti castri sachi xx de biscotto, coracie xx, colarii xx et cappelle xx.

Die viii mensis madii. Ser Iohannes Nicole de Gondola in maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxxvii, exclusis omnibus qui non debuerunt nec potuerunt interesse occasione parentele, per xliii ipsorum consiliariorum factus fuit comes Stagni.

Item in dicto maiori consilio, captum fuit et firmatum per lxxvi ipsorum consiliariorum, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, de dando illum terminum magistro Gerardo, qui videbitur eis, et si non vellet venire, quod possint mittere sindicatum aliquibus mercatoribus, ut assumant alium bonum medicum, cum illo salario et ad illud tempus, quod videbitur eis.

In nomine domini amen. die xv madii. Nuy Nicola de Caboga rector de Ragusi cum lo nostro menor conseio, per autoritade a nuy data dal maior conseio, cometemo a vuy Dymitri de Mençe et Ilco de Bonda, che vuy debie mandar un chorer cum i nostra lettera a maistro Gerardo a Ravena, lo qual era nostro medego salariado. como vuy savè, scrivandoli che el ve debia scriver, se el vol et intende de vignir, che el vegna infra i. mense a Venesia, e che el ve responda infra dì xv rezevuda la nostra lettera.

E se el non vignisse infra i mense, over non ve respondesse infra di xv, abiando luy rezevudo la nostra lettera, over che el ve respondesse, che elo non podesse vignir a quel termene, chometemove et chomandemo che in pena de la nostra voluntade, che in Venesia debie zerchar, se vuy pode aver al nostro salario algun de queli medesi, che son in Venesia famosi et boni de scientia et de praticha de physica, possandolo fermar per do anni et darli de salario per anno da duchati iiic in zoso al meio che vuy podè, abiando a mente de tuor homini, che sia avanti da anni xl in suso, che da là in zoso.

E se in Venesia aver non potè algun bon et sufficiente medego in sciencia et pratica de fisicha, cometemove che vuy debie metter la sorte intra de vuy, et quel a cui tochara de andar de fuora de Venesia, a zercar et trovar lo dito medego, debia andar a Padova, o a Ferara, o a Bologna o altro che ve paresse o credesse de poder trovar lo ditto medego bon et sufficiente, in pena de la nostra voluntade. Et se el ve paresse de andar entrambi do a zerchar del dito medego, quel sia in vostro arbitrio. Et zo che vuy spendere andando et tornando, nuy semo apareciadi de pagar et dar li danari a cui vuy vorè.

Et per poder tuor questo medego al nostro salario et obligar lo comun, mandemove lo syndigado a pleno.

Sapiè che nuy avemo intieso, che li infrascripti son famosi et boni medesi, in scientia et in pratica; se algun de questi due podè aver per lo presio sovradito, debielo tuor:

Maistro Girardini de Glendenara in Ferara

Maistro Piero Aristotele in Bologna.

Et qual che vuy torè allo salario, debielo fermar per do anni, cum questa condicione, che el sia tignudo de medegar senza pagamento misser

lo arzivesechovo de Ragusi cum la sua fameia, misser lo rector cum la sua fameia, et tuti quelli de Ragusi; et da li forestieri posase far pagar. Et li fratri Menori et Predicadori de Ragusi sia tignudo medegare senza pagamento.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes ipsos consiliarios, de dando illis de Roteç staria xv ordei pro suis denariis.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios LX, de faciendo graciam tubatoribus quod possint recedere.

Eodem die. Iohannes de Tidisio in minori consilio sono campane *etc.* congregato factus fuit in pede rectoris ad peticionem Johannis Nicole de Gondola pro quadam questione.

Die xii mensis madii. In minori consilio cum adictione x sapientum sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii xx, captum fuit, quod nullum navigium de Ragusio audeat aducere arma forensium de Veneciis, et quod hoc commictatur aliquibus merchatoribus Ragusii Veneciis commorantibus, ut precipiant omnibus navigiis de Ragusio, quod non aducant arma forensium sub pena yperperorum centum pro quolibet et qualibet vice.

Dimitrius de Mençe, Blasius de Babalio ordinati fuerunt supra premissis.

Die predicta. Vita de Sorgo per electionem factam in minori consilio, debet esse loco rectoris in questione, quam movet vel movere intendit Episcopus Merchane ser Johanni Nicole de Gondola, quia ser Nicola de Caboga rector non potest sedere occasione parentele.

Raynaldus, Maroe de Smalatiça, Simchus Kalende del Vetano, Tuertchus socer Tonsi facti fuerunt capitanei sancti Laurencii pro xvi diebus.

Die predicta. Demetrius de Mençe, Ilcus de Bonda in minori consilio sono campane *etc.* congregati facti fuerunt sindici ad mictendum literam magistro Gerardo, quod respondeat eis infra dies xv si vult venire Ragusium, et recepta dicta litera si vellet venire, quod veniat Venecias, causa veniendi Ragusium infra unum mensem; et si non veniret, quod debeat alium bonum medicum et famosum invenire ad salarium nostrum pro duobus annis, cum salario ducatorum iiic inferius.

Item in eodem minori consilio captum fuit quod coram uxorem magistri Marini de Arsenatu, protestetur pro recessu dicti sui mariti, de omni dampno et interesse, quod comuni Ragusii accidere posset pro eius recessu.

Die xvii mensis madii. Per dominum rectorem ser Nicola de Caboga et per suos iudices preceptum fuit ser Nicole de Çavernicho et Blasio de Luca, quatenus sub pena perperorum centum non debeant habere ad invicem verba iniuriosa nec facere brigam in pena yperperorum vc.

Eodem die. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt consiliarii LXXVIIII, captum fuit et firmatum per

LXXVIII ipsorum consiliariorum, de mictendo duos homines ad tractandum si fieri potest aliquid concordium inter istos et ser Philippum de Nosdronia.

Ser Iohannes Pauli de Gondola, ser Iohannes de Bona facti fuerunt ad tractandum prefatum accordium.

In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod carnes castratine vendi possint ad rationem de follaris VI libr. usque per totum mensem iunii, et alie carnes per racionem.

DIE XXII DICTI MENSIS. Milatco Çeladinich in minori consilio sono campane more solito congregato facta fuit gracia, quod ipse possit vendere extra fondegum illud frumentum quod conduci faciet Ragusium in presenti viagio.

In minori consilio cum adictione X sapientum, sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod capitaneus Breni debeat precipere omnibus de Breno et sui comitatus apportare res suas Ragusium, et debeant conducere bestiamen in Vergatum sub pena yperperorum XXV pro quolibet.

DIE XXIII DICTI MENSIS. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii LXXXI, captum fuit et firmatum per LII ipsorum consiliariorum, quod vadant tres decene nobilium hominum Stagnum videlicet de illis, qui fuerunt prius extracti et non iverunt, si fuerit oportunum et videbitur illis, quibus data fuerit libertas, et debeant stare ibidem diebus XV.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum per consiliarios LXXVIIII, de mictendo de hominibus insularum ad Stagnum homines centum, de Melita homines L, et de Lagusta homines quinquaginta.

Item in dicto minori consilio captum et firmatum fuit, de dando libertatem parvo consilio cum adictione X sapientum, ut possint expedire que capta sunt hodie in isto consilio et invenire denarios per illum modum, qui videbitur eis non facientibus inprontum.

Item captum fuit et firmatum per consiliarios XLI, de dando istam libertatem domino rectori et parvo consilio.

Mate de Bodaça, Junius Çive de Georgio ad insulas.
Orse Niffici de Bodaça ad Melitam.
Johannes de Tidisio capitaneus armate Stagni.
Niffficus de Galloço, Michael de Dersa consiliarii dicti capitanei.

DIE XIIII MADII. In maiori consilio, sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod illi homines insularum qui fuerint scripti ad eundum Stagnum, quando videbitur, Stagnum ire debeant sub pena perperorum XXV pro quolibet, aut de stando tribus mensibus in carceribus.

Barcha una magna que stet ad Gresiepesech intus palatam aut extra, prout videbitur.

Barbe III imbarbottate.	Coraçe XXX.
Spingarda una.	Collari XXX.
Baliste de torno III.	Capelle XXX.

Casse due de Verettonis. Lancee L.
Dardi C.
Illis de populo et infulis grosso I in die pro quolibet.

Domagna de Iseriça, Radoslavus Franchi. Vlachotta de Bracco in minori consilio campane *etc.* congregato facti fuerunt conservatores bonorum Marini de la Ortera.

Die XXV suensis may. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii LXIII, captum fuit et firmatum per omnes ipsos consiliarios, de adnichilando perpetualiter de mandato domini nostri domini regis processum factum contra ser Marinum de Goçe.

Exemplum litere responsiae domini nostri domini regis ad literam suprascriptam. Lodovicus dei gracia rex Hungarie *etc.* Fideles nostri dilecti, literas vestras, quas nobis cancellarius vester presentavit, solita benignitate recepimus et in eis contenta pleno collegimus intellectu. Sane super eo quod scribitis Marinum de Goçe nobis aliqua civitatem Ragusii contingencia per suas literas nunciasse, que pocius per vos iuxta morem civitatis eiusdem nunciari debebant, vestre fidelitati sic respondemus in verbo veritatis affirmantes, quod idem Marinus nunquam scripsit nobis aliquid, que vestro seu civitatis Ragusiensis honori vel fidelitati in aliquo possent derogari. Si ipse sicut per alias civitatum nostrarum Dalmacie singulares et fideles personas, de certo si volumus, significavit nobis ea que nostro et civitatis honori vestre, quod honori, comodo et utilitati pervenire possent; quare fidelitati vestre mandamus seriose, quatenus prefatum Marinum super hiis que nobis scripsit habeatis excusatum, processus quos contra eum occasione premissorum fecistis, seu facere veletis, penitus anichilando. Super eo autem, quod Rex Rassie vos pro restitucione quarumdam scutellarum et pecuniarum, quibus dictum prefatum Marinum olim patri suo debitorem remansisse, tribus literis suis sicut scribitur amonuit et rogavit. Vobis taliter duximus rescribendi, quod prefati regis Rassie pater supradictum Marinum habita cum eo de singulis racione, reddidit de hiis omnibus expeditum prout literarum nostrarum series et eciam multorum fida relacio continet et testatur. Et ideo mandamus vobis, ut supra quatenus ipsum Marinum pro huiusmodi scutellis et pecuniis nullatenus infestetis; sed habeatis eum in hiis et in aliis sicut ceteros nostros concives favorabiliter recomissum. Secus pro nostra dilectione et gracia maiori facere non ausuri. Data in Caproniça VIII die mensis madii anno LXI.

Let. e Com. di Lev. 1361—8. fol. 21.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per LXVIII ipsorum consiliariorum, de significando merchatoribus existentibus in Sclavonia nova que habemus.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per LXXI ipsorum consiliariorum, de respondendo domino imperatori Sclavonie, prout videbitur domino rectori et parvo consilio, ad literas, quas destinavit pro facto ser Marini de Goçe.

Die xxvi madii. In minori consilio cum adictione x sapientum sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod accipiantur illi denarii archiepiscopatus, quos habet Marinus de Mençe, pro laborerio turris moli et pro galea nova.

Item in eodem consilio, in quo interfuerunt consiliarii xvii, captum fuit et firmatum per xv ipsorum consiliariorum, quod recipiatur in Ragusio familia illorum de Çicurich.

Item in dicto consilio captum fuit, quod scribatur Stepcho Çicurich, quod si ipse est homo domini nostri regis sive Bani Bossine, potest venire Ragusium cum sua familia; et si habet aliam intencionem, quod rogetur, quod non impediat nos et terram nostram.

Die xxviii madii. In minori cosilio cum adicione x sapientum, captum fuit et firmatum per omnes, de scribendo literam comiti Voyslavo.

Die xxviiii madii. In maioris consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxxxii, captum fuit et firmatum per omnes, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio mictendi emptum de blado, quo eis videbitur, pro comuni; et posse eligere syndicum, et accipere ipsum de omni officio, et ponere penam eamdem sicut maius consilium facere posset. Et hec pars durare debeat usque ad sanctum Michaelem proximi mensis septembris.

Ser Iohannes de Çerieva in dicto maiori consilio sono campane *etc.* congregato, exclusis omnibus qui non potuerunt nec debuerunt interesse occasione parentele, per consiliarios xlvi fuit factus rector comunis Ragusii pro mense Junii immediate futuri.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per lxxiiii ipsorum consiliariorum de dando ab hodie in antea heredibus Martoli de Bucignolo ad racionem anni x pro centenario de illis yperperis suis, quos habet de comune, et incidere instrumentum factum de dictis denariis et facere aliud instrumentum de novo

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios lx, de incipiendo vendere vinum forense decimo die mensis iunii proximo futuri.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes ipsos consiliarios, de confirmando magistrum Petrum barberium pro uno anno, cum salario et pactis et condictionibus consuetis.

Eodem die. In minori consilio sono campano *etc.* congregato, captum fuit, quod ille, qui fuerit electus syndicus, non possit refutare sub pena de perperis C.

Mise de Caboga factus fuit sindicus in dicto minori consilio ad eundum emptum de blado cum hac condictione, quod possit vendere de pannis suis.

In nomine domini. Amen. Anno domini mccclxi. Indictione xiiii. die xviii mensis junii. Nos Iohannes de Creva rector comunis Ragusii, iudices et consiliarii dicte terre, committimus tibi Michaeli de Caboga nobili et dilecto civi nostro, quod in nomine domini ire debeas pro parte nostra

et tocius terre syndicus ad partes Appulie, videlicet Manfredoniam et Barletam et ad alia loca, que tibi videbuntur pro emendo bladum pro nostro comuni, et totum illud, quod mittemus tibi dicendo, facere debeas. Et inde recedere non debeas sine nostro mandato.

Et cum applicueris in Appulia debeas cargare hunc barcosium, cum quo vadis, de ordeo novo, quam cicius poteris. Et mittas ipsum Ragusium, et scribe nobis de condiccione cuilibet bladi, et omne aliud novum quod sciveris nobis scribere debeas.

Item committimus tibi, quod tu non debeas emere nec facere emptionem de blado per aliquem alium quam per comune nostrum, salvo quod possis emere pro usu domus tue; nec debeas facere aliquam mercacionem pro te, nec pro aliis, salvo de illo de quo tibi in graciam concessimus de tuis denariis, de quibus nullus alter habeat partem, salvo tu; de quibus tuis denariis possis facere omnes mercaciones, que tibi placuerint, salvo de blado.

Let. e Com. di Lev. 1341—80. fol. 24.

Item in eodem minori consilio captum fuit quod dictus sindicus habere debeat in primo mense de salario perperos XL, et a primo mense in antea perperos LXX.

Salinarii: Perve de Ruco pro Mise de Dersa — Sime de Georgio per N. de Caboga — Uxor Dome de Stillo pro Vlaco de Caboga — Jele uxor Dragotte per Andre de Benessa — Ane uxor Pasche de Brissina per M. de Vitana — Filie Prode de Bissica que est in Ponçellis per M. de Çavernico — Dea de Michaletto pro Sime de Resti — Uxor Fosche de Binçola pro Vi. de Sorgo — Guillelmus de Messina pro Petragna de Bonda — Nixa Marci de Mençe per Consilium — Una persona quam scit presbyter Dabre.

Die IIII mensis junii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii LXXII., captum fuit et firmatum per LXVI ipsorum consiliariorum de donando cuidam amico Ragusii unum temptorium comunis.

Die V mensis junii. Marve filius de Bagauçe promisit et se obligavit domino rectori et parvo consilio de conducendo Ragusium per totum hunc mensem unum cargum grani sub pena perperorum XL et hoc ideo, quod dictus dominus rector cum parvo consilio dedit licenciam vendendi ipsum granum extra fondegum.

Item in dicto minori consilio captum fuit, quod per insulas vendatur vinum forense pro comune, veniente termino ad vendendum secundum formam partis capte.

Die VIII junii. Ser Johannes de Tudisio, Blasius de Dersa, Lone de Dersa in minori consilio sono campane more solito congregato facti fuerunt tutores filio bastardo quondam Marini de Dersa.

Die VIIII mensis junii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii LX., captum fuit et firmatum per LVIII ipsorum consiliariorum, de non recipiendo in Arsenatu ad salarium

*

comunis magistrum Marinum de Marano ex eo, quod auffugit de Ragusio sine licencia; et ser Laurencius de Volcasso nomine domine Biele uxoris Marini de Goçe procurator dicti sui mariti dixit, quod dictus prothomagister non erat sibi necessarius pro galeis domini regis Ungarie.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, ut possint dare licenciam Mare Pasquich de Çuppana, ut possit facere cambium unius sue possessionis cum una possessione unius mulieris nupte, si ipsa mulier cum marito suo consentiet, mittendo duos bonos homines ad videndum, si istum cambium est cum utilitate ipsius mulieris.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios XXXVIII, quod si comune indigeret equos pro aliquo casu, ad mictendum in Raxiam, Ungariam vel Bosnam, quod possint accipi ab illis qui tenent ipsos in stalla; et si non vellent dare ipsos equos, quod teneant dare unum equum in cambium valoris ultra perp. XX Et isti equi accipi debeant per tepseram; et equi necessarii pro personis ambaxiatorum emi debeant.

Die XI junii. Pasche de Bonda, Dobre de Mençe, in minori consilio facti fuerunt ad eundum Lagustam ad examinandum quomodo fuit discensio orta inter comitem Laguste et aliquos de dicta insula, et ad accipiendum dicta testium, et ad faciendum ea que commissa fuerint.

Ser Vita de Sorgo debet esse loco rectoris ser Johannis de Çerieva in questione quam movere intendit Grube de Monçe, Blasius de Mençe et Marcoçius.

Ser Petragna de Bonda debet esse loco domini rectoris predicti in questione quam movere intendit ille de Bisantis cum Stiepo de Georgio.

Die XVI junii. Pripçe Ulcoçich, Ostoe Pagan, Çorgius nepos Marini Antibarani, Gentilis speciarius in minori consilio facti fuerunt castellani sancti Laurencii pro diebus XVI.

Petragna de Bonda, Nicola de Sorgo, Iohannes Pauli de Gondola extimatores ad extimandum castrum Jele de Sorento, Pervo de Goçe, Phylippe de Mençe et Perve de Sorgo, per parvum consilium cum adiccione X sapientum. Que extimacio facta per ipsos fuit confirmata in minori consilio cum adictione X sapientum. Extimaverunt prout hic apparet:

Castrum Jele de Sorento dirupatum extimatum fuit pro dampno facto perp.	IIICX.
„ Perve de Goçe pro dampno extimatum fuit	LXX.
„ Phylippe de Mençe „ „ „	VIIICL.
„ Perve de Sorgo extimatum fuit pro dampno facto	VCXX.

Die XVIII junii. Helias Prodanovich in minori consilio sono campane *etc.* congregato, catpus fuit scribanus barchosii Maroe Perpçich de Calamota, qui vocatur sancta Maria. Qui iuravit.

Dominus rector cum parvo consilio contenti fuerunt solvere lapides acceptos de via de medio pro comuni, secundum extimacionem duorum hominum eligendorum.

Item captum fuit in dicto consilio, de dando Georgio qui ivit Messinam ultra id quod habuit perp. xxv.

Die xx junii. Iohannes de Bona, Nicola de Çavarnicho, Marinus de Vitana in minori consilio adiccione x sapientum sono campane *etc.* congregato facti fuerunt officiales, ad ordinandum et distribuendum desenos, ad custodiam murorum et tocius civitatis Ragusii.

Dobre de Calich, Sergo de Bodaça in dicto minori consilio facti fuerunt capitanei castri sancti Laurencii.

Die xxii junii. In maiori consilio sono campane more solito *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lx, captum fuit et firmatum per xxxi ipsorum consiliariorum, de non solvendo magistro Marino de Arsenato pecuniam, quam debet recipere de suo salario ex eo, quod recessit de Ragusio sine licencia, et ivit Venecias.

Give de Bona in minori consilio sono campane *etc.* congregato factus fuit tutor heredi Margi de Benessa.

Die xxv mensis junii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxiii, captum fuit et firmatum per lxi ipsorum consiliariorum, de accipiendo denarios cabelle vini pro mensibus Junii, Julii, Augusti, et Septembris ad faciendum fieri aliqua laboreria hic in Ragusio et in Stagno; que cabella erat obligata pitropis illorum de Gambe, et assignare eis pagam mensis Septembris, quam debeut dare salinarii Stagni, pro illa quantitate denariorum, que accipietur de dicta gabella vini in istis iiii mensibus.

Die xxviii mensis junii. Ser Nicola de Saracha in maiori consilio *etc.* congregato, exclusis omnibus *etc.* factus fuit rector comunis Ragusii pro mense Julii proxime futuri.

Item in dicto maiori consilio, in quo interfuerunt consiliarii lxxv, captum fuit et firmatum per omnes, de dando licenciam Franceschino cancellario, ad eundum ad indulgenciam sancti Francisci de Assisio, pro voto quod fecit adimplendo, non delucrando soldum pro tempore, quo erit absens de Ragusio.

Die predicta. Niffico de Galloç in minori consilio, cum adictione x sapientum sono campane *etc.* congregato factus fuit capitaneus gentis, que debet ire pro defensione Stagni.

In nomine domini amen. Anno domini mccclxi, indictione xviiii die penultimo junii. Nuy Nicola de Grede tenendo luogo de misser lo rettor ser Iohanne de Çerieva amalado cum lo piçolo conseio per auctoritade de lo grande conseyo, chomettemo ad ti Niffìcho de Galloç nobel et diletto çetatino nostro, che al nome de Dio tu debi andar capitaneo de tutta la gente de Ragusi et dele xiii isole, de la Melita et de Lagusta, la quale mandemo alla defesa de Stagno; et deli navili armadi, li quali mandamo per defesa del ditto luogo. Et appresso de ti volemo che sia toi consillieri: Vita de Resti et Michel de Dersa, li quali vien cum ti, et demovi pleno arbitrio de poder metter pena et pene a çaschadun chi

vi parera, per esser ben obedidi, et per ben et chonservamento de quel luogo, sichomo poressimo far nuy medesimi circha li homeni a vuy concessi.

Et chometemo vi, che vuy debie star die xv alla defesa del dito luogo cum la dita gente.

Anchora ve chomettemo, che zonzando vuy a Stagno, metendo la zente in terra, debie mandar la galia in dredo ad Ragusi et scrivene de novelle, et se alguna chosa ve fosse bisogno.

Anchora ve comettemo, che uny debie dar omne di alli homeni dele III isole et de la Melita, et de Lagusta et del povolo di Ragusa I libra de biscotto per zaschun, et onze III di formazo, et mezo terzier de vino puro, et follar xv omne di.

Die xvi julii. Et similiter comissum fuit Iacobo de Georgio, Domino capitaneo et suis consiliariis Iohani de Tudisio et Andree de Benessa de gentibus eisdem commisis, et tunc plus quod debeant esse adinvicem cum comite Stagni. Et cum Niffico de Galoç et cum Michaele de Dersa ad ponendum custodias et ad faciendem defensionem, si fuerit opportunum cum gentibus omnibus ipsis commissis, per meliorem modum qui videbitur eis.

Com. Let. Lev. 1361—80. fol. 25.

Michael de Dersa et Vita de Resti in dicto minori consilio facti fuerunt consiliarii Niffici de Galloç capitanei supradicti.

Petrus de Mençe, Blasius de Grede in minori consilio facti fuerunt ad expediendum barbottas et barcham, que debet ire ad elevandum homines L de Lagusta, et illam cum spingarda.

Die primo mensis julii. In maiori consilio sono campano *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii LXXXI, captum fuit et firmatum per LXX ipsorum consiliariorum de faciendo duos capitaneos guerre iuxta dominum rectorem pro uno mense, qui possint dare ordinem pro custodia Ragusii atque defensione; et ponere penam et penas sicut eis videbitur et placuerit, sicut maius et generale consilium intra civitatem.

Item in dicto maiori consilio captum et firmatum fuit per consiliarios LX, quod a modo in antea non habeant quid facere sapientes olim facti.

Ser Iohannes Pauli de Gondola, Ser Marinus de Mençe in dicto maiori consilio, exclusis omnibus qui non debuerunt nec potuerunt interesse occasione parentele, facti fuerunt capitanei iuxta dominum rectorem modo suprascripto.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consoliarios LXVI de armando galeam maiorem, et mittendo ipsam ad Bucham Gulphi de Catharo, ad prohibendum quod aliquid non possit intrare Catharum; et quicquid vellet intrare, possit intromitti et duci Ragusium. Et si aliquid (sic) vellet exire de Catharo, quod possit intromicti similiter et conduci Ragusium, ad cognoscendum cuius fuerit; et possit discurrere usque Budoam et usque Antibarum.

Die II mensis julii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliari LXXX, captum fuit et firmatum per

LXXVII ipsorum consiliariorum, de dando arbitrium domino rectori cum parvo consilio, de preparando arma, remeçium, sartiam et alia necessaria pro fornimento et aptacionem galee et faciendum scribi gentes et in veniendum pecuniam necessariam pro fornimento dicte galee, sicut maius consilium.

Item in dicto maiori consilio captum et firmatum per consiliarios LXIIII, quod fiat capitaneus cum duobus consiliariis in galea qui stare debeant ad unam mensam, et habere debeant omne mense perp. XXX.

Item quod dicta galea armata stare debeat uno mense ad servicium comunis.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum, quod ille qui fuerit electus capitaneus vel consiliarius galee, non possit refutare, nec habere excusacionem, si vadit per plateam; in pena de perperis vc., et qui refutaverit solvere debeat penam de presenti, et nulla gratia sibi fieri possit quoquomodo.

Ex mandato domini rectoris et tocius consilii maioris et tocius terre Ragusii capta fuit hec pars videlicet:

Cum per Voyslavum de Voyno sint multa et infinita obprobria et dampna facta comuni Ragusii, disrobando et comburrendo et discipando totum comitatum nostrum non semel sed pluries sine aliqua iusta et racionabili causa, tamquam lupum desiderantem agnos devorare, quod est intolerabile, et non solamente a Dio, ma a tucto mundo dee displicer, provisum est, captum et firmatum per LXX consiliarios nemine discrepante maioris consilii, sono campane more solito cogregato, quod quecumque persona interficiet dictum Voyslavum de Voyno, habere debeat a comuni Ragusii perperos XM, et sit civis Ragusii, et habeat domum unam lapideam in Ragusio perpetualiter. Et si esset in bampno de Ragusio de sanguine vel pro aliquo alio maleficio sit absolutus, ab ipso bampno. Et si interfecerit aliquem ex filiis dicti comitis Voyslavi, habeat ducatos mille; et si apportabit Ragusium caput alicuius dictorum filiorum eius, habeat ducatos IIM. Et si ille qui dabit mortem dicto Voyslavo vel alicui ex filiis eius foret mortuus aliquo casu, illud quod est scriptum superius, deveniat ad eius heredes vel ad quos ordinaverit. Et totum hoc dominus rector cum eius parvo consilio per sacramentum promittunt, quod omnia supradicta adtendent et observabunt et facient observari.

Item in dicto minori consilio captum et firmatum fuit, quod capitaneus nec consiliarii galee non possit accipi in minori consilio. *(Captum)* per ball. LX.

Ser Johannes de Bona, Ser Grube de Ragnina in dicto maiori consilio, exclusis omnibus *etc.*, facti fuerunt consiliarii capitanei supradicti.

Item in dicto maiori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum per omnes, de mictendo dicendo merchatoribus Ragusii existentibus in Rassia, quatenus debeant venire Ragusium, vel exire de Raxia, de presenti, quam cicius possunt, et scribere imperatori Sclavonie et cuilibet alteri qui videtur domino rectori et parvo consilio, lamentando de dampno et iniuria nobis facta per Voyslavum.

Eodem die. Nixa de Slavçe in minori consilio *etc.* congregato fuit factus comitus galee.

Item in dicto minori consilio, captum fuit et firmatum, quod accipiantur pro galea homines de Lagusta XL, Melita XXX, Çuppana L, ysola XX, calamota XX.

Martolus de Volçe, Matehus de Resti facti fuerunt officiales in dicto minori consilio ad scribendum homines galee.

Die III mensis julii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii LXIIII, captum fuit et firmatum per LXIII ipsorum consiliariorum de mictendo unum bonum hominem de populo cum uno famulo ad equos, ad dominum nostrum dominum regem, significando tribulaciones et afflictiones nostras oretenus et in scriptis.

Item in dicto maiori consilio captum fuit, quod ille qui fuerit electus ad eundum ad dominum regem, non possit refutare sub pena de perperis C.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios LVIIII, quod dominus rector cum parvo consilio debeat formare literam destinandam domino nostro regi et aliis quibus videbitur de tribulacionibus et augustiis nobis illatis per Voyslavum, et formata dicta litera aduci debeat ad istud maius consilium.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios XVIII de intromictendo res illorum de Presreno et personas.

Item de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, faciendi tres officiales super facto rerum et personarum illorum de Presreno.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios LVXIII, de prohibendo quod aliquid navigium parvum nec magnum non vadat ad Levantem nec ad Ponentem nec ad aliam partem, donec non exiverit galea.

Item de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, fuit captum et firmatum per consiliarios LX posse expendere a perperis C inferius causa offendendi inimicos.

Item in dicto maiori consilio captum fuit per omnes consiliarios, de mictendo unam barcham Jadram vel Segnam ad emendum sagittamentum.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de affidando Dulcignatos venientes Ragusinum, videlicet personas et navigia eorum; et hec fidancia durare debeat per totum hunc mensem Julii.

Eodem die Petrus de Mençe, Andreas de Binçola, Çiuccho de Grede in minori consilio sono campane *etc.* congregato facti fuerunt officiales ad custodiendum bona Presrenorum.

Die IIII mensis julii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii LXVIII, captum fuit et firmatum per consiliarios L, de dimittendo exire homines ducentos de illis qui voluerint exire de sua voluntate.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes de dicto consilio, quod illi qui exient non possint transire eclesiam Sancti Antonii et vineam Uceni a latere Levantis et ecclesiam sancti Kelie a latere Ponentis.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes de dicto consilio, quod dominus rector cum duobus capitaneis guerre possint scribere illos, qui voluntarie exire voluerint, et facere eis capita volencia ire de voluntate, et quod Vlachus de Miorino, cum illis qui sunt subiecti sibi, possit exire quando videbitur dicto domino rectori cum capitaneis usque ad loca predicta.

Pripçe Ulcoçich in minori consilio sono campane *etc.* congregato ex auctoritate ipsis data a maiori consilio fuit electus et factus nuncius, ad eumdum ad dominum nostrum dominum regem.

Die iii mensis predicti. In maiori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum per omnes de dicto consilio, de mictendo literas domino regi, prout scripte sunt.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per liiii ipsorum consiliariorum, de intromittendo res et bona cuiuslibet hominis subiecti imperatori Sclavonie et Chatarensium, que reperientur in ista condura, et que a modo in antea reperientur in aliquo loco. Et quod dominus rector cum parvo consilio possit examinare, cognoscere et discernere que res et bona sunt Sclavorum et que sunt aliorum, et facta examinacione reduci debeat ad maius consilium.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de armando barchas ii iuxta galeam de remis xii pro barcha cum bandis.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio ad scribendum de hominibus Staree, quot deficient ad fulciendum galeam et ii barchas.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios lviii, de recipiendo magistrum Marinum de Marano ad arsenatum usque ad sanctum Michaelem mensis septembris, cum salario consueto et cum domo.

Item dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes de ipso consilio, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse emere remeçium, arborem, antennas, sartias et omnia necessaria pro furnimento galee nove, et posse mictere pro uno magistro balistario cum illo salario et pro quanto tempore videbitur eis.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes de dicto consilio de mictendo pro Stiepcho Çicurich et Radoslavo de Rogerio et aliis amicis nostris, ut veniant ad nostrum adiutorium prout videbitur domino rectori et parvo cosilio.

Çive de Ribiça, Nixa Marini de Mençe facti fuerunt ad scribendum pro galea homines Malfi et Omble.

Nicola de Binçola, Georgius Jacobi de Georgio facti fuerunt ad scribendum pro galea homines Ragusii.

Die v mensis julii. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, de faciendo cambium de capitis nostris cum aliis, caput pro capite.

Die vi julii. In maiori consilio sono campane more solito congregato in quo interfuerunt consiliarii lxii, captum fuit et firmatum per omnes de ipso consilio, de respondendo Semcho in hunc modum, quod Recepimus tuas literas per latorem presencium et intelleximus verba que iste tuus homo nobis explicavit pro parte tua, et idcirco tibi respondemus sic per presentes et primo regraciamur tibi tanquam fratri et amico nostro carissimo de bona voluntate tua quam habes erga nos, et ut bene scias, quod nobis factum est tibi denotamus, quod exercitus Voyslavi venit usque ad portas nostras derobando comburrendo et destruendo totum comitatum nostrum, prout scire potes. Quapropter te rogamus tamquam personam quam scimus scire facere tantum, quatenus adoperari et facere debeas in istis factis nostris, illud quod sit honor domini tui et nostri ac placere nostrum prout de te speramus et plenarie confidimus.

Item in dicto maiori consilio fuit captum et firmatum, quod istud argentum quod retinuimus et habemus in manibus nostris sit nostrorum inimicorum, secundum quod inventum fuit tam per literas quam per testes examinatos lectos in presenti consilio, et quod accipiantur alie res que apparent esse dictorum inimicorum nostrorum, secundum ipsas literas et testes, invente in condura que est in portu nostro ad presens, et accipiendi in comune. Captum per omnes.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios liiii, de mictendo vocatum illos Catharinos qui sunt cives Ragusii, ut veniant Ragusium ad adiuvandum et defendendum civitatem nostram cum personis et habere usque ad unum mensem. Et si non venerint ad dictum terminum, quod non sint amplius cives Ragusii, nec habeantur umquam pro civibus Ragusii. Et similiter mictatur vocatum alios Raguseos habitatores in Catharo sub eadem privacione citadinançie Ragusii.

Exemplum litterarum transmisarum Catarenis civibus factis Raguseis habitantibus Cathari.

Nicola de Saraca rectore de Ragusa, judeci et chonsellieri de la dita terra al nobile et savio Micho de Buchia cum li fioli sui et suo nievo fio de Piero çitadin nostro de Ragusa saludo de amor. Li fideli et boni çetadini in tempo de aversitade cum animo et cum corpo et cum tuto lor poder deno essere a defensione et aydo della lor patria. E pero volemo et chomandemo, soto pena de non essere çamay nostri çitadini de Ragusa, che infra i mese reçevando questo nostro chomandamento, debie esser cum le persone et cum lo aver vostro a defender et aiutare la citade de Ragusa, la quale contra Dio et justicia è assediada da la oste del Conte Voyslavo. Altramente vignando lo termine procederemo contra de vuy, sichomo recha lo ordene de raxune. Sapiando che daremo plena fè a li portadori de questo nostro chomandamento de la presentacione de esso.

Paulo Piero	de Tripe	Modo suprascripto, scripte fuerunt littere.
Çure Luca	de Buchia	
Jache de Drago Silvestro de Macedauro Mico de Marino de Mechxa		

Marco, Çugno } fioli de Piero de Truculo Blaxio fiole de Dome de Menze Marcho de Basseio	Modo suprascripto, scripte fuerunt littere.

Die xiiii mensis julii. Prodassa Sincranich, Choroe Prepsich, cursores coram domino Rectore predicto et parvo consilio. suo sacramento retulerunt ac presentasse litteras prefati tenoris civibus de Ragusio suprascriptis die viii presentis mensis julii.

Lett. et Comm. di Lev. 1361—80. fol. 25.

Petrus de Mençe, Andre de Binçola, Iohanes de Grede in dicto maiori consilio facti fuerunt officiales ad examinandum de illis rebus condure, que non sunt examinate nec accepte, et quod possint dimittere dictam conduram, si invenient ipsam non esse inimicorum.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per lxi ipsorum consiliariorum, quod nulla persona audeat extrahere de Ragusio aliquam graxam sub pena perdendi ipsam et valorem ipsius.

Eodem die. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit, quod accipiantur perp. xv de denariis quinti de vino, pro faciendo expensas necessarias.

Nicola de Caboga, Iacobus de Georgio, Clime de Dersa facti fuerunt inquisitores et examinatores in dicto minori consilio supra graxam non extrahendam de Ragusio et supra intrantes in Ragusio.

Nicola Miletcovich de Praça in minori consiiio sono campane more solito congregato factus fuit civis Ragusii, qui iuravit esse fidelis comunis Ragusii et facere omnes factiones reales et personales, sicut quilibet alius Ragusens.

Die viii mensis predicti. In maiori consilio sono campane *cct.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxiii, captum fuit et firmatum per l ipsorum consiliariorum, de dando hominibus de remo perp. ii pro quolibet mense, et vivandam; naucleriis et hominibus de pede ad mensem perp. iii et vivandam.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per lxi ipsorum consiliariorum, de vendendo argentum et omnes res acceptas de inimicis nostris, aut de ponendo ipsam in çecha prout melius videbitur domino rectori et parvo consilio; et denari qui extrahentur de hoc argento et aliis rebus ire debeant per manus trium officialium eligendorum ad faciendas expensas pro armando galeam et ii barchas, et quod non possit tangi in istis denariis pro aliquo servicio nisi in armando galeam et duas barchas; et isti iii officiales sint armatores usque ad sanctum Michaelem proximi mensis Septembris. Et isti denarii sint solumodo pro dando soldum hominibus et non pro alio servicio.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per lviii ipsorum consiliariorum de dando in commissionem capitaneo galee et consiliariis eiusdem, quod debeant ire ad culphum Cathari et discurrere usque Antibarum, et quod debeant intromittere omnia bona subditorum impera-

toris Sclavonie, que invenient. Et quod non permictant intrare aliquid navigium in Culphum Cathari, nec permittant ire aliquid navigium ad terras subjectas imperatori Sclavonie. Et si invenirent aliquid navigium volens intrare, quod faciant ipsum venire Ragusium, et quod debeant capere omnia navigia parva et magna inimicorum, que poterunt, et ipsa mictere Ragusium, salvo quod non debeant offendere illis de Budua, de Dulçinio, de Antibaro et de Scutaro, et hominibus illorum de Balsa. Et si poterunt offendere illis de Catharo comode, illud dimictatur discrecioni eorum. Item si aliquid vellet exire de Catharo, quod possit intromitti, et conduci Ragusium ad cognoscendum cuius fuerit.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de accipiendo de quinto vini perperos MVIICL, pro faciendo et complendo laboreria Stagni, et assignare illis quibus fuerunt di rupta castra perperos MVIICL, quos salinarii Stagni dare et solvere tenentur comuni usque ad sanctum Michaelem mensis Septembris proximi; videlicet Perve de Goçe et nepotibus Pasque de Goçe, Perve de Sorco, Marino de Mençe, Yele de Sorento et Philippe de Mençe, secundum extimacionem factam.

Item in dicto maiori consilio captum et firmatum fuit per consiliarios LXII, de mictendo Venecias emptum pavesia C. et balistas C. fulcitos, et pro uno magistro balistario.

Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per LX ipsorum consiliariorum, quod fiat crida, quod quilibet habens de bonis alicuius Sclavi, vel alicuius subiecti imperatori Sclavonie modo aliquo vel in deposito vel in pignore, vel pro debito debeat manifestasse dominaçioni usque ad VIII dies sub pena de perperis M pro quolibet; et ex nunc debeat habere ille qui habet de dictis bonis sequestratum ad peticionem dominacionis.

(Margini adsc.) Bampnitum fuit per Alegrinum preconem comunis.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios LXI, de accipiendo insulam Melite, et mictere comitem illuc de Ragusio, et accipere totum ius sclavorum.

Laurencius de Volcasso, Nicola de Binçola, Georgius Jacobi de Georgio in minori consilio sono campane more solito congregato, facti fuerunt armatores galee usque ad sanctum Michaelem, qui debeant tenere argentum acceptum inimicis et ipsum vendere vel ponere in çecham.

DIE VIIII MENSIS JULII. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt consiliarii LXVI, captum fuit et firmatum, quod quilibet caput desene, qui non venerit ad custodiam antequam cesset terciam campanam, cadat ad penam de perperis V. Et quilibet nobilis exiens de dicta decena cadat de perperis II; et ille de populo qui non veniet cadat de perperis I pro qualibet vice; et quilibet possit accusare.

(Margini adsc.) Bampnitum fuit per Alegrinum preconem.

Item in dicto maiori consilio captum fuit per consiliarios LII, quod quilibet de partibus Sclavonie sive de subiectis imperatori Sclavonie existens debitor Raguseis possit venire Ragusium libere ad solvendum quibus dare tenetur; set aliquas merchaciones sive denarios extrahere non possit de Ragusio, nisi a perperis XX inferius de denariis, et possit libere

reverti in Sclavoniam. Et equi qui apportabunt dictas merchaciones Ragusium sint affidati, et navigia; et hoc durare debeat usque per totum mensem augusti. Qui equi debeant exire illico de terra, et navigia secundum bonum tempus; et merchatores usque ad VIII dies postquam venerint.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum, per omnes de dicto consilio, de mictendo unum medicum et unum presbiterum cum galea.

Eodem die. Exemplum littere destinate Micheli de Caboga. Syndico in Apulea.

Nicola de Saraca rectore de Ragusa, judeci et chonsellieri della dicta terra, al nobile et savio Michele de Caboga nostro honorado cetadino salute cum perfetto amore. Volemo et chomandemo, che debie spiare cum nostro amisi si se podesse haver in Salerno, alguno bono medico fisicho chi venisse al salario de Ragusa, et per quanto prexio lo poriamo havere al anno; et mandany dire per li primi, et mandany libbre M de carne de porco salata per li primi, et se alguno Cattarino fosse in Pullya, et tu debi spiare privatamente et mandany a dire; et questa chosa tieni secreta appresso de ti et la lettera che è ligada cum questa lettera mandala solicitamente in Brindicy al frare de Todoro nostro chancelliere per trovare uno maystro balestriere al salario di Ragusa.

Die x julii. Exemplum littere distinate Michaeli de Caboga syndico in Appulea per Maroe de Pripçe.

Nicola de Saraca rector de Ragusi, iudici et chonsellieri de la ditta terra, al nobile et savio Michel de Caboga salude et tutto bene. Sapi che nuy te mandenno per Maroe de Pripçe paron de questo barcuso ducati XV. li qual debi cargar de orço al plu tosto che tu puoy, et debi comprar salme C de fave nove, et far fare staria IIC de biscoto che sia apareclado e mandaremo per esso viaçamentre. Et se lo dicto pan bescoto non fosse apareclado quando nui mandaremo per esso, quel che manchara in fina stari IIC, et tu manda de farina. Et scrivine de condiçion de one blava, et de novele che son de la debine scriver.

Lett. et comm. di Lev. fol. 26.

Die XI julii. In maiori consilio *etc.*, in quo interfuerunt consiliarii LXII captum fuit et firmatum per LX, ipsorum consiliariorum de ponendo in commissionem capitanei et consiliariorum galee, ut non offendant Metropolito nec eius gentibus; et de scribendo eidem Metropolito qualiter commisimus capitaneo nostro galee, ut non offendat ipsum, et quod placeat ei non velle subtrahere res Catharenorum pro suis, quia ipsum et homines suos et bona volumus habere et tractare tamquam amicos, secundum quod tenemur pro sacramento facto inter nos et ipsum, et quod non debeat miscere res inimicorum nostrorum cum suis, quoniam intendimus offendere inimicos omni modo quo poterimus. Et de eo quod conqueritur sibi fore acceptum per nostros, inquiremus quis fecit sibi dampnum, et invento faciemus illud quod racio volet. Item quod scribatur capitaneo et consiliariis, quod debeant ponere mentem et investigare, si Catharini miscent vel miscuerunt res suas cum illis Metropoliti; et si invenient Catharenos miscuisse de rebus suis, quod debeant ipsas accipere.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes de dicto consilio, de dando licenciam domino rectori et capitaneis guerre, posse dare barchas illis de Starea volentibus ire ad offendendum inimicos cum IIII hominibus de remo per barcam, ad expensas comunis.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per XL ipsorum consiliariorum, de dando libertatem domino rectori et capitaneis guerre, posse expendere a mille yperperis inferius ad faciendum offendum offendi illis de Canali, de Draçeviça, et de Tribigna in habere et in personis sicut maius consilium facere possit

Item in dicto consilio captum fuit et firmatum per omnes de dicto consilio, de accipiendo denarios cere, que Martinus de Sorgo vendidit de inimicis nostris et de aliis rebus inimicorum, pro solvendo caseum et carnes, et vinum acceptum pro galea, et equum emptum pro Pripçe, et ad dandum perp XX illis qui combunrerunt bladum in Tribigna, et pro mictendo pro balistis IIC et pavesiis C. et isti denarii qui accipientur debeant reddi de denariis affictus domorum.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio posse, videre et examinare omnes quaternos, cartas et scripturas, quos et quas habet Milçe de Lepro et facere racionem cum ipso ubi sunt bona logofeti, que habuit Laure de Rasumeno, et quicquid invenerint debeant reducere ad istud consilium.

Die XII mensis julii. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt homines LX, captum fuit et firmatum per LVI ipsorum consiliariorum, de soldando homines C de illis de Starea, ad mictendum ad defensionem Stagni ad perp. III ad mensem pro quolibet, videlicet de volentibas ire voluntarie.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes, de faciendo officiales ad scribendum omnes de Starea, de insulis, de Melita, et de Lagusta, et de Ragusio, et ponere tepseram qui primi et qui secundi, et qui terçii ad eundum in galea; et illi qui iverunt nunc sint primi; et scribere homines de remo pro se, et homines de pede pro se. Et de non scribendo homines comitatus Breni, et Çoncheti ad eundum cum galea, salvo si voluntarie ire voluerint.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes de affrancando illos de Stagno et de Puncta a grossis XVI quos solvebant, cum hac condictione, quod ipsi custodiant Stagnum sicut antiquitus faciebant.

Çiucho de Grede, Nicola de Caboga, Grube de Mençe, in minori consilio, sono campane *etc.* congregato, facti fuerunt officiales ad inquirendum et examinandum iura, raciones et quaternos et omnes scripturas quondam Laure de Rasumeno debitoris Logofeti.

Matheo de Resti, Vlacho de Caboga facti fuerunt officiales ad scribendum C homines de Starea ad mictendum pro defensione Stagni a perperis III. pro quolibet in mense, de illis qui volunt ire sua propria voluntate.

Ser Jacobus de Georgio in minori consilio *etc.* factus fuit capitaneus gentis de Stagno.

Ser Johannes de Tidisio, Ser Andreas de Benessa facti fuerunt consiliarii capitanei supradicti.

Die xv mensis julii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxiiii, captum fuit et firmatum per omnes, de accipiendo de argento accepto condure libras l mutuo, ad faciendum expensas necessarias pro mictendo mutam in Stagnum, et dando soldum hominibus ituris Stagnum et pro aliis expensiis necessariis ad presens; qui denarii restitui debeant de affictu domorum recolligendorum de mense Augusto.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatem per omnes de dicto consilio, de armando galeam ad unum remum pro bancho, causa mictendi gentem in Stagnum, et dare grossos ii pro quolibet remige.

Item in dicto maiori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum per xxxviii ipsorum consiliariorum, de retinendo dies viii in Stagno totam gentem illuc destinatam ad defensionem, tam nobiles quam populares et insulanos.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per lxi ipsorum consiliariorum, de mictendo Stagnum de vino quantum videbitur fore necessarium domino rectori et parvo consilio.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum per omnes de dicto consilio, de dando arbitrium comiti Stagni et capitaneo et consiliariis et omnibus nobilibus, qui sunt in Stagno, ut faciant laborari ubi eis videbitur fore magis necessarium et utile pro fortificacione Stagni.

Item in dicto consilio captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, ponere penam perperorum x nobilibus hominibus, et de perpero uno illis de populo qui stabunt ad custodiam portarum civitatis, quod non recedant a mane usque sero nisi ad mutam ad prandium et ad cenam, ut possint scire omnes forenses intrantes civitatem, et ubi debeant hospitari, et quod debeant portare unumquemque forensem intrantem ad presenciam domini rectoris et ii capitaneorum de guerra.

Item in dicto consilio captum fuit per omnes de habendo ser Petrum de Ragnina, Goyanum et Dobrettam fabrum pro excusatis ad eundum ad Stagnum. — Nixa de Raxen, Jacobus speçiarius, Ilia famulus Marini, Give staçonarius in minori consilio, sono campano *etc.* congregato, facti fuerunt castellani sancti Laurencii, et juraverunt.

Die xvi mensis julii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxvii, captum fuit et firmatum per lxii ipsorum consiliariorum, de significando ducali dominacioni Veneciarum de litera, quam capitaneus Culphi nobis destinavit cum una barcha armata.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios lviii, de mictendo unum bonum hominem de populo cum uno famulo ad banum Dalmacie, recommendando Stiepchum Çicurich et lamentando de dampnis nostris cum illis pulchris verbis que videbuntur domino rectori et parvo consilio, et petendo auxilium et succursum, cum ista barcha que debet ire Venecias.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios lxv, de dando licenciam domino rectori et capitaneo guerre, supra

illis qui exeunt de civitate et volunt ire ad possessiones per mare et per terram, prout eis melius videbitur et placuerit.

Lone de Dersa in minori consilio sono campane more solito congregato factus fuit nunçius ad eundum ad dominum banum Dalmacie.

Die xviii dicti mensis julii. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxxiiii., captum fuit et firmatum, per omnes consiliarios, de dando in commissione Lone de Dersa ituro ad dominum banum Dalmacie, ut debeat ei narrare condictiones nostras, et quomodo non possumus facere pecius illis de Sclavonia, nisi tractando et procurando, quod non possint habere salem aliunde; et quod tastare debeat dominum banum si ipse vellet dare merchatum Narenti comuni Ragusii, et pro quanto, non affirmando aliquid; et debeat tastare de voluntate ipsius super hoc quantum potest. Et quicquid poterit percipere de intenctione ipsius, debeat reducere ad istud consilium.

Exemplum commissionis facte Lone de Dersa die xviii mensis Julij, xiiii Indictione, quando ivit ad dominum banum Dalmacie.

Nuy Nicola de Saracha rectore de Ragusa cum lo piçolo consello dela ditta terra, chomettemo ad ti ser Lone de Dersa nostro çetadino, che al nome de Dio debi andare a messer lo Bano de Dalmacia et fattali la reverencia che li chonviene, li debi recomandare intimamente la cetade de Ragusa, et tuti li Ragusini soi cordiali servitori. Et despuo li presentaray la nostra lettera.

Et despuo li haveray presentata la nostra lettera, se vederay disposto misser lo Bano et parerati luogo et tempo, tu saviamente lo mellor che parerà a la tua descretione, lo debi informare de queste chose infrascripte; et se non lo uedray desposto, tu andaray fino co lo trovaray disposto per darti bona audientia.

Primieramente lo informaray delo gran dapno, che ne à fatto Conte Voyslavo senza nostra culpa et nessuna occasione, arobando, abrusando et destrusendo finalmente tutto lo nostro contado et chomo ne tene assiyadi.

Anchora, ca lo dicto Voyslavo fa tuto lo suo podere requirando tutti sui parenti et amisi et cum tuta la sua ultima potencia intende de venire a Ragusa et a Stagno a dare batalla et prendere se potrà.

Et ca de Ragusa non havemo niente pagura, ma de Stagno nuy dubitemo, perço ca è gran luogo a deffendere; debi supplicare da parte nostra a dicto messer lo Bano, che li piacqua de darni tosto alguna aida per mare in lo dicto luogo de Stagno, ca sarà plaçimento et honor de messer lo Re, bona fama et curtesia de sua parte, et a nuy grande utilitate et conforto.

Anchora significharli chome havemo tegnuto Stiepcho Çicurich per offendere questo nostro inimicho, lo qual Stiepcho ha troppo bona çente usada ale nostre contrade. et sa tutti li passi et li luogi, et questa çente cum alguno aido patria fare grandissimo damnaço al nostro inimico; che seria honore de messer lo re et sua et nostra gloria et bendicta.

Et per questa occasiono li debie recomandare da parte nostra lo dicto Stiepcho Çicurich.

Anchora chomo dubitemo et verisimilmente che lo re de Raxa habbia fatto pillare in lo suo tenere tutti li nostri merchadanti, et perço li piaqua de havere bona guardia de quelli de Cattaro, et de tutti li altri vasalli de re de Raxa che son in lo tener de messer lo Bano.

Anchora lo informeray ca la peçor goerra che nuy podemo fare a quelli de Sclavonia, si est de vetare che non possano haver sale de nessuna parte; et debielo perço tastare saviamente per bello modo se volesse dare lo merchado de Narento al conte de Raguxa et per quanto prexio, non affirmando ti nessuna chosa; et quel che potray comprendere de lu suo volere despuo tu diray a nuy a Ragusa alla tua turnada.

Tutto lo avanço che è lo honor et lo aydo dela nostra terra, chomettemo a la tua descretione; ca a savio, sichome tu sei, poche parole son mistieri.

Çive de Ribiça, Marinus de Slavçe ad scribendum homines Malfi, Omble et Gravoxii.

Petrus de Buçignolo, Petrus de Mençe ad scribendum homines Ragusii, Benessa de Benessa, Lauriça de Georgio ad eundum per insulas ad scribendum homines.

Die xx mensis julii. In maiori consilio, sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxv, captum fuit et firmatum per lviii ipsorum consiliariorum, de dando de sale istis hominibus Senchi, qui sunt ad presens in Ragusio, cum condiccione quod non portent salem ad terram Voyslavi nec vendant eius hominibus, sub pena de perperis x pro salma; et quod dent de hoc plegariam.

Item in dicto consilio captum fuit et firmatum per lxiii ipsorum consiliariorum de licenciando de Stagno omnes homines, qui iverunt cum prima muda, tam de Ragusio, quam de Melita et de Lagusta, ut vadant ad domos suas.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios lxiii de faciendo graciam Vlacho de Dersa et Vladicossa de mileariis iii sepi, solvendo dohanam.

Die xxi mensis julii. indict. iiii. Ex parte domini rectoris ser Nicole de Saracha et parvi consilii missa fuit littera comiti Pagano de Poliniano, continens in effectu, quod debeat reperire duos bonos tubatores meliori precio quo poterit, expendendo et promittendo eis ad plus ducat. l. videlicet unicuique ducatos xxv. domum et robas, et lucrum quando facient de ipsorum arte.

Die xxiii mensis julii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxx., captum fuit et firmatum per lxii ipsorum consiliariorum, de dando de sale hominibus Senchi, videlicet istis qui venerint nunc Ragusium, et hominibus bani de Bosna qui venient, cum hac condicione, quod ipsi dent plegariam de habitantibus Ragusii et eius districtus, donec mictetur unus homo ad Senchum, ad tractandum et ordinandum, quod sal non portent ad inimicos nec ad terras inimicorum nostrorum sub pena de perperis x. pro salma.

Item in dicto consilio captum fuit et firmatum, de mictendo unum hominem de populo ad dictum Senchum.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios LXIII. de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse mictere unam barchettam armatam ad Lone de Dersa, quod debeat firmare mercatum Narenti pro illo precio, quod videbitur isti consilio, et si Lone recessisset, quod debeat reverti ad Banum.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios LVII, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio de accipiendo merchatum Narenti pro illo precio, quod videbitur eis pro uno anno.

Item in dicto consilio captum fuit et firmatum per omnes, de descaricando istum salem barchcie et solvere naulum ipsius.

Item in dicto consilio captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de scribendo xx homines pro barbottis Stagni, et de dando cuilibet dictorum xx hominum ad racionem de perperis III in mense.

Item in dicto consilio captum fuit et firmatum per omnes, quod aliquid navigium de Ragusio, nec aliquis homo de Ragusio vel qui pro Raguseo se appellat, audeat vel presumat portare vel mictere salem ad flumina nec ad terras subiectas regi Raxie, nec habere partem de sale qui micteretur ad dicta loca, aliquo modo vel ingenio, sub pena de perperis M pro quolibet et qualibet vice, et qui accusabit aliquem contra facientem habeat medietatem pene, et tenebitur de credencia.

Die XXIII mensis julii. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii LXXXV, captum fuit et firmatum per LXIIII ipsorum consiliariorum, de dimittendo barcham de Veneciis ire Catharum cum literis merchatorum, et accipere peciam syndonis Maroe de Buchia.

Item in dicto maiori consilio captum et firmatum per consiliarios LXVIII, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse mictere unum hominem nobilem ad istos de Balsa, ad componendum et tractandum contra nostros inimicos et ad destruccionem ipsorum, non expendo aliquid nisi in barcha et in expensis necessariis illi homini qui mictetur, et non ad faciendum pacem cum inimicis nostris aliquo modo. Et quod fieri possit eis unum ensenium de aliquibus rebus a perperis xx inferius. Qui nobilis homo possit illos recipere in Raguseos et cives Ragusii et dare eis sacramentum, quod ipsi sint nobiscum tam in tempore guerre quam in tempore pacis, et quod ipse cum baronibus suis possint venire et mittere de suo Ragusium, et extrahere ipsummet libere tamquam Ragusei. Et quod ipsi sint semper nobiscum contra nostros inimicos, et quod nos possimus eis iurare sicut ipsi nobis pro parte tocius comunis.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes ad hoc, quod quilibet habet causam essendi promptior contra nostros inimicos, de dando de havere comunis illis qui fuerunt pridie ad Vergatum et cum lignetto et cum barchis, et fuerunt percussi ad bellum, ad perp. II pro quolibet, qui debeant dandi cui plus et cui minus, secundum percussiones ipsorum, prout videbitur dominis capitaneis guerre. Et quod dentur illis primis adgredientibus qui interfecerunt de inimicis et secuti

fuerunt ipsos ad dictum bellum ad perp. v pro quolibet, dividendo cui plus et cui minus secundum eorum portamentum, prout dictis dominis capitaneis videbitur.

Item in dicto maiori consilio captum et firmatum fuit per omnes, de accipiendo mutuo de argento accepto de condura de inimicis tantum quod valeat perp. IIIC pro expensis quas fieri opportet ad presens, et pro vino accepto pro galeis et pro hominibus XX mictendis Stagnum cum barbottas et aliis expensis.

Quaternus reformationum editus tempore dominorum Rectorum Ragusii, incipiens a Nobili et Circumspecto Viro ser Nichola de Saracha sub anno domini Millesimo trecentesimo sexagesimo primo. Indictione XIIII. *a die* XXVI *Julij.*

(Maioris Consilii) ballottae LXXXVIII.

Prima pars est de respondendo comuni Catari in hunc modum: quod nos semper ipsos habuimus et tractavimus tanquam fratres et amicos et ad omnia eorum comoda et honores operati fuimus. Et ipsi semper et continue operati fuerunt contrarium contra nos et civitatem nostram omni modo quo sciverunt *(et)* potuerunt verbis, litteris et factis. Et idcirco processimus et procedere intendimus contra ipsos tanquam contra inimicos nostros mortales toto posse et tanquam subiectos Voyslavi. Et quia opera ipsorum plene et evidenter apparent per copiam unius litterae Imperatoris quam eisdem mittimus per ejus ambaxiatores. *Capt per* LXXXVII.

Prima pars est de ponendo partem, de audiendo cives Ragusini habitatores Catari petentes graciam, de remanendo Catari. *(Cassum.)*

Prima pars est de faciendo gratiam Iache Tome de Drago, ut possit remanere Cataro, non obstante mandato sibi destinato secundum formam partis capte pridie de Raguseis habitantibus Catari. *(Cassum.)*

Secunda pars est de non.

Prima pars est de respondendo ambaxiatori domini Bani Bossine ad petitionem galearum quas petit, quod ipsas galeas nostras misimus cum gentibus nostris ad servitium terre nostre, et non possumus sibi complacere de ipsis. Et quod habeat nos excusatos de hoc. Et quod est talis dominus quod potest venire longius quam Ragusii per terram suam, si sibi placet venire. *Capt. per* LXXXV.

Prima pars quod rector cum parvo consilio possit facere excusationem de petitione quam facit Poverescus de Budua de ballistris et spingardis, per illum modum qui videbitur melius; quia misimus Venecias pro ballistris, et venientibus serviemus ei libenter de IIII ballistris et capsa I de veretonis et de I magistro machinarum, si sibi fuerit opportunum. *Capt. per* LXXXVII.

Prima pars est de dimittendo personas illorum de Prisreno ire quo volunt sine mercacionibus, videlicet illos qui venerunt Ragusium tempore pacis. *(Cassum.)*

Prima pars est de mutando decenam illam buttariorum qui debeant ire stagnum cum prima muda itura, quod alia extrahatur loco ipsius. Et ipsa ire debeat cum alia sequenti muda. *Capt. per omnes.*

Prima pars est quod vendantur omnes res capte illis de Prisreno et inimicis nostris, per officiales deputatos ad retinendum ipsas. Et quod faciant . . . de ipsis *(cassum)*.

Die xxviii julii. 1. Mate Nicole de Mence. In minori consilio more solito *etc.* congregato factus fuit comes insularum.

Die xxviii julii. In consilio maiori *ballotte* lxxiiii.

Ser Andreas de Lucaro *ball. (cassum).*

Ser Iohannes Pauli de Gondola *ball.* lvii. remansit rector pro mense Augusti.

Ser Orse de Çamagno *ball. (cassum).*

Ser Nicola de Çavarnigo *ball.*
Ser Nicola de Cherpa *ball.* } *(cassi)*

Ser Marinus de Mençe *ball.* lxv.
Ser Marinus de Sorgo *ball. (cassum)*
Ser Nicola de Caboga *ball.* xlvi
} remanserunt capitanei guerre.

Ser Laurencius de Volcasso *ball. (cassum).*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse respondere domino imperatori Sclavoniae ad ambaxiatam quam misit, per pulcriorem modum qui videbitur eis per litteras et oretinus. Et posse scribere Imperatrici et Volcasino et aliis quibus videbitur. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de restituendo Marco ambaxiatori argentum suum cum hac conditione, quod non possit emere mercationes cum ipso nisi de libris xxv argenti uxoris Volcassini. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse facere i ersenium de ipperperis l. domino Laurentio Celso ellecto duci Veneciarum, in hiis rebus quae videbuntur eis, quando veniet. Et mittere aliquos nobiles homines ad ipsum, ad salutandum ipsum cum illa reverentia quae videbitur convenire, et ad informandum ipsum de factis nostris contra Sclavos; et de facto condure. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mittendo cambium Stagnum ad suum terminum; et facere venire Ragusium illos qui iverunt. *Captum per* lviii

Prima pars est de habendo Ser Çure de Caboga excusatum de eundo Stagnum, dando i bonum hominem in scambium qui placeat domino rectori et parvo consilio *(cassum).*

Secunda pars est de habendo ipsum excusatum sine scambio aliquo, quia est homo infirmus. *Capt. per* xlii.

Prima pars est de habendo Ser vitam de Sorgo pro excusato de eundo Stagnum *(cassum).*

Secunda pars est de non. *Capt.* p. l

Prima pars est de habendo Petragna Savini de Bonda excusatum de eundo Stagnum. *(Cassum.)*

Secunda pars est de non — *Captum.*

Prima pars est de habendo Ser Marinum de Bona excusatum *(cassum)*.
Secunda pars est de non.

Vita de Sorgo, capitaneus armate iture Stagnum.

Marinus de Bona
Nicola de Çavarnigo } consilieri.

EODEM DIE.

Petrus de Ragnina
Savinus de Bonda
Marinus de Mençe
Sime de Resti
Michael de Dersa
Vlacho de Bobalio
Blasius de Lucha
Nicho da Caboga } in maiori consilio, sono campane more solito congregato, electi fuerunt ad eundum ad dominum ducem Veneciarum et faciendum sibi reverentiam et recomendandum civitatem, si venerit ad portum Ragusii.

DIE XXX JULII.

Sime de Tidisio
Petrus de Buçignolo
Pierce de Çerieva } in minori consilio, sono campane more solito congregato, facti fuerunt officiales ad inquirendum quod nemo sine ipsorum licentia audeat vel presumat vindimiare in comitatu Breni et in Çoncheto, et quod inquirant quantum mustum aducetur Ragusium de comitatibus supradictis, et per quos aducetur. Sub pena ad voluntatem domini Rectoris.

Nixa de Stilo
Marco de Buçignolo } facti fuerunt ad inquirendum et recipiendum res illorum de Prisreno loco Petri de Mençe et Iohanis de Grede.

Mate de Bodaça
Stipe de Georgio } ad scribendum homines sesteriorum Pustcerle, Sancti Petri Casteli et Sancte Marie.

Grube de Mençe
Vlacho de Dersa } ad Sanctum Blasium.

Clime de Çamagno
Mateus de Resti } ad Sanctum Nicolam.

DIE II AUGUSTI. In maiori consilio *ballotae* LXXVIIII.

Prima pars est de differendo istud conscilium, quousque veniet Pripçe Ucolçich. *Captum per* LXXIII.

Prima pars est quod capitanei guerre, qui pridie fuerint electi, habeant illam libertatem quam habuerunt primi. *Captum per omnes.*

Prima pars est de dando libertatem domino rectori cum duobus capitaneis guerre, de mittendo homines ad imboscandum, causa offendendi inimicos, quando eis videbitur posse ipsos inimicos offendere, non mittendo aliquem contra eius voluntatem. *Capt. per* LVXVIII.

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio ad respondendum Marcho, secundum quod fuit arrengatum et prout melius videbitur ipsi domino rectori et parvo consilio, supra facto illorum de Prisreno. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando fidem Yvano Golubich vel suo fratri, ad veniendum Ragusium et eundum ad Croaciam libere et secure. *Capt. per ballotas* LXXVIII.

Prima pars est de faciendo gratiam illi Apulo cuius barcaza cum frumento venit Ragusium, quod possit libere ire Catharum cum sua barcaça vacua et auferre inde quoramen suum, quod est a ballis centum infra, et ire cum dicto quoramine quocumque voluerit libere. *Capt. per omnes.*

DIE V. AUGUSTI *ball.* LXXXXI.

Prima pars est quod Vlachi et homines Bani Bossine et Senchi venire debeant per Slanum ad accipiendum de sale cum illo ordine et modo qui videbuntur *(cassum).*

Secunda pars est quod venire debeant per portam Ragusii ad accipiendum de sale *(cassum).*

DIE V AUGUSTI *ballotae* LXXXXI.

Prima pars est de dando de sale hominibus et Vlachis Bani Bossine et Senchi cum illis modis et ordinibus qui videbuntur. *Captum per* LXX.

Prima pars est de dando de sale hominibus et Vlachis Bani Bossine et Senchi ad Slanum. *Capt. per* LXII.

Prima pars est de dando arbitrium domino Rectori et parvo consilio, de faciendo tres officiales ad dandum ordines salis dandi hominibus et Vlachis Bani Bossine et Senchi, cum illo modo quem dabit eis consilium minus. *Capt. per* LXXXX.

Prima pars est quod scribi debeant omnes homines de remo Gravosij, Omble, Malfi, Paliçe et V insularum, et de Ragusio per decenas. Et ille homo de remo qui noluit ire, vel non potuerit, vel non fuerit domi, debeat dare unum bonum scambium loco sui. Et si non voluerit dare scambium vel non potuerit dare, quod dare debeat Comuni pp. III et sit scapolus. Et nauclerii scribi debeant per decenas. Et homines de pede de populo. Et nobiles homines scribi debeant per decenas. Et illi quibus tanget tessera eundi in galeam, si non voluerint vel non potuerint, teneantur unum scambium tam bonum sicut ipse est, vel meliorem videlicet nauclerium pro nauclerio, et hominem de pede pro homine de pede. Intelligendo quod nobiles homines possint dare de populo in scambium ita bonum pro arme sicut est ille nobilis homo *(cassum).*

Prima pars est de mittendo precipiendo Capitaneo et consiliariis galee nostre, quatenus sub pena vite et haberis non debeant recedere ab obsessione Catari, donec mittetur scambium ex hominibus de pede naucleriis et de remo sub pena pedis *(cassum).*

EODEM DIE. In maioris consilio.

Prima pars est de precipiendo ducatos mille pro capitaneo et quolibet consiliario. Et de precipiendo centum illis de pede et de remo et

naucleriis, quod non debeant recedere ab obsessione Cathari donec mittetur scambium. *Capt. per* LXX.

Et hoc mandatum fuit missum per Petrum.

Prima pars est de faciendo gratiam barche de Apulea, ut possit ire vacua Catarum ad elevandum I mercatorem de Appulea. *Capt. per* LXXXX.

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et II capitaneis guerre, possendi providere illis qui intercesserunt fenum et bladum Voyslavi in Geçcha, qui fuerunt destinati per comitem Stagni et capitaneos et consiliarios, prout eis videbitur conveniens inveniendo veritatem. *Capt. per omnes.*

Stepe de Georgio
Mate de Bodaza
Inuius Bisti de Bona } ad faciendum duo decenas hominum.

Martolus de Volçe ad inquirendum et investigandum de intratibus civitatis.

Matia de Ribiça
Ballus de Buçignolo } ad exigendum Margarisium.

Vlacho de Grede
Georgius Pasche de Georgio } ad scribendum nobiles homines ad annis XVIII supra et a LXX infra.

DIE VI AUGUSTI. In maiori consilio. *ball.* LXXXX.

Prima pars et quod omnes homines de remo Gravoxii, Omble, Malfi, Palice et V insularum et de Ragusio scribi debeat et ponere ipsos in duo decenis. Et ille cui tanget tessera eundi in galeam si non voluerit ire vel non potuerit vel non fuerit domi, possit ponere scambium per se ita bonum vel meliorem se. Et si non voluerit ire nec dare scambium dando perp. III comuni sit scampolus. *Capt.* per LXXXII. — Cassum quia aliter fuit captum infra.

Prima pars est quod scribantur omnes homines qui sunt nauclerii, scribani, marangoni et calafati tam Ragusium quam insularum et debeant poni in duo decenis. Et ille cui tanget tessera eundi in galeam, si non voluerit ire, vel non potuerit, dare debeat scambium sibi: nauclerius nauclerium, scribanus scribanum, marangonus marangonum et calefatus calafatum tam bonum vel meliorem se. Et si aliquis ipsorum non esset domi et tanget sibi tessera eundi, veniens domum sit de primis debentibus ire videlicet cum prima muda sequenti.

Prima pars est quod omnes homines de remo de Ragusio, de Gravosio, Ombla, Malfo, Paliçe et V insularum debeant scribi et poni in duo decenis. Et ille cui tanget tessera eundi in galeam, si non voluerit ire vel non potuerit, dare debeat scambium ita bonum vel meliorem se. Et si aliquis ipsorum non esset domi et tangeret sibi tessera eundi in galeam, veniens domum sit de primis debentibus ire, videlicet cum prima muda sequenti. *Captum* per LXXXVIIII.

Prima pars est quod scribantur omnes nobiles homines a XIIII supra et a LXX inferius; et homines de populo de pede a XX annis supra et a LXX inferius similiter scribi debeant. Qui omnes dicti qui scripti, tam nobiles quam populares solvere debeant quantum opportebit solvere hominibus de pede necessariis galeis et barchis, videlicet perperos III et vivandas

quas solvit comune. Et illi qui non solvent ad terminum qui dabitur per parvum consilium, cadant de duplo. Et possit accipi eciam de rebus suis in Ragusio, in districtu et in Stagno et in Punta tot quot valeat illud quod debebit solvere et de pena. *Capt.* per LXXVIIII.

Prima pars est de accipiendo de denariis duane vini ad faciendos faros et aptandum catenam. *Captum per omnes.*

Prima pars est quod quicumque subtraheret de rebus inimicorum nostrorum pro suis cadat ad penam ipperperorum M. Et quicumque accusabit aliquem contrafacientem habeat medietatem dicte pene, si veritas poterit reperiri. Et tenebitur de credentia. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, possit accipere de Stagno et de Punta a personis XX inferius de illis qui videbuntur eis ad ponendum in galea. *Capt.* per LXXXV.

Dymitrius de Mençe Nicola de Saracha Vita de Resti.	facti fuerunt supra salem dandum hominibus Bani Bossine.
Andre de Binçola Marinus de Bucignolo Nixa de Stillo	facti fuerunt ad faciendum avariam rerum proiectarum de barcha venienti de Olchino.

DIE VII AUGUSTI. In consilio maiori. — *ballote* LXXI.

Prima pars est de mittendo precipiendo nostris mercatoribus conversantibus in Sancto Dymitrio, quod ullo modo debeant se facere cives Sancti Dymitrii. *Captum* per LXIIII.

Prima pars est quod quilibet mercator conversans in Sancto Dymitro possit se facere civem S. Dymitrii prout sibi placet. *(Cassum.)*

Prima pars est de mittendo precipiendo nostris mercatoribus nobilibus et aliis Veneciis commorantibus, quod placeat eis dimittere navigia nostra intromissa per ipsos. Et si non permittere vellent, quod debeant protestare pro parte mercatorum *(cassum)*.

Secunda pars est de differendo donec veniet Pripçe Ucolçich. *Capt.* per LXXIIII.

Prima pars est de differendo usque ad diem lune proximo super facto Milçe de Lebro et interdum examinacione tenetur. *Capt.* p. LXIIII.

DIE VIII AUGUSTI *ballote* LXXIIII.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, de mittendo I hominem de populo cum I barcha armata aut per litteras, ad aptandum Stepcum Çicurich cum Bano Dalmatiae, prout eis videbitur et placuerit melius. *Capt. per ball.* LXXIII.

Prima pars est de respondendo Çure de Balsa, quod amore ipsius, sumus contenti dare fidem Bochdano Chirisina, quod possit venire Ragusium et solvere cui tenetur. Sed non volumus, quod ipse possit emere pro se aliquid. Et si tu voles, quod ipse emat aliquid necessarium pro tua curia, sumus certi, quod Ragusium erit contentum de dimittendo emere totum illud, quod videbitur ei fore necessarium pro curia tua. Et veniente Bochdano Chirisina Ragusium nichil dimittatur extrahere pro ipso Çura, nisi illud quod videbitur huic consilio maiori. *Capt.* per LXV.

Prima pars est de dimittendo Dymitrium et Petre de Dolcigno extrahere de Ragusio illas pecias XII pannorum quas emerunt. Et scribere comuni de Dolcigno tanquam amicis nostris, quod placeat eis ordinare cum suis, quod occasione istorum nostrorum servitiorum non permittant venire aliquem suum ad emendum mercationes causa extrahendi de Ragusio. Sed si volunt mittere aliquas suas mercationes vel venire cum persona Ragusium ad vendendum, quod possint hoc facere, quia sumus contenti quod mittant. Et possint reportare secum pecuniam dictarum suarum mercacionum. *Capt.* per LXIII.

Prima pars est de faciendo gratiam Pervosio de Sevasto, quod possit extrahere de Ragusio colonelas et palestratas II balchionum sine dacio. *Capt.* p. LXVII.

Stepe Marini de Sorgo in minori consilio sono campane more solito congregato factus fuit consul mercatorum commorantium in Sancto Dymitrio, ad faciendum et reddendum jus inter ipsos.

Die VIII augusti. Iohannes Pauli de Gondola rector comunis Ragusii, iudices et consiliarii dicte terre nobili et sapienti viro Stephano de Sorgo salutem et omne bonum. — Scias quod faciamus te consulem nostrorum mercatorum commorantibus in sancto Dymitrio, et damus tibi plenum arbitrium posse audire, iudicare et senteneiare omne placitum, quod nostri mercatores voluerint petere unus alium coram te; et debeas accipere penes te II qui tibi videbunt esse sufficienciores quibus non tangat utile nec dampnum, videlicet de nostris nobilibus hominibus. Et si de ipsis non foret vel eis non tangeret aliquod dampnum vel utile, debeas accipere de illis de populo de melioribus qui tibi videbuntur quibus non tangat utile atque dampnum. Et omnis sentenncia quam tu cum II iudicibus facietis sit firma. Et si questio est de tali natura, quod non posses ipsam determinare, debeas ipsam suspendere et scribere nobis qualiter stat. Et committimus tibi, quod debeas recipere omnibus nostris mercatoribus, quod in pena nostre voluntatis non se debeant accusare nec petere unus alium coram aliqua dominacione, salvo coram te et nostris judicibus secundum tenorem litere quam habetis a dominio. — Item committimus tibi, quod tu debeas precipere omnibus nostris mercatoribus, quod non audeant, nec debeant facere se cives sancti Dimitrii nullo modo, sub pena nostre voluntatis.

Item committimus tibi, quod debeas precipere pro parte nostra Petro Benedicti de Gondola, Vlaco Slavchi de Lucha, Paulusco, Jacobe et Maroe de Radonich, quod non habeant facere ad inviceem aliquam brigam in pena perperorum CC pro quolibet, et non debeant se vocare unus alium nec accusare coram aliqua dominacione, salvo coram te, sub dicta pena.

Ex vol. Ref. 1359—6. e parte ev.

Die VIIII augusti. In maiori consilio. — *ball.* LXXII.

Prima pars est quod ille qui eligetur capitaneus vel consiliarius galee. habere debeat illud salarium et ad illam penam cadat, si refutarent, quod habuerunt capitaneus et consiliarii primi, et ad quam accidissent primi si refutassent.

Ser Petrus de Bauxella *ball.* — *(Cassum.)*

Ser Marinus de Mençe *ball.* XLVI. Remansit capitaneus galee.
Ser Clime de Dersa *ball.* — *(Cassum.)*
Ser Petrus de Bauxela *ball.* L.
Ser Pasche de Bonda *ball.* XXXVIII } remanserunt consiliarii.

Ser Matchus de Resti consiliarus *ball.* —
Ser Martolus de Volçe consiliarius *ball.* —
Ser Mathe de Bodaça consiliarius *ball.* —
Ser Dobre de Mençe cosiliarius *ball.* — } *(cassi.)*

Prima pars est de differendo super facto Milçe de Lebro usque ad diem Veneris proxime futurum, et tunc in isto maiori consilio determinabitur quid erit fiendum. *Cap.* p. XLVIIII.

Secunda est de procedendo nunc. *(Cassum.)*

Blaxius de Bratco, Domagna de Yscriça, Radoslavus Biçia in minori consilio facti fuerunt tutores heredis Marini de la Ortera.

DIE XII AUGUSTI. In maiori consilio. — *ball.* LXXXXI.

Prima pars est de mittendo pro Marino de Bona ut veniat Ragusium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de permittendo ire Iadram II filios Çive de Buchia pro ostasijs dicti patris sui, et ipso Çive ire Catharum secundum formam littere domini Bani Dalmacie. Et de dimittendo fratrem Michaelem ire pro ipsis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de restituendo Marino sartori de Iadra *ball.* XXXVI coraminis sibi acceptas de condura Marchi Venerii. *Capt.* per LXXXX.

Prima pars est mittendo lignum XX banchorum. *Capt.* per LXXXX.

Prima pars est de concedendo illis de Appulea posse ire Catarum cum I barcheta parva de Ragusio, dimittendo suam barcham Ragusii ad levandum mercatorem suum, expedita prius galea nostra itura. *Captum* per LXXXX.

Prima pars est de expediendo lignum XX bancorum via via. *Capt.* per LXXX.

Secunda est de expediendo quam citius fieri potest faciendo aptari magnas de pope via via. *(Cassum.)*

Clime Tome de Dersa per minorem consilium factus fuit supracomitus ligni cum hac condictione, quod non debeat stare ultra diem martis proximi.

ANNO DOMINI MCCCLXI. Indictione XIIII. DIE XII AUGUSTI. Exemplum comissionis fonte Clementi de Dersa Capitaneo ligni missi ad Culpthum Cathari.

In nomine Domini amen. Nui Johane de Polo de Gondola rector de Ragusi, judezi et consellieri dela dicta terra per parte nostra et de tucta la terra, chomettemo a ti Clime de Dersa che al nome de Dio debi andar charo de questo nostro legno et de tuta la zente, che e in esso, et debi andar infina ala galia nostra dela qual è capitanio Jachomo de Menze, et a lui et ali soi consellieri debite presentar et obedir a tutto zo che elli ti chomandara, et la debi star infina marti di proximo per tutto lo di. Et debite partir dela cum lo legno a ti comesso cum la zente de esso,

et vegnir a Ragusi complendo questo termino supradicto. Et se lo chapetaneo dela gallia cum li soi consellieri tì dara licentia avanti de marti de vegnir a Ragusi, debi vignire al tuo plaxer. Et possi poner pena et pene alla çente a ti comessa, sichomo parera a la tua discretione azo che ti siano obedienti.

Lett. Comm. Lev. 1361—80.

DIE XIII AUGUSTI. In maiori consilio *ball.* LXXXXVI.

Prima pars est de ponendo in minori numero negocia quae dominus noster dominus rex Hungarie missit nobis per suas litteras precipiendo debere fieri. Et quod illi quibus fuerit data libertas, possint ipsa complere per auctoritatem istius consilii. Et hec libertas debeat durare usque ad S. Michaelem proximum. *Capt.* per LXXXI.

Prima pars est quod rector sit juxta illum numerum qui capietur sine electione. *Capt.* per LI.

Prima pars est quod debeat eligi iuxta rectorem ad negocia complenda X *(cassum).*

Secunda pars est de VI per XXXXVIII qui debeant esse juxta dominum rectorem ad complendum supradicta.

Prima pars est quod aliquis qui scit vel sciet ista negotia non debeant ipsa revelare alicui sub pena perperorum M. Et si quis accusabit aliquem contrafacientem, habeat medietatem pene et tenebitur de credentia, si per eius accusacionem veritas poterit reperiri. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mittendo comiti Desne, ut veniat cum arçeriis L ad succursum Stagni. *Capt. p.* LVI.

Prima pars est de dando de provisione illis L arçeriis comitis Desne pro diebus XV ypperperos CC ad expensas ipsorum, si venient. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de accipiendo de denaris armamenti quot fuerint necessarii pro L arçeriis, et pro aliis de la Melita, Insularum et Curçola. Et pro aliis expensis necessariis filudis in Stagno. *Capt. p.* LVIII.

Exemplum litere destinate Laurencio de Bodacia per minus consilium.

Nicola de Çavernicho rector de Ragusa, judezi et consellieri de la dicta terra, al nobile et savio Laurenzio de Bodaza nostro amado cittadino, salutem cum sincero amor. Volemo et chomandemo che, de presente, recepuda questa letera, debi andar nostro ambaxador a Curçola et debi salutare da nostra parte lo Conte et la universitate de Cursula et facta la salutacione per lu più bellu muedo, che parera ala tua discrecione, lor debi dire: Signori et boni homeni de Curçula. La comunita de Ragusa considerando la antiqua amistate, et lo ben voler, che sempre haveti habudo insemble, et considerando ca semo tutti suta una signoria, zoe del nostro signor messer lo re de Ongaria, per algune novelle le quale have habuto, ca Conte Voyslavo deve mandar oste contra Stagno; manda me a vuy, sichome a suoi amisi antiqui et fradelli cum gran baldeza che have inver de vuy che per mazor securita et defension del dicto luogo de Stagno, vi piagua de concederne a nostre spese per di XV, homeni L de la vostra terra, azoche, ultra quel che so, tucti li homeni de Ragusa vi siano stretamente tegnudi, ca lo dextro et il ben deli dicti homeni de Ragusa nostri amisi et bon nostro et lo contrario so certi, ca vi dispiaseria. Et de zo vuy piaserite al nostro signor messer lo re; et de tutto quello che spendereti nuy vi provederemo.

Lett. Com. Lev. 1361—80.

Prima pars est quod isti denari qui accipientur de armamento, debeant restitui de doana vini de primis denaris. Et illi, quibus ipsa doana erat obbligata, debeant expectare post ipsos denarios. *Capt. p.* LII.

Prima pars est de mittendo pro II pistrinos et pro I magistro dictorum pistrinorum qui sollicitet ad partem, et habeant libertatem hanc dominus rector cum parvo consilio — *(cassum).*

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio posse providere de pistrinis, prout eis videbitur. *Capt. per* LIII.

Nicola de Cherpa et Andre de Bonessa ad inveniendum equos pro ambaxiata et ad extimandum ipsos.

Andre de Mençe in minori consilio factus fuit guardianus arsenatus ad custodiendum de die donec custodes mictentur de sero. Et habere debet ad mensam perp. III.

Die xi octobris. Marinus filius Blaxii de Saraca in minori consilio sono campane more solito congregato factus fuit scribanus ad curiam parvam cum salario, pactis et condictionibus consuetis.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum quod nulla persona andeat a modo in antea ligare aliquid capud sartie ad palos fariorum catene, sub pena perp. xxv pro quolibet et qualibet vice. Et si quis aliquem accusabit, habeat medietatem pene, si per eius accusacionem veritas poterit reperiri. — Per Johannem de Loy preconem bampnitum fuit.

Die xii octobris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit de mittendo ypperperos l illis Stagni. Iunius Çive Matey de Georgio, Marinus de Buçignolo, Mateus de Resti ad ponendam tesseram hominum de remo, naucleoriorum et scribanorum pro galea.

Giucho filius quondam Mate de Benessa in dicto minori consilio fuit absoluto a potestate suorum tutorum, et fuit sibi data licencia, ut a modo possit disponere de rebus suis sicut quilibet homo liber et sui iuris. —

Die xiii octobris *ballote* lxi. Prima pars est de faciendo gratiam ser Paulo Quirino de Venetiis, quod Drago de Baseio de Cattaro ejus factor habeat fidem eundi Venetias eum mercationibus et racionibus dicti ser Pauli, cum hac condictione, quod revertendo Catarum nihil debeat ipse Drago secum apportare. *Capt. p. ball.* lvi.

Die xiv octobris *ball.* lxi. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse accipere de Stagno et de Punta usque in x homines, de quibus videbitur eis causa mittendi in galea. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mittendo Stagnum illos iv decenos nobilium hominum in ista muda. *Captum per* lvi.

Secunda est de mittendo nunc in ista muda solummodo ii decenas *(cassum).*

Prima pars est de faciendo graciam Mico Nicolice de Martinussio quod possit mittere fratrem suum Stagnum loco sui, propter infirmitatem quam habet *(cassum).*

Prima pars est quod sit excusatus Micho Nicolice de Martinussio de eundo Stagnum sine aliquo scambio cum hac condicione, quod ipso veniente ad sanitatem, debeat ire cum prima muda secundum tesseram. *Capt. p.* xlviii.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse corrigere et facere scribi de novo decenas Stagnum, tam nobilium, quam de populo, prout eis videbitur, completa ista muta. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod ligna, quo mittentur cum scambio Catarum debeant ibi stare donec fuerit aptata galea. Et quod mittantur omnes calefati cum dicto ligno ad aptandum ipsam galeam. *Capt. p.* lviiii.

Die xviii octobris. *Rogatorum ball.* xxxiiii. Prima pars est, de eundo ad maius consilium ad denunciandum ea que habemus, et accipere commissionem ambaxiatoribus ituris in Hungariam et de facere pacem et guerram prout minori consilio et *rogatorum* videbitur sicut maius consilium *(cassum).*

Prima pars est, de legendo litteram domini nostri regis Hungarie in maiori consilio. *Captum per* xxviii.

Prima pars est de accipiendo libertatem in maiori consilio de faciendo comissionem ambaxiatoribus ituris in Hungariam. Et facere pacem et guerram, expendendi prout videbitur domino rectori cum parvo consilio et consilio rogatorum sicut majus consilium facere posset, tam occasione ambaxiate, quam occasione pacis et guerre. Et facere comissionem capitaneis et consiliariis galee, qui sunt nunc et vadunt et ibunt in futuro, donec hec guerra durabit. *Capt. per omnes.*

Die xviiii octobris. In maiori consilio *ball.* lxxxviii. Prima pars est de dimittendo magistrum Angelum proto magistrum ad laborerium sancti Blasii et quod non vadat in Stagnum. *Capt. p.* lxxx.

Prima pars est, de habendo Junium Marini excusatum de eundo Stagnum pro infirmitate sua cum condictione, quod ire debeat, quum fuerit sanus, cum prima muda. *Capt. p.* lxxx.

Prima pars est de faciendo gratiam Micolino de Novaberda quod possit ire cum galeis nostris usque Trastum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo graciam Yvano a Greia cui tetigit nunc tessera eundi Stagnum, quod possit ire in Appulea pro frumento quod incaparavit, cum condictione quod ipso veniente Ragusium debeat ire cum prima muda Stagnum. *Capt. p.* lxxxx.

Prima pars est, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio cum consilio *rogatorum* faciendi comissionem ambaxiatoribus ituris in Hungariam ad dominum nostrum. Et faciendi pacem et gueram. Et faciendi commissionem capitaneo et consiliariis galearum, que nunc vadunt et que ibunt ad obsessionem inimicorum nostrorum, ac etiam expendendi et inveniendi denarios necessarios pro predictis adimplendis et faciendis, donec guera durabit. Et quod pax aliqua firmari non possit sine isto maiori consilio. *Capt. p.* lxi.

Die xx octobris. In consilio rogatorum *ballote* xxxiii. Prima pars est de respondendo Sencho supra facto ambaxiate Nicole de Saracha, qui fuit ad ipsum, de regraciando ipsum Senchum tanquam amicum, de labore suo et de bona voluntate, quam habet versus nos. Et quod terra nostra nullo modo vult assentire ad peticionem comitis Voyslavi, cum illis pulcris verbis, que videbuntur. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de dando in commissione capitaneo et consiliariis armate maris, quod ire debeant ad obsessionem Catari. Et advenientibus ipsis ad aliam armatam debeant ire cum ipsa alia armata ad offendendum Catarenses per illum modum, qui dictis capitaneis et consiliariis videbitur fore esse cum salvamento suorum et suarum gentium et cum honore. Et facto dampno, quod per ipsos fieri poterit comode dictis inimicis nostris, debeant facere aptari galeam ad scolium S. Michaelis vel alibi, ut vide-

bitur eis. Et aptata dicta galea debeant permittere aliam armatam venire Ragusium. Item quod comittatur eis capitaneo et consiliariis, quod si ipsi invenient aliquod navigium forensium volens intrare culphum Cathari, quod non permittant ipsum intrare. Sed dicant ei, quod vadat quo velit alio quam Catharum, examinando si haberet de rebus inimicorum. Et si imo velet intrare Culphum Catari, quod mittatur ipsum Ragusium. Et quod debeat capere omnia navigia inimicorum nostrorum et personas et res que poterunt. Et etiam capere et offendere omnes Sclavos de Sclavonia et subditos regis Raxie. Excepto quod non offendant illos de Budua, de Dolcigno, de Antibaro, de Scutaro et subjectis illis de Balsa et hominibus metropoliti sancti Michaelis.

Item comittatur dicto capitaneo et consiliariis, quod ipsi debeant permittere exire de Cataro omnes forenses volentes exire cum mercacionibus et rebus, examinando et dando sacramentum eis, si dicte res vel mercaciones sunt inimicorum nostrorum vel non. Et si ipsi invenirent, quod dicta res vel mercaciones essent inimicorum nostrorum, quod debeant ipsas accipere. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de relexando de carceribus illos de Cataro, qui venerunt ad habitandum Ragusium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de faciendo unam domum lignaminis supra sanctum Vitum, in qua stare debeat I decena ad custodiam de nocte. *Captum per* XXI.

Prima pars est, quod I decena debeat custodire in arsenatu de nocte. *Capt. per* XXII.

Prima pars est, quod nulla persona terrigena vel forensis audeat intrare arsenatum comunis per mare de nocte, neque de die sine licentia domini rectoris, sub pena ypperperorum x pro quolibet et qualibet vice. Et accusator habeat medietatem pene, si per ejus accusacionem veritas poterit reperiri. *Capt. per* XXXI. — Bampnizatum per Milgostum.

Prima pars est, de faciendo III officiales ad inveniendum C homines, qui velint ire Stagnum voluntarie. *Capt. per* XXXII.

Prima pars est, de dando de salario illis C hominibus, qui volunt ire Stagnum, ypperperos III in mensem pro quolibet. *Capt. p.* XX.

Nicola de Caboga, Nicola de Binçola, Volco de Gozze in m i n o r i c o n s i l i o facti fuerunt ad inveniendum homines C, qui velint ire Stagnum ad ypperperos III in mensem pro quolibet.

DIE XXI MENSIS OCTOBRIS. In m i n o r i c o n s i l i o sono campane *etc.* captum fuit et firmatum, de ponendo penam de perperis L Niffico de Galloç capitaneo et tantumdem cuilibet consiliariorum suorum, ut per totum diem hodiernum debeant recedere cum galeis de Ragusio.

DIE XXII MENSIS OCTOBRIS. *Rogatorum ballote* XXX. Prima pars est, de faciendo gratiam Venetis, ut possint ire Catarum sine mercacionibus vel rebus cum personis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod omnes debeant ire de nocte ad custodiam, quando tanget ei eundi sub pena ypperperi I capitaneo, et de grossis VI cuilibet aliis nobilibus, et de grossis IIII illis de populo. Et non recedet a loco sue custodie sub dicta pena. Et de die debeant ire ad custodiam

portarum, quando tanget eis, sub dicta pena, et non recedere a dicta custodia illi de populo, nisi ad horam prandii ad mudam. Et quod nobiles homines debeant stare ad portas de die ad I ad I scambium. Et si esset solumodo I nobilis in decena, qui custodiet ad portam de die, possit dimittere quando discedet I de populo de melioribus, loco sui dicte decene, sub dicta pena. De qua pena medietas veniat in comune ad societatem illius custodie sive decene de qua aliquis faliret. *Capt. per* XXVI.

Prima pars est, de dando illis, qui facient comburi fenum et bladum comitis Voyslavi, quod hoc factum fuerit in Senice, ypperperos C, quando scietur certe, quod hoc factum fuerit, de quibus detur eis ad presens solummodo perperi V. Et quando compleverint negotium, detur eis ressiduum. *Capt. per omnes.*

DIE XXIII OCTOBRIS. In consilio rogatorum XXX. Prima pars est, de dando aliquibus hominibus, qui promittunt comburrere L stocos feni, et domum unam de blado in situ Geçcha, perperos L non dando eis aliquid ad presens sed solummodo completo negocio. *Captum per omnes.*

Prima pars est, de differendo ad alliud consilium ad capiendum supra facto bonorum Catarinorum et Prisrenorum et Milçe de Lebro. *Captum per* XXIII.

Prima pars est, de faciendo III officiales ad inquirendum omnia bona existencia in Ragusio Catarinorum et aliorum inimicorum nostrorum. Et debeant venire die mercurij ad istud consilium cum eo, quod invenerint. *Capt. per* XXII.

Prima pars quod parvum consilium eligat istos tres officiales. *Capt. per* XXII.

Prima pars est, quod vadant nunc ad custodiam Stagni decenas II nobilium et V de populo.

Prima pars est, de permittendo venire domum illos de insulis qui sunt in Stagno. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de cambiando illos de barbotis, et accipere de denaris armamenti ad soldandum alios pro dicto I mense ad perp. IIII pro quolibet. *Capt. p. omnes.*

Prima pars est, de dando unum presbiterum ambaxiatoribus ituris in Hungariam. *Capt. per* XXVIIII.

Jure de Tudisio, Blaxius Marini de Lucha, Valcus de Goçe officiales ad inquirendum de bonis Catarinorum et inimicorum.

In minori consilio, sono campane *etc.*, captum fuit et firmatum de dando cabellotis vini pro vino quod conduxerint Ragusium illi de Lagusta, de Melita et de Stagno, qui iverunt cum galea pro quolibet quinquo vini grossum unum de comuni.

DIE XXV OCTOBRIS. In minori consilio, sono campane *etc.*, captum fuit et firmatum de dando domum unam magistro Marino de Jadra cognato Francisci cancellarii veniendo Ragusium, pro sua habitacione unius anni.

Eodem die. Presbiter Andreas de Munda in minori consilio sono campane more solito congregato, factus fuit presbiter in Dobrave cum pactis condictionibus quibus steterunt alii presbiteri.

Die xxvi mensis octobris. In minori consilio sono campane *etc.* captum fuit et firmatum, quod dentur Mate Nicole de Mençe de provist sione comitatus in quo stetit pro servicio comunis plus quam stare debeba- ad insulas perp. viiii.

Die xxvii octobris. In consilio rogat. *ball.* xxxiii. Prima pars est, de accipiendo de manibus Milçe de Lebro denarios Jurech Logofeti, et ponere ipsos in manibus comunis pro serviçiis guerre. Et determinacio remaneat ad maius consilium cuius esse debeant.

Die xxvii octobris. In maiori consilio *ballote* lxx. Prima pars est, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio cum consilio Rogatorum, de inveniendo per omnem modum, per quem melius scient et poterunt, de rebus stabilibus et mobilibus omnium inimicorum nostrorum, et de vendendo prefatas res inimicorum et de pecunia percipienda de dictis rebus vendendis, posse expendere in presenti nostra guerra, sicut maius consilium. *Capt. per omnes.*

Die xxvii octobris. *Rogat. ball.* xxxiii. Prima pars est, de accipiendo de manibus Milçe de Lebro denarios Jurech Logofeti, et ponere ipsos in manibus comunis, et determinacio reddendi vel non remaneat huic consilio Rogatorum. *Capt. p.* xxiii.

Prima pars est, quod equi ambaxiate iture in Hungariam debeant recedere de Ragusio die Sabati, et mittere ipsos per mare Stagnum et de Stagno Narentum *(cassum)*.

Secunda est de differendo usque ad diem lune proximum ad mittendum equos. *Capt. p.* xxii.

Prima pars est, de capiendum supra facto Catarinorum et civium Ragusii commorancium Catari usque ad diem mercurii proximum. *Captum p.* xxxi.

Prima pars est, de accipiendo de gabella vini pro solvendo cursoribus et pro faciendo fieri fari catene. *Capt. p.* xxxii.

Die eodem. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, de donando domino imperatori Bulgarie in Appulea comoranti austures, unum mudatum et alium ferum.

Prima pars est de differendo usque ad diem sabati proximum ad capiendum in isto maiori consilio supra factis literarum Bani. *Capt. p.* lxxxi.

Prima pars est, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio posse facere unum donum Poveresco de Budac, de quanto videbitur eis. Et posse ei subvenire per mare quando indigebit subsidio, ac etiam dare ei i domum convenientem pro statio sua, si causa occurreret, quod veniret Ragusium ad habitandum. *Capt. per omnes.*

Die xxix octobris. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, de adendo unicuique famulorum iturorum cum ambaxiatoribus in Ungariam perperos i.

In dicto minori consilio *etc.* de faciendo graciam Crallovich de Lustiça, ut emat et expendat perp. v in emendo ordeum et frumentum, videlicet star. i frumenti et residuum ordei.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum, de dando Poveresco de ensenio ducatos c.

Poveresco dominus Budoe in minori consilio, sono campane more solito congregato, factus fuit civis Ragusii, qui juravit esse fidelis perpetuo civitatis Ragusii sicut quilibet verus civis.

Die xxx octobris. In maiori consilio *ball.* c. Prima pars est de mittendo litteram Marino de Goçe. *Capt. p.* lxxii.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum formandi literam destinandam Marino de Goçe, non precipiendo nec rogando, sed per pulcriorem modum qui videbitur eis. *Capt. p.* lxxx.

Prima pars de mittendo ad dominum banum Dalmatie i nobilem hominem cum illis literis et comissionibus, quae videbuntur consilio rogatorum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de ponendo maiorem penam illi qui fuerit electus ad eundum ad dominum banum Dalmacie. *Capt. p.* lxxxxvi.

Prima pars est de ponendo penam illi qui fuerit electus eundum ad dominum banum de ducatis iic, quod non possit refutare aliqua de causa, si vadit per plateam. Et si refutabit, quod solvere debeat penam illico et ullam gratiam sibi fieri possit. *Captum per* lxiii.

Prima pars est de dando illi, qui fuerit electus ad eundum ad dominum banum Dalmacie et Chrohacie, de salario si ibit in Dalmacias perperos x, si ibit in Crohacias habeat perperos xx, et barcham et expensas necessarias et famulos iiii. *Capt. per omnes.*

Isti fuerunt ellecti ambaxiatores:

Ser Jacobus de Georgio — *ball.* — *(cassus).*

Ser Laurencius de Volcasso — *ball.* xlviii remansit ambaxiator ad dominum banum Dalmacie.

Ser Blaxius Marini de Lucha *ball.* — *(cassus).*

Rector:

Ser Blaxius de Babalio *ball.* lviii remansit rector mense novembris.
Ser Michael quondam Junii de Dersa *ball.* —
Ser Blaxius Marini de Lucha *ball.* —

Capitanei guerre mensis novembris.

Ser Marinus de Baraba *ball.* lviii.
Ser Dobre de Mençe *ball.* — *(cassus).*
Ser Marinus de Mençe *ball.* lxxxii.

Ser Blasius Marini de Slave *ball.* —
Ser Balislaus de Buçignolo *ball.* — } *(cassi).*
Ser Valcus de Goçe *ball.* —

Prima pars est, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio emere posse de blado pro comuni prout eis videbitur et placuerit, et facere mercancia de blado et obligare bona comunis occasione predicta, sicut maius et generale consilio facere potest circa predicta, usque Pascha. *Capt. p. omnes* preter I.

Die primo novembris *ballote* LXXXIV. Prima pars est, de permittendo ire Catarum cum I barca vacua pro servitiis Venetorum iste Cecilianus habitator Veneciis. *Capt. per* LX.

Prima pars est, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum posse respondere ambaxiatoribus nostris. Et facere illud, quod eis videbitur melius et utilius supra factis peticionem Venetorum, sicut maius et generale consilium facere posset. *Capt. per* LXX.

Die secundo novembris. In consilio rogatorum *ball.* XXXVIIII. Prima pars est, de conscendendo de dando in manibus dominacionis Veneciarum tantas res quante fuerunt ille quae acepte fuerunt de condura que veniebat de Catharo. *Capt. per* XXXVII.

Prima pars est, de accipiendo illud argentum, quod habent tesaurarii in pignore. Et ponere ipsos in pagamentum de primis denaris doane vini. Et illud quod defficiat solvi debeat de mercacionibus sequestratis mercatoribus venecianis. Et solvere eis denaris dicte doane pro rata. Et si non sufficeret doana istius anni, quod doana secundi anni sit dictis mercatoribus obligata usque ad completam solutionem eorum. Et ipsa doana recolligi debeat per II officiales ad hoc deputatos, de voluntate mercatorum; qui denari ipsius doane dividere debeant pro rata dictis mercatoribus. Extrahendo primo denarios custodum de nocte et illos qui dantur ecclesie sancti Blaxii de platea. Et quod comune a modo in antea non se intromittat de ipsa, doana donec dictis mercatoribus fuerit plenarie satisfactum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod res et mercaciones sequestrate in Veneciis fieri debeant esse ad ratam ad solvendum illud quod defficiet de rebus acceptis de condura. *Capt. per* XXVI.

Die III novembris. In consilio rogatorum *ball.* XXXIV. Prima pars est de dimittendo illos C homines qui missi fuerunt ad custodiam Stagni. *Capt. per ball.* XXV.

Prima pars est de dimittendo homines barbotarum. *Captum per ball.* XXXI.

Prima pars est, quod si dominacio Veneciarum non voluerit restituere mercaciones per ipsos sequestratas, datis in manibus suis argentum et res acceptas per nos de condura, quod ambaxiatores nostri debeant illico nobis significare et expectare ibi responsionem nostram. *Captum per* XXXII.

Prima pars est, quod ambaxatores debeant expectare responsionem nostram. *Capt. per* xxxii.

Prima pars est, quod dominus rector cum parvo consilio possit respondere Sencho ad tenorem littere sue. Et eciam posse tangere de pace cum illis pulcris verbis que eis videbuntur. *Capt. per ball.* xxvii.

Prima pars est, de permittendo Venetis ire Catarum cum i barcha vacua. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod dominus rector cum duobus capitaneis guerre habeant illam libertatem quam habuerunt primi. Excepto quod non possint expendere a perperis c supra. Et si casus eis accideret expendendi plus perperos c, denuncient ad istud consilium. *Capt. per* xxxiii.

Die iiii novembris. Maroe de Bagane in minori consilio sono campane *etc.* obligavit se, de adducendo Ragusium frumenti staria mille, sub pena de grossis iii pro quolibet stario si non aduceret usque per totum carnis primum proxime futurum. Et dictum consilium promisit sibi dare pro quolibet stario grossum unum. Et si dictus Maroe usque ad prefatum terminum carnis primi aduceret ultra dictam summam stariorum mille ad quam se obligat usque ad staria quingenta ad que non se obligat aducturum, dictum consilium teneatur similiter dare ipsi Maroe grossum unum pro quolibet stario.

(Margini adscript.) Cassum quia aduxit et facta fuit sibi satifactionem.

Die xii decembris. — Qui maroe fecit apportari Ragusium pro dicta obligacione, secundum relacionem Marini de Buçignolo de frumento staria mille centum unum. — Item fecit apportari staria clxxxxviiii secundum relacionem Palçe de Palmota.

Die vi novembris. *Rogatorum ball.* xxxiii. Prima pars est, quod fiant v nobiles homines, qui debeant formare comissionem ambaxiatorum iturorum ad dominum nostrum dominum regem, que reduci debeant ad istud consilium ad approbandum. *Capt. per* xxvii.

Ser Johanis Pauli de Gondola Ser Marinus de Mençe quondam Junij Ser Marinus de Bona Ser Nicola de Çavarnigo Ser Petrus de Ragnina	ad formandam comissionem.

Die vii novembris. In minori consilio sono campane *etc.* captum fuit et firmatum, de emendo salmas c frumenti in credencia trium vel iiii mensium.

Hec sunt pacta que fecit dominus rector ser Blaxius de Babalio, cum parvo consilio, cum Balislava de Buçignolo, ut ipse tenere debeat in Ragusium unum pistrinum, et que ipse Ballislava promisit comuni. Et hec pacta fecit ipse dominus rector et parvum consilium cum ipso Ballislava ex auctoritate maioris consilii eis data.

In primis ipse dominus rector cum parvo consilio promisit dare eidem Ballislave usque ad decem annos illas staciones que sunt intra

portam lignorum iuxta domum domini Nicole de Ragnina sub palacio sine aliquo affictu solvendo cum hac condictione, quod ipse Ballislavus teneatur et debeat facere venire unum pistrinum Ragusium et masinare bladum, de quo blado non possit accipere plus grossibus tribus de quolibet stario, infra III menses. Et si non faceret venire dictum pistrinum ad terminum suprascriptum, quod comune non teneatur dicto Ballislave de pacto suprascripto. Et si ipse faciet venire ad dictum terminum, quod teneatur facere masinare continue cuilibet volenti pro dicto precio grossorum III pro stario. Et si defficeret pro ipso Ballislava, quod non faceret masinare ipsum pistrinum, quod dicte staciones debeant reverti in comune. Et stare non debeat ponderari plus libr. cc. Et si aliquis equus dicti pistrini sui moriret, vel aliqua mola ipsius pistrini frangeretur, quod teneatur emere alium equum et aliam molam, vel facere ipsam aptari ad illum terminum qui videbitur parvo consilio.

Die VIII novembris.

Lauriza de Bodaça
Blasius de Mençe (cassus)
6 may. Frane de Bodaça

} In minori consilio sono campane more solito congregato facti fuerunt officiales ad recolligendum pecuniam hominum de pede tam nobilium quam popularium quibus tanget tepsera ad eundum cum galea.

Exemplum littere destinate Michaeli de Caboga sindico ragusino.

Blasio de Babalio rector de Ragusio, judezi et consellieri della dicta terra, al nobile et savio Michel de Caboga nostro sindico amado, salutem cum sincero amor. Volemo et chomandemo per auctoritate a nui data dalo gran consello, che debie far compere de salme mille de frumento in credenza de IIII over III mesi per lo minor presio che potray, obbligando lo nostro comun per vigor del sindigado, che ti mandemo ligado cum questa lettera. Volemo et chomandemo, che se lo Imperator de Bulgaria sera apresso de Barleta, et vuy ve debie fatigar fin ad esso et presentarli da parte del nostro comun, la lettera cum li II asturi mutadi che li mandemo et debieli recomandar li fatti del comun et deli merchadanti de Ragusa. Et se el non fosse a presso, et vui li debie mandar li astur cum la dicta lettera per alguno bono messo. Volemo anche et chomettemoti, che debie essere soliçito a spiar et saver tanto dalo imperator quanto da altri, che potrai, del fato dele gallee che çerchava li Catharini, sichome ne scrivesti, et debiny scrivere per ordene et a ponto de omne chosa. Et mandany a dir per li qrimi, se potray haver questa blava, che ordenemo, de mandar navili et trovemo di ver de poder pagar fin al termino.

Lett. et Comm. Lev. Stra. 35 (a) Anno 1361—80.

Die VIII novembris. In consilio Rogatorum *ballote* XXXIIII. Prima pars est quod illi quinque nobiles homines, qui fuerunt ellecti ad formandam comissionem, debeant etiam providere, quo haberi possint denarii necessarii pro ambaxiata predicta et quot sunt necessarii. Et quicquid

invenerint, debeant reducere ad istud consilium rogatorum. *Captum per omnes.*

Prima pars est, quod illi v homines, qui sunt ellecti ad formandam comissionem ambaxiatoribus ituris ad dominum nostrum, debeant eciam formare comissionem, quae debet mitti ad dominum banum Dalmatie et Crohacie, et ipsam reducere ad istud consilium rogatorum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod dominus rector cum II capitaneis guerre habeant libertatem expendendi usque in perperos ccc pro honore Ragusii. Captum per omnes, sicut habebant de perperos c prius.

Prima pars est de eundo cras ad maius consilium cum hac parte, si placet ei mittere aliquam ambaxiatam ad dominum banum Bossine vel non *(cassum).*

Die x novembris. Luchsa filius Yvani petrarij in minori consilio sono campane *etc.* absolutus fuit a subiectione tutorum, ut possit a modo in antea contrahere et facere tanquam homo sui iuris.

Die predicto. Grube de Mençe promisit et obligavit se minori consilio, de facere aducendo Ragusium salmas frumenti ccc ad mensuram Baroli, usque per totum carnis primum proxime futurum, quod si non aduceret sine impedimento tratte et alio impedimento, infra terminum supradictum, obligavit se solvere grossos III pro quolibet stario comuni Ragusii, pro quibus salmis frumenti aducendis dictum consilium promisit dicto Grube dare grossum unum pro quolibet stario ragusino. — Cassum quia aduxit frumentum predictum, ut dixit ser Nicolaus de Grede.

Die xi novembris. *ball.* LXXVII. Prima pars est de mittendo ambaxiatam ad dominum banum Bossine. *Capt. per* LXXV.

Prima pars est de mittendo II ambaxiatores ad dominum banum de Bossina. *Capt. per* LXXV.

Prima pars est de augmentando penam ultra statutum illis qui fuerint ellecti ambaxiatores, quod non possint reffutare si vadunt per plateam. *Capt. per* LXXV.

Prima pars est quod ille, qui fuerit ellectus ambaxiator ad dominum banum Bossine, non possit reffutare in pena ducatorum cc. *Capt. per ball.* LXV.

Prima pars est de dando cuilibet ambaxiatorum iturorum ad dominum banum Bossine de salario perperos L. *Captum per* LXXXVIII.

Prima pars est de dando dictis II ambaxiatoribus famulos IIII ad equum et II famulos de pede. *Capt. per* LXV.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio et Rogatorum faciendi comissionem dictis ambaxiatoribus, et de dictis. Et de inveniendo pecuniam pro expedicione dicte ambaxiate et omnium predictorum. Et accipiendi dictam pecuniam, sicut maius consilium facere possit. *Capt. per* LXXV.

Ser Clime de Toma de Dersa, *ball.* LXVIII, remansit ambaxiator ad banum Bossine.

Ser Nicola de Saracha *ball.* XLVIII remansit ambaxiator ad banum Bossine.

DIE XI NOVEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXXIIII. Prima pars est, de mittendo barcham ad armatam nostram, precipiendo capitaneo et consiliariis, quod permittant navigia Venetorum libere ire Catharum sine aliqua molestacione cum mercatoribus. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod comissio formata ad mittendum ad dominum banum Dalmatie et Crohacie stat bene. *Capt. per omnes.*

Ser Dymitrius de Mençe, Ser Andreas de Binçola super laboreria fariorum catene.

DIE XI NOVEMBRIS.

Angelus de Maxi pro staria CCC } in minori consilio, sono
Ticoçius aurifex pro staria CC } campane more solito congregato, se obligaverunt de conducendo Ragusium dictam quantitatem frumenti usque ad carnis primum proximum, sine Dei et dominacionis impedimento, cum navigiis que ab hodie in antea recedent de Ragusio sub pena grossorum III pro stario. Et dictum parvum consilium ex auctoritate ei data a majori consilio, promiserat eis dare grossum I pro stario. Qui apportavit staria CXXVIII die V decembris. Item apportavit staria CXXXV. Qui Ticoçius apportavit staria XLVIII die IIII Januarij. Data fuit cedula de omnibus ut scribatur in dohana.

DIE XII NOVEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXXIII. Prima pars est de accipiendo a procuratore archiepiscopati mutuo perperos IICXXX. Et facere eis cartam de istis et de yperperis VC, qui fuerunt accepti prius pro servitio comunis.

Prima pars est, de vocando Venetos in istud consilium rogatorum pro mercacionibus eorum, quas nolunt extrahere *(cassum).*

Secunda pars est, de vocando ipsos in consilium parvum.

Prima pars est, de mittendo II decenas nobilium hominum et V de populo ad custodiam Stagni, et facere venire illas que sunt illic.

Secunda pars de non mittendo ad presens ipsas decenas sed differere, donec videbitur expediens ipsas mittere. Et mittere pro illis qui sunt ibi. *Capt. per* XXI.

DIE XIII NOVEMBRIS. Dominus rector ser Blaxius de Blaxius de Babalio precepit Petro de Bauxela ex I parte et Johani Pauli de Gondola ex alia ibidem presentibus, quatenus sub pena perp. C non debeant facere rixam de verbis.

In consilio rogatorum *ball.* XXXVIIII. Prima pars est, quod Tomcus de Cataro incarceratus debeat poni in alio loco, donec fuerit liberatus, qui debeat custodiri ad expensas ipsius. Et quod det pleçariam de ducatis mille. *Capt. per ball.* XXV.

Prima pars est de dando fidem omnibus mercatoribus Sclavonie et de quolibet alio loco volentibus venire Ragusium, quod possint libere venire et secure et apportare Ragusium mercaciones, et de Ragusio extrahere mercaciones sine aliqua molestacione, exceptis hominibus Voyslavi

et de Cataro. Et quod res et mercaciones illorum de Prisreno, que erant retente in Ragusio, relaxentur illis quorum sunt. *Captum per* XXXIII.

DIE XIIII NOVEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXXV. Prima pars est, de mittendo acceptum Çive de Bucchia cum illa condicione, quam Poverescus de Budua scripsit in littera sua. *Capt. per ball.* XXX.

Prima pars est de mittendo lignum pro dicto Çive de Buchia aducendo Ragusium. *Capt. per ball.* XXX.

Prima pars est de mittendo unum nobilem de Ragusio cum dicto ligno. *Capt. per ball.* XVIIII.

Pasche de Bonda fuit electus et confirmatus ad mittendum cum dicto ligno.

In minori consilio, sono campane *etc.*, captum fuit quod omnibus illis qui fuerunt vocati pro affictu domorum, debeant percipi quod non descedant de castello donec non solvunt sub pena quarti.

DIE XV MENSIS NOVEMBRIS. Martolo de Volçe in minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, de faciendo mandatum, quod personaliter debeat venire Ragusium, sub pena yperperorum VC, infra dies III si fuerit in Stagno, et infra dies VIII si fuerit in Narento.

Exemplum littere preceptorie destinate Martolo de Volçe.

Blasio de Babalio, rector de Ragusa, judeçi et consellieri de la ditta terra, al nobile et sario Martolo de Volçe nostro amado çetadino, salute cum sincero amore. Volemo et chomandemoti sub pena de ipperperi VC, çhe de presente, reçepudo questo nostro chomandamento, debi vignir personalmente a Ragusa, infra III di, et comparer davanti la nostra presençia, se questo nostro messo te trovara in Stagno; et sel te trovara a Narento, et tu debi comparer personalmente a Ragusa, infra di VIII sub la dicta pena.

Let. Com. Lev. 1361—80. Stra 35 (a).

DIE EODEM. Mate Marini de Ragnina. In minori consilio, sono campane more solito congregato, factus capitaneus illius maris Stagni.

DIE XVI NOVEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXXVI. Prima pars est de ponendo Çive de Buchia in camarlengaria ad standum. *Capt. per ball.* XXXIIII.

Prima pars est de inferando Çive de Buchia ad pedes *(cassum)*.

Secunda pars est de non.

Prima pars est quod II boni homines de populo debeant tenere claves camarlengarie ubi stabit Çive de Buchia ad septimanam, ad aperiendum et dandum ei ad comedendum ad horas debitas.

Prima pars de accipiendo pro camarlengaria illam stacionem, quam tenet Çive, solvendo Nicole de Saracha pro affictu quantum habebat a Çive. *Capt. per* XXX.

Vlacota de Bratcho, Radoslavus Biçia, Jacebus de Grampa, Vlacota de Radoano	ad custodiendum Çive de Buchia.

Die xvii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxxvi. Marino de Mençe et Grube fratri suo, tutoribus heredum quondam Mathei de Mençe fratris ipsorum in minori consilio sono campane *etc.* data fuit licencia, quod possint dare denarios dictis heredibus, ut possint dare illos ad navigandum, disponendum et faciendum quicquid ipsis heredibus videbitur et placebit.

Prima pars est, de non differendo ad confirmandum comissionem ambaxiatorum iturorum in Hungariam. *Capt. per* xxviii.

Prima pars est, de confirmando primum capitulum comissionis predicte. *Capt. per* xxxv.

Prima pars est, de confirmando secundum capitulum dicte comissionis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de confirmando tertium capitulum dicte comissionis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de confirmando quartum capitulum dicte comissionis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de confirmando quintum capitulum ejusdem comissionis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de confirmando vi capitulum dicte comissionis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de confirmando vii capitulum ipsius comissionis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de confirmando viii capitulum ipsius comissionis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de confirmando viiii capitulum ejusdem comissionis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de confirmando x capitulum ejusdem comissionis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de dando ambaxiatoribus pro expensis suis et aliis serviciis ducatos viiic. *Capt. per* xxiiii.

Prima pars est, quod ambaxiasores ituri in Hungariam debeant recedere de Ragusio die dominico proximo sub pena ducatorum c pro quolibet, causa eundi ad suum viagium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est quod quilibet debeant tenere de credencia istam comissionem sub pena ducatorum c, et de sacramento pro quolibet. Et quis accusabit aliquem, habeat medictatem pene. Et teneatur de credencia. *Capt. per omnes.*

Prima pars est quod si illi ii domini, quos sciunt ambaxiatores, non essent in curia, quod sit in eorum discrecione ad dandum cui voluerint pro bono serviciorum nostrorum *(cassum).*

Secunda pars est, quod ipsi debeant reducere Ragusium illud quod dare debebant illis ii, si non essent in curia. *Capt. per* xxviii.

Prima pars est de dando fidem illis qui aufugierant de Stagno, qui erant arçerii, et de mittendo pro aliis qui remanserunt in Stagno. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod ambaxiatores ituros in Hungariam debeant se volvere ad banum Bossine et de donando sibi I donum yperperorum xx et notificare sibi, quod nos mittimus ei nostram ambaxiatam. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod Ser Marinus de Mençe capitaneus galee, cum suis consiliariis, debeat dividere illud, quod lucrati fuerunt, inter çurmam ipsius galie, prout eis videbitur convenire.

Prima pars est de solvendo partem illis qui fuerunt cum armata, cuius fuit capitaneus ser Marinus de Mençe et hominibus de Stagno, qui fuerunt obedientes. Et quod dominus rector cum parvo consilio habeat libertatem solvendi eis de bonis comunis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio posse obligare comune pro denariis, qui accipiantur pro ambaxiata itura in Hungariam. *Capt. per omnes.*

Die xviii novembris. In maiori consilio *ballote* c.
Ser Marinus de Baraba *ball.* LIII. remansit capitaneus galee.

Consiliarii galee:

Ser Valcus de Goçe *ball.* LXII.
Ser Andreas de Binçola *ball.* LVI.

Comes Stagni:

Ser Andreas de Benessa — *ball.* L.

Crixa de Bego, Marinus de Fiffa } ad tenendum claves carceris, ubi stat Give de Buchia pro VII dies.

Die xx novembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit de dando Bertucio de Barleto grossum I pro stario frumenti sui et staciones si ipse volebat de sua bona voluntate discargare in Ragusio dictum eius frumentum. Qui Bertucius ibi presens contentus fuerit velle discargare dictum suum frumentum, de sua bona voluntate, habendo grossum I pro stario et staciones a comuni.

Die xxi novembris. In consilio rogatorum *ball.* XXXII. Prima pars est, de mittendo dicere capitaneo galee et consiliariis, quod non debeant se intromittere de impediendo nec tangendo in condura Venetorum, que dicitur portare ambaxiatam Catharinorum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo I literam dominacioni Veneciarum significando de suis mercatoribus et marinariis euntibus Catharum, qualiter exeunt cum armis ad offendendum nostros, cum illis pulcris verbis que videbuntur. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de mittere prohibendo et vetando equos x nostrorum mercatorum pro ambaxiata itura ad banum Bossine, qui sunt in Narento. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de dando i juvenem xiiii annorum inferius Çive de Buchia, qui serviat ei ad expensas ipsius Çive. *Capt. per omnes.*

Prima pars est quod non permittatur ire aliquis ad Çive de Buchia, nisi medici, donec fuerit liberatus. *Capt. per* xxii.

Die xxii mensis novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est, de faciendo donum domino bano de Bossina valoris perperorum vc ad ducatos. *Capt. per ball.* xx.

Prima pars est, de dando ambaxiatoribus pro expensis et pro soldo famulorum perperos iicxxxxx. Et si abundabit eis aliquid, quod restituant comuni. Et si defficiet, quod satisfiat eis. *Capt. per ball.* xvi.

Prima pars est, de faciendo iii officiales, qui inveniant unde haberi possint denari necessarii pro expedicione ambaxiate iture in Bossinam. Qui venire debeant cum eo modo, quem invenerint die mercurii proximo ad istud consilium. *Capt. per ball.* xvi.

Prima pars est, de vendendo partes Stagni et Punte illorum de Cataro et illorum Ragusinorum qui morantur Catari, pro habendo denarios necessarios pro expensis comunis et ambaxiate *(cassum).*

Prima pars est, de vendendo partes Stagni et Punte illorum de Cataro et Ragusinorum morancium Cattari, qui fuerunt inobedientes. Et accipere denarios in Comune *(cassum).*

Ser Dymitrius de Mençe
Ser Marinus de Vitane
Ser Nicola de Caboga
} In minori cosilio facti fuerunt ad inveniendum modum habendi denarios necessarios. Et de emendo pannos donandis domino Bano.

Die xxii mensis novembris. Radoe aurifici in minori consilio, sono campane more solito congregato, data fuit licentia posse accipere unam domum lapideam, que fuit Pale Ceçe, a fratribus Predicatoribus usque in mille annis pro perperis viii omni anno.

Die xxiv novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxxiii. Prima pars est, de confirmando modum, quem invenerunt ser Dimitrius de Mençe, ser Marinus de Baraba et ser Nicola de Caboga, pro habendo denarios necessarios pro ambaxiata itura ad dominum banum Bossine et pro pannis donandis eidem. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de asegurando equos Ostoe Paoni et sociorum suorum a debitoribus eorum, et ipsos reverti ad locum, ubi accipientur. Et ressiduum equorum neccessarium dicte ambaxiata accipiatur ab aliis mercatoribus, qui sunt in Narento, per sortem et per ratam. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod fient iii qui forment comissionem ambaxiate iture ad dominum banum de Bossina et debeant ipsam reducere ad istud consilium ad confirmandum. *Capt. per* xviiii.

Prima pars est, quod ambaxiatores debeant recedere hinc ad sequendum eorum viagium die lune proximo sub pena ducatorum c pro quolibet. *Capt. per* xvii.

Prima pars est, de differendo ad accipiendum partes Stagni et Punte illorum Catarinorum et Ragusinorum comorancium Catari, qui fuerunt inobedientes *(cassum)*.

Secunda pars est, de accipiendi et vendendo via via partes Stagni et Punte illorum Catarinorum et Ragusinorum commorancium Catari qui fuerunt inobedientes *(cassum)*.

Prima pars est, de differendo ad accipiendum partes Stagni et Punte Catarinorum et Ragusinorum commorancium Catari qui fuerunt inobedientes.

Secunda pars est, de accipiendo in comune partes Stagni et Punte, Catarinorum et Ragusinorum comorantium Catari, qui fuerunt inobedientes. *Capt. per ball.* xx.

Prima pars est, de differendo ad vendendum partes Stagni et Punte, Catarinorum et Ragusinorum, qui fuerunt inobedientes *(cassum)*.

Secunda pars est, de vendendo via via partes Stagni et Punte illorum Catarinorum et Ragusinorum qui fuerunt inobedientes. *Capt. p. ball.* xvii.

Ser Marinus de Mençe
Ser Marinus de Bona
Ser Nicola de Çavarnigo } ad formandam comissionem.

Ser Dymitrius de Mençe
Ser Nicola de Çavarnigo
Ser Marinus de Mençe } In minori consilio facti, ad inveniendum emptores, et componendum de pretio parcium Punte et Stagni illorum de Catharo et Ragusinorum, qui fuerunt inobedientes, qui debeant delivrari de voluntate consilii rogatorum.

Petrus de Çerva procurator sancti Blasii.

Die xxviiii novembris *ball.* ciii. Prima pars est, quod nullus rector a modo in antea audeat vel presumat dare vel recipere de denariis vel rebus comunis supra camerlengis comunis sub pena perp. xxv. pro quolibet rectore contrafaciente et pro qualibet vice. *Capt. per* lxxxxiii.

Rector:

Ser Nicola de Grede *ball.* li remansit rector pro mense decembris, expulsis omnibus de consilio qui non potuerunt nec debuerunt interesse occasione parentele.

Capitaneus guerre mensis decembris:

Ser Marinus de Mençe *ball.* lxxvii
Ser Nicola de Caboga *ball.* lviii. } remanserunt capitanei guerre mensis decembris.

Rogatorum ball. xxxiii. Prima pars est, de accipiendo mutuo de denaris Archiepiscopatus quot fuerint necessarii pro laborerio turris moli, et posse obligare comune pro dictis denaris accipiendis pro dicto laborerio, et pro faris catene similiter obbligari possit Comune. *Captum per omnes.*

DIE ULTIMA NOVEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXXIV. Prima pars de confirmando primum capitulum comissionis ambaxiatorum iturorum ad dominum banum Bossine. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de confirmando secundum capitulum dicte comissionis. *Capt. per* XXXIII.

Prima pars est de confirmando tercium capitulum ipsius comissionis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de confirmando quartum capitulum. *Capt. p.* XXVIIII.

Prima pars est quod ambaxiatores debeant recedere de Ragusio ad sequendum viagium suum, die sabati proximo sub pena perperorum L pro quolibet. *Capt. per* XXI.

Prima pars est de dando licenciam domino rectori et parvo consilio posse respondere Jure et Stracimiro de Balsa, per illum modum, qui videbitur sibi. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de vendendo partes Stagni et Punte Silvestro de Macedauro liberas et absolutas sine aliquo impedimento. Et si debebunt ipse partes solvere rationabiliter aliquod angaridium, Comune solvere teneatur *(cassum).*

Secunda pars est de vendendo ipsas partes cum angaridio et cargo eius. *Capt. per ball.* XX.

DIE ULTIMO MENSIS NOVEMBRIS. In minori consilio, sono campane *etc.* captum fuit et firmatum de dando licenciam epitropis quondam Nicole de Zanina, videlicet Crixe de Bercho et Priboe Plutcho et Angelo de Maxi et Domagne de Mildrugo tutoribus dicti quondam Nicole, quod possint et debeant sibi ad invicem facere finem et quietacionem de omni racione temporis preteriti usque ad diem presentem. Et data fuit licencia dictis tutoribus quod solvant dotem dicti quondam Nicole.

DIE PRIMO MENSIS DECEMBRIS. In minori consilio, sono campane *etc.*, data fuit licencia tutoribus heredum quondam Marini de l' Ortera de dando Ruse uxori dicti quondam Marini pro suo nutrimento et bayla lactante filium suum perp. LX in anno.

DIE II DECEMBRIS. Blaxius de Babalio factus fuit consiliarius de rogatis, in minori consilio sono campane congregato.

DIE II DECEMBRIS *ball.* XXVIIII. Prima pars est, quod illi III nobiles qui formaverunt prius comissionem ambaxiatorum iturorum ad dominum banum Bossine, debeant ipsam corrigere per illum modum, qui videbitur eis, propter ea que evenerint de novo, et ipsam reducere cras ad istud consilium *(cassum).*

Secunda pars est quod consilium parvum debeat ipsam corrigere.

Prima pars est de addendo ambaxiatoribus ituris in Bossinam perperos LX ad expensas.

In minori consilio, sono campane *etc.*, captum fuit, quod quilibet debens solvere ratas galee, solvere debeat usque ad diem dominicam proximam, sub pena dupli. — Allegrinum gridavit.

Die III decembris. *Rogat. ball.* XXX. Prima pars est de scribendo comiti Stagni quod debeat facere fieri signa fumum de die, et ignem de nocte, secundum quod misit sibi dicendo dominus banus Dalmacie et Croacie per suas literas *(Cassum)*.

Prima pars est de scribendo comiti Stagni, quod ipse debeat facere signa ignis et fumi, secundum quod ordinavit. *Captum per* XXX.

Die IIII decembris. In consilio maiori *ball.* CXI. Prima pars est de vendendo partes Stagni et Punte illorum Catarinorum et Ragussinorum qui fuerunt inobedientes, liberas et francas, et si debebunt aliquid solvere quod Comune teneatur et debeat solvere illud quod dicte partes vel aliqua ipsarum solvere tenentur pro aliquo angaridio resti.

Prima pars est de vendendo partes Stagni et Punte Silvestri de Macedauro, qui fuit inobediens mandatis Ragusii, liberas et franchas sine aliquo angaridio. Et si dicte partes debebunt solvere racionabiliter aliquod angaridium, quod comune solvere teneatur *(cassum)*.

Secunda pars de vendendo ipsas partes Stagni et Puncte Silvestro de Macedauro cum suo angaridio. *Capt. per ball.* LXVI.

Prima pars est quod tesaurerii sancte Marie stare debeant cum illo ordine quo steterunt *(cassum)*.

Secunda est de faciendo ordines novos supra tesaurariam sancta Maria *capt. per* LVII.

Prima pars est quod aliquis tesaurerius a modo in antea non andeat mutuare alicui de denaris tesaurarie modo aliquo vel ingenio, sub pena solvendi comuni tantum quantum mutuassent. Et si quis accusaret aliquem tesaurerium qui contrafaciet huic ordini, habeat medietatem dicte pene si per eius accusam veritas poterit reperiri. *Capt. p.* LXXXXVI.

Tesaurerius sancte Marie:

Ser Marinus de Mençe quondam Junii *ball.* LXIIII.

Judex:

Ser Matias de Ribiça *ball.* LIIII.

Prima pars est quod ser Johannes Nicole de Gondola, qui est nunc comes Stagni, non possit elligi iudex postquam non complevit terminum *(cassum)*.

Secunda est quod ipse possit elligi iudex. *Capt. p. ball.* LXXX.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse elligere III officiales qui faciant reduci et aptari aquam que est iuncta ad Fratres Minores prout melius videbitur dictis III officialibus, et posse invenire et expendere pecuniam necessariam pro dicto laborerio. *Capt. p.* . . .

Ser Marinus Junii de Mençe, ser Michael de Dersa, ser Petrus de Bauxela supra laborerium aque Fratrum Minorum.

Lucas ab Armis
Lucas de Palmota } ad tenendum claves carceris Çive de Bucchia.

Die v decembris. In minori consilio, sono campane *etc.*, captum fuit et firmatum quod massarii bladi comunis, debeant mittere i barchosium ad syndicum in Appulea pro blado.

Die vii decembris. In minori consilio, sono campane *etc.*, captum fuit et firmatum de dando magistro Gulielmo physicho salariato comunis, ultra salarium suum domum.

Item in dicto minori consilio, captum *etc.* quod ser Luxa de Palmota pleçius Çive de Sargotino, debeat facere bonum pignum illud quod ipse Çive dedit pro ducatis xxx auri, quos sibi mutuavit comune.

Die viiii decembris. In consilio maiori *ball.* cxv. Prima pars est de faciendo gratiam ser Marino de Baraba, qui erat electus capitaneus armate contra Catarum, quod sit excusatus a dicta capetanaria propter casum sibi occursum, et alius eligatur loco sui. *Capt. per ball.* lxiii.

Prima pars est de faciendo gratiam Andree de Binçola, qui erat electus consiliarius armate contra Catharum, quod sit excusatus, quia vult disponsare uxorem suam et alius eligatur loco sui *(cassum).*

Secunda pars est de non faciendo sibi graciam. *Captum.*

Prima pars est, quod illi qui erunt ellecti et elligentur a modo in antea capitanei et consiliarii armate contra Catarum, non possint reffutare si vadunt per plateam, sub pena perperorum m pro quolibet, donee durabit guerra contra Catarum. *Capt. per ball.* lxxxxv.

Secunda pars est, quod possit reffutare sine pena.

Capitanei armate contra Catarum:

Ser Blaxius de Babalio *ball.* lxi.
Ser Nicola de Cherpa *ball.* . . .

Prima pars est quod de consilio minori nemo possit accipi pro capitaneo vel consiliario armate contra Catarum, donec durabit guerra contra Catarum *(cassum).*

Secunda est quod possit accipi de dicto parvo consilio capitaneus et consiliarii dicte armate *(cassum).*

Prima pars est de faciendo graciam ser Blaxio de Babalio, quod sit excusatus ab ellectione capetanarie armate propter causas nominatas *(cassum).*

Secunda pars est de non. per *ball.* lxiii.

Prima pars est de differendo usque adventum ser Laurencij de Volcasso ad audiendam excusacionem, quam faciunt salinarij Stagni de eo, quod petitur eis pro comune. *Capt. per ball.* lxxxxx.

Prima pars est de accipiendo mutuo a procuratoribus Sancte Marie quot denarios habent pro solvendo grossum i pro stario illi Appuliensi, qui ibat Catharum, et pro laborerio aque; et obligare eis gabellam Sancte Marie videlicet partem comunis, donec habebunt totam suam solucionem dicti procuratores. *Capt. per ball.* lxxxxv.

Rogatorum ball. xxxiii. Prima pars est de vendendo partem Truchali, que est in Stagno et in Punta, pro perperis iiic. *Capt. per* xxv.

*

Prima pars est de faciendo cridam, quod quilibet habens aliquod jus in possessionibus Catarinorum et Ragusinorum habitancium Catari, qui fuerunt inobedientes, debeant sua iura presentare usque ad VIII dies domino rectori. *Capt. per ball.* XXVIII. — Eodem die prefata pars fuit bampnita per Alegrinum preconem.

Consilium Rogatorum. Prima pars est de scribendo per II cursores ambaxiatoribus destinatis ad dominum nostrum dominum regem Hungarie, quod non debeat recedere de Curia domini nostri domini regis Hungarie, donec aliud non scribemus eis, quia nondum habuimus aliquam responsionem de Veneciis nec a domino bano Bossine *(cassum).*

Die X decembris. In consilio maiori *ball.* LXIIII. Prima pars est de scribendo per II cursores ser Syme de Resti et ser Ioanni Pauli de Gondola, ambaxiatoribus ad dominum nostrum dominum regem Hungarie, quod non recedant de Curia dicti domini nostri, donec aliud scribetur eis. Et si essent in via revertendo Ragusium, quod ipsi debeant reverti in Curiam. Et inde non recedere sine licencia consilii Rogatorum sub pena perperorum M pro quolibet. *Capt. per ball.* LXIII.

Dicto die. Per Prihoç Chraninovich, per Radovanum Bogdassich, cursores, fuit missa una littera ambaxiatoribus predicti tenoris per viam Sancti Demetrii.

Et per Chrançe Milgostich et Coraç suum socium, cursores, fuit missa alia litera ejusdem tenoris, ambaxiatoribus per viam Sagrabie.

Die XIII decembris. *Rogatorum ball.* XXXIII. Prima pars est de faciendo III officiales qui inveniant modum unde possit haberi denarios pro mittendo emptum de blado, et pro solvendo XXIII guardianis addendis custodie noctis, et pro aliquibus serviciis necessariis. Et illud quod invenerint reduci debeat ad consilium rogatorum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de deliberando partem Nicole et Petri de Buchia que est in Stagno et in Punta, pro quanto haberi poterit hodie per totam diem *(cassum).*

Prima pars est de deliberando hodie per totam diem partem Sylvestri de Macedauro que est in Stagno et in Punta, pro illo precio quod habere possunt officiales deputati ad inveniendum emptores dicte partis *(cassum).*

Prima pars est de deliberando hodie per totam diem partem Petri et Nicole de Buchia que est in Stagno et in Punta, pro illo precio quod habere possunt officiales deputati ad inveniendum emptores partium illorum de Cataro et Ragusinorum qui fuerunt inobedientes *(cassum).*

Nicola de Çavarnigo, Dimitrius de Mençe, Marinus Junii de Mençe ad inveniendum modum unde possit haberi denarii pro emendo bladum et pro XXIII custodibus et aliis necessariis.

Junius Çive Matey de Georgio, Junius Marini de Bona, Marinus de Slavçe ad ponendum mentem quod aliquis non extraherit bladum de Ragusio per mare nec per terram extra districtum Ragusii.

Ita in dicto minori consilio captum fuit, quod nullus possit extrahere de Ragusio bladum causa portandi extra districtum Ragusii,

sub pena amittendi dictum bladum, quod reperiretur, et perdendi perperum I pro quolibet et qualibet vice. Cuius bampni sit dictorum officialium medietas; et alia medietas comunis. Et quod nulla barcha magna vel parva possit recedere de portu sine licentia dictorum officialium sub dicta pena.

Item in dicto minori consilio captum fuit, quod tesaurarii Sancte Marie possint affictare domum ad annum, domum quam ipsi affictaverant Martolo Marini Pripçe.

Die XIII decembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, data fuit libertas capitaneo guerre istius mensis mittendi spias et guardias, quo videbitur eis.

Item in dicto consilio captum fuit quod perp. XXXIIII debeant detrahi de perp. LXX qui fuerant scripti Magistro Cobello ciroyco plus quam habuerat per fallum.

Item in eodem consilio captum fuit quod Milenus sartor possit facere unam domum in Stagno ubi est londrus Savini de Bonda.

Die XIIII decembris. *Rogatorum ball.* XXXIIII. Prima pars est de faciendo graciam Laurencio mercatori de Appulea, posse ire Catarum cum suo navigio ad elevandum de mercacionibus suis, eundo vacuus hinc illuc. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de vendendo partes Silvestri de Macedauro que sunt in Stagno et in Punta pro perp. IIIICXL cum suo incargo perp. X.

Secunda est de non dando pro illo precio. *Capt. per ball.* XX.

Çive de Marculino, Nixa de Raxilu, in minori consilio facti fuerunt ad tenendum claves carceris Çive de buchia.

Item in dicto minori consilio captum fuit quod detur magistro Cobello pro expensis quas fecit Jacobo de Brandicio et sociis quando venerit de Appulea pro serviciis comunis, perp. VI.

Item in dicto minori consilio captum fuit quod mittantur in Appuleam pro frumento comunis barcusium Maroe de Pripçe.

Die XV decembris. *Rogatorum ball.* XXXII. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse respondere illis de Balsa per pulcriorem modum, qui videbitur eis. *Capt. per omnes.*

Die eodem. In minori consilio, sono campane *etc*, posita fuit pars quod quilibet de insulis dans laboratoribus ad bibendum, quod ille dans ad bibendum teneatur solvere doanas de dicto vino quando dabit pro laborerio. *Capt. per omnes.*

Angelus de Basilio, in minori consilio factus fuit scribanus barcosii Maroe de Pripçe.

Item in dicto minori consilio captum fuit, quod donetur ambaxiatori illorum de Balsa I donum a perperis V inferius.

Item in dicto consilio captum fuit quod tutores filii Stepe de Çaulego possint et debeant dare dicto heredi capsam quam habent cum rebus que sunt intus.

Item in dicto consilio captum fuit, quod homines de Valona debeant esse franchi a doana, donec Ragusei erunt franchi a doana in dicto loco Valone.

Die xxii. decembris. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est de mittendo auxilium capitaneo armate propter nova que missit dicendo. *Capt. per* xxi.

Prima pars est de mittendo in adiutorium inter arçerios et ballistarios homines xv.

Prima pars est de mittendo aliquem lignum armatum in adiutorium armate *(cassum)*.

Secunda pars est de mittendo aliquos homines. *Capt. per ball.* xxiii.

Prima pars de mittendo intra arçerios et ballistarios in adiutorium armate homines xv. *Capt. per* xx.

Prima pars est de dando istis xv hominibus pro viii diebus de soldo perperos ii pro quolibet volente ire de voluntate, ultra panaticam. *Capt. per ball.* xxv.

Die xxviii. Nicola de Saracha, Clime Tome de Dersa, Nicola de Cherpa, Mate de Ribiça, Junius Marini de Bona, extimatores dampnorum vinearum, que fuerunt vindimiate in Breno et in Çonchete per inimicos.

Pripçe Ucolçich, Maroe de Radosta, ad tenendum claves carcerum Çive de Buchic.

Die xxviii decembris. *Rogatorum ball.* xxxiii. Prima pars est de restituendo equum hominis Senchi, qui fuit acceptus pro dampno freto Marino Junii de Mençe. *Capt. per ball.* xxxi.

Prima pars est quod comune solvere debeat dampnum factum Marino Junij de Mençe, si illo cujus erat debeat solvere *(cassum)*.

Secunda pars est de non solvendo per comune, sed quod dictus ser Marinus scribat dampnum suum. *Capt. per ball.* xviii.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio de extrahendo de Stagno et Punta homines x pro galea, de illis qui videbuntur eis. *Capt. per* xxxi.

Tiloç generus Bogoe onerarii, Yvan homo Vite de Ceria, Filius Marie de Ponicue Pribec, frater Ugari Bogoslavus, Pribec Burchina, Mircus frater Qualeç, Stepce de Cataro, Cranislavus filius Goimir, Dobrosclavus frater Boroe, Dobrotchus Golichievich de Ponicue.

Die xxx decembris. *Rogatorum ball.* xxx. Prima pars est de addendo de illis istius armate nove isti galee que venit; *per omnes.*

Prima pars est de faciendo graciam ser Paulo Quirino ambaxiatori, pro bono guerre, quod possit ponere in terram i barile vini.

Dicto die. Dominus rector cum iuratis iudicibus ser Marino de Bona et ser Mathia de Ribiza posuerunt penam ducatorum ii c Andrusco de Georgio consiliario ut statim debeat ire ad galeam.

Die xxxi decembris. In consilio rogatorum *ball.* cxiiii. Ser Laurencius de Volcasso *ball.* lxiiii remansit rector pro mense Januarii.

Ser Nicola de Caboga *ball.* LXXV — ser Marinus de Goçe *ball.* LXXIII remanserunt capitanei guerre pro mense Januarii.

DIE ULTIMO DECEMBRIS. Ser Johannes de Bona, ser Jacobus de Mençe quondam ambaxiatores ad dominum ducem Veneciarum accusati per iusticiarios qualiter fecerint descargare vinum de barcha cum qua venerunt Ragusium sine licencia iusticiariorum, in minori consilio sono campane *etc.* fuerunt absoluti a dicta accusacione eo quod dictum vinum descargari fecerant de nocte et consensu Michaelis de Nicolica iusticiarii prout ipse Michael fuit confexus in dicto consilio.

1362.

MCCCLXII. INDICTIONE XV. DIE PRIMO JANUARII. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit, quod omnes illi famuli, qui stant cum aliis ad expensas et salarium dominorum, non debeant ire in galeam.

DICTO DIE. Petro de Mençe et Andree de Binçola massariis in minori consilio, sono campane more solito congregato, posita fuit pena de perperis L per dictum consilium, ut statim debeant dare staria VI fabarum pro expeditione galee et pretium ipsarum fabarum ipsi massarii debeant recipere de dohana majori illud scribendo.

In minori consilio supradicto captum fuit et firmatum, quod dominus rector ponat penam de L iperperis, tam capitaneo, quam unicuique consiliariorum galee, quod cras usque ad horam vespertinam debeant recessisse cum galea de Ragusio.

DIE II JANUARII. In consilio rogatorum *ball.* XXX. Prima pars est quod comittatur capitaneo et consiliariis armate ire ad obsessionem Cathari, quod ipsi debeant offendere nostros inimicos Catarinos et homines Voyslavi, quantum poterunt cum salvamento suo et suarum gentium et cum honore Ragusii tam in terra quam in mari. Et quod non debeant impedire aliquod navigium Venetorum aliquo modo, eundo Catarum nec redeundo, salvo si iret cum victualibus, grassa, sale vel cum armis, ultra arma necessaria pro dictis eorum navigiis, et inquirendo de armis, transire debeant; nec eciam forensium exeuncium de Cataro cum mercacionibus suis non debeant impedire, sed bene possint examinare si essent mercaciones inimicorum nostrorum, et dare dictis forensibus sacramentum quorum sunt dicte mercaciones. Et si ipsi invenirent aliquod navigium forensium volens intrare Catarum sine nostra licencia, quod non permittant, sed dicant ei quod vadat quo vult alio. Et si tamen vellet intrare violenter, quod mittant ipsum Ragusium. Et quod debeant se coniungere cum alia armata et ire usque Catarum. Et faciant quidquid poterunt de dampno inimicis cum salvamento suo. Et facto illo quod eis videbitur, quod debeant remittere Ragusium armatam veterem.

Item in eodem consilio captum fuit et firmatum, quod illi qui interficierunt Belenicum de Trebigna, possint venire libere Ragusium et sint absoluti de omni malefacto quod fecissent Ragusii.

Item in eodem consilio captum fuit, quod fiat gratia ser Paulo Quirino de Veneciis, quod possit ire locutum Çive de Bucchia. *Capt. per* XVII.

Item in eodem consilio captum fuit, quod dentur tubatores cum cornamuso ad eundum Catarum cum armata cum condicione, quod revertantur Ragusium cum armata veteri.

Die III januarii. In consilio maiori *ball.* LXXXXII. Prima pars est de faciendo V nobiles homines, qui debeant cogitare et invenire modum faciendi responsionem ambaxiatori comunis Veneciarum. Et illum modum quem cogitaverint et invenerint, reducere debeant ad istud majus consilium. *Capt. per* LXXXVIIII.

Eodem die. In minori consilio captum fuit quod ser Marinus de Mençe debeat facere descargare barcosium quem emit a comuni.

Ser Johanes de Bona, ser Marinus de Ragnina, ser Petrus de Ragnina, ser Marinus de Bona, ser Nicola de Sorgo, in eodem minori consilio facti fuerunt ad inveniendum et cogitandum modum faciendi responsionem ambaxiatori comunis Veneciarum.

Dicto die. Hominibus de Lagusta in minori consilio, sono campane *etc.,* captum fuit et firmatum de concedendo quod possint extrahere de Ragusio staria frumenti XXX.

Die V. januarii. In consilio maiori *ball.* LXXXXI. Ser Nicola de Binçola *ball.* LVII remansit consiliarius.

Ser Laurencius de Volcasso *ball.* LXVI remansit procurator Sancte Marie.

Prima pars est de faciendo graciam Qualislavo Guranovich, quod possit extrahere de Ragusio solvendo doanam milliaria tria casey. *Capt. per ball.* LII.

Prima pars est quod quilibet habens caseum possit extrahere medietatem ipsius usque ad carnisprimum proximum solvendo doanam, ostendendo prius quam extrahat iusticiariis quam quantitatem habet de caseo, et si quis extraheret et non ostenderet prius iusticiariis quod amittat caseum sive valorem ipsius. *Capt. per ball.* LXXIII.

In consilio rogatorum *ball.* XXXI. Prima pars est de mittendo galleam ad loquendum cum Jura et Stracimiro de Balsa usque ad Moracam Antibari cum hac condicione, quod nullus de dicta galea debeat exire in terram ad loquendum cum ipsis. *Capt. per ball.* XXII.

Prima pars est de dando Poveresco I spingardam comunis cum aliquibus veretonis. *Capt. per* XXVIIII.

Prima pars est de mittendo Sergolum marangonum ad Poverescum. *Capt. per ball.* XXX.

Die VI januarii. Poveresco de Budoa, in minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum de donando miliarium I de agutis de terna.

Domagna filis Milço de Lebro in dicto minori consilio factus fuit scribanus Milçe patris sui et Paulucii Spadarii.

Batcho Sloglavich in dicto minori consilio factus fuit scribanus barchosii Thome de Ysola.

Die viii januarii. In maiori consilio *ball.* lxxviii. Prima pars est de acceptando ambaxiatam dominacionis ducalis et comunis Veneciarum, videlicet ad tractandum pacem inter nos et nostros inimicos imperii Raxie. *Capt. per omnes.*

Prima pars de dimittendo in minori consilio tractatum istud faciendi pacem, et quod nihil firmari possit sine isto majori consilio. *Capt. per* lxxiii.

Prima pars est de faciendo v nobiles homines ad tractandam pacem, non firmando aliquid sine majori cosilio. *Capt. per* lii.

Prima pars est de significando nostris ambaxiatoribus Hungarie ista negocia pacis tractande. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio faciendi iii auditores, qui audiant jura Çive de Sagotino et provideant de remedio competenti. Et cum provisione sua veniant ad maius consilium. *Capt. per ball.* lxxvii.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio faciendi illos v nobiles homines, qui debent esse tractandum pacem prout supra. *Capt. per* lxx.

Ser Marinus de Bona, ser Marinus de Goçe, ser Petrus de Ragnina, ser Nicola de Caboga, ser Marinus de Mençe, ad tractandum pacem secundum tenorem partis maioris consilii eodem die.

Ser Johanes de Bona, ser Nicola de Çavarnigo, ser Blaxius Marini de Slavi, auditores ad audiendum jura Çive de Sagotino et ad providendum de remedio competenti.

Ser Marinus de Mençe, ser Petrus de Çereva, ad recolligendum et ad dandum ratam mercatoribus, qui solverunt Veneciis argentum acceptum de condura.

Die x januarii. In consilio rogatorum *ball.* lxxlii. Prima pars est de dando fidem barchis et hominibus de Cataro venientibus Ragusium pro tractatu pacis cum literis ambaxiatoris Veneciarum. Et quod precipiatur capitaneo galee et consiliariis, quod non offendant in terra Catarinis. Cum hac condicione, quod, cum applicuerit Catari ambaxiator Veneciarum, quod ipse debeat scribere comiti Voyslavo, quod ipse debeat facere istam treguam nobiscum donec tractatus pacis durat, videlicet infra xviii dies. Et si comes Voyslavus non voluerit facere istam treguam, quod eciam tregua non sit cum Catarinis. Et quod simili modo sit data fides nostris barchis et hominibus euntibus Catharum pro tractatu pacis. Et quod nichilominus galea nostra stare debeat ad custodiam, quod non intrent aliqua victualia Catharum. Et quod possit capere in mari mercaciones et bona Catharinorum, si invenientur exire vel intrare cum aliquibus navigiis. *Capt. per* lv.

Prima pars est de accipiendo de massaria comunis tantum de frumento, quantum sufficiet pro faciendo panaticam armate circa Catarum,

et quod assignetur massarie pro pagamento illius frumenti et accipietur tantum de denaris salinariorum Stagni quos dare debent de mense marcii quantum ascendet dictum frumentum quod accipietur *(cassum).*

Prima pars est de accipiendo de massaria comunis staria L de blado pro faciendo panaticam armate, et de primo denario qui habuerint, vel de possessionibus inimicorum que vendentur, vel aliunde solvi debeat *(cassum).*

Secunda pars est de cogitando per alium modum non recedendo hinc. *Capt. per* L.

Prima pars est de faciendo tres nobiles homines, qui debeant vendere via via possessiones, que sunt clare nostrorum inimicorum. Et que sunt impedite debeant reducere ad istud majus consilium ad declarandum et expediendum. *Capt. per* LXVI.

Prima pars est, quod ipsi III nobiles homines debeant reducere ad istud majus consilium ad delivrandum ipsas possessiones nostrorum inimicorum. *Capt. per* LXVII.

Prima pars est, quod fiant per majus consilium illi III nobiles homines. *Capt. per* LVII.

Ser Nicola de Çavarnigo *ball.* LIII, ser Johannes de Bona *ball.* LXIIII, ser Jacobus de Mençe *ball.* LX, remanserunt isti III ad vendendum possessiones nostrorum inimicorum per modum captum superius.

Die XI januarii. In consilio rogatorum *ball.* XXXII. Prima pars est de scribendo ambaxiatoribus nostris, qui sunt in Bossina, quod veniant Ragusium de presenti, receptis istis litteris. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo nostris ambaxiatoribus Hungarie nova que habemus, ut exponant ipsa domino nostro domino regi. Et expeditis negociis comissionis et expositis istis novis, quod veniant Ragusium, habita responsione a domino. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de armando lignetum ad portandum ambaxiatorem comunis Veneciarum Catharum. *Capt. per omnes.*

Die eodem. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit, quod detur omni die medietas denariorum, qui recoligentur in doana majori, Marino de Baraba usque ad numerum perperorum CXLVI, quos kabere debet pro pannis quos vendidit comune, omni mense usque ad completam solucionem dictorum pannorum.

Die XIII januarii. Ser Jacobus de Georgio et ser Marino de Goçe in minori consilio, sono campane *etc.*, facti fuerunt tutores Dragoe filii quondam Clementis de Goçe una cum Perve matre dicti Dragoe.

Dicto die. In minori consilio captum fuit et firmatum de dimitendo Dubravçe Vlachum Cherstoe filium de Catuno Dobrili de carceribus Voyslavi vel suorum hominum.

Helias Prodanich factus fuit scribanus barchosii Perfçe de Calamota vocatum sanctus Nicolaus.

In minori consilio, cono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum, quod littera, facta ad destinandum ambaxiatoribus nostris in Hungaria, stat bene.

Ita in dicto minori consilio captum fuit, quod dicta littera mittatur per II cursores usque ad Sanctum Dymitrium, et a Sancto Dymitrio usque ad ambaxiatores mitti debeat per I hominem ad equum. Et quod dicti cursores expectare debeant, donec ille homo ad equum reversus fuerit ad Sanctum Dimitrium, qui apportare debeant responsionem.

A. D. MCCCLXII. INDICTIONE XV DIE XIII JANUARII. Registrum littere ambaxiatoribus Ungarie destinate. Laurenzo de Volcasso rettore de Ragusa, judezi et chonsellieri della dita terra cum lo consello deli pregadi, ali nobili et savy Sime de Resti et Johane de Paulo de Gondola nostri ambaxadori de Ragusa, salute cum sincero amor. Fasemovi a saver, ca la signoria ducal de Venecia volse cum integritade tute le chose, che foro tolte da la condura, tanto le chose de Voyslavo quanto de li Catharini et de çascuno altro, siche de necessito ne se convene de dare in le sue mani tutte le chose chi foro tolte da la ditta condura. Et habiandole reçepudo in sue mani, la Signoria ne fe render tute le nostre chose in Venecia sequestrade. Et fatto questo, la dugal signoria per honor del nostro signor et amico nostro, sença nostra requesta, mando suo ambaxador ser Paulo Quirino, a fine de tractar pase inter nuy et li nostri inimisi; la qual pase vuy saveti quanto ne è mistieri; la qual ambaxada, da la ditta dugal signoria per sua bontade mandata, regraçiandoli sichome se conviene resposemo, ca per nuy non è romaso, ne romane, ne romanerà, che non se faça tutto quello che è rasonebel et buono, sichome essa, tractando de questa pase, vederà per opera manifesta. De lo fatto deli ambaxadori al bano de Bosna nuy ve demo a saver ca essi ne scripsero ca lo bano mando uno suo messo al conte Voyslavo per trattamento de pase. Et conte respose ca non vol pase cum nuy; si che lo bano die comiado ai nostri ambaxadori, che se debiano tornar a Ragusa; ca non se po far niente de pase. Adonque comettemo et chomandemovi, che debiati exponer ordenadamente tutte queste chose al nostro Signor; cum le plui belle, ornate et utile parole, che vi parerà per lo stato de la nostra çetade, ademandando suo remedio supra ço. Et habuda la sua final resposta, volemo et chomandemo in parte antecedente a vuy data da lo gran consello, che de presente debie vignir a Ragusa.

Lett. Com. Lev. 1361—80. fol. 36.

DIE XIV JANUARII. Prima pars est de dando partem I Silvestri de Macedauro, que est in Stagno et Punta pro yperperis VC cum suo angaridio *(cassum).*

Secunda est de differendo si poterit haberi qui plus dare voluerit de ipsa parte I *(cassum).*

Prima pars est de differendo ad dandum partem I Silvestri de Macedauro que est in Stagno et in Ponta *(cassum).*

Secunda pars est de delivrando partem I Sylvestri de Macedauro que est in Stagno et in Ponta, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis pro

yperperis vc cum angaridio yperperorum decem in anno. Et si hodie per totam diem poterit haberi plus quam detur, plus dare volenti per III officiales ad hoc deputatos debeat delivrari plus danti. *Capt. p. ball.* LVI.

Prima pars est de respondendo Sencho per pulchriora verba, que videbuntur domino rectori et parvo consilio, regratiando ipsum tamquam amicum nostrum carissimum et civem. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod fieri debeant II nobiles homines qui tenere debeant claves carceris ubi est Çive de Bucchia per unum mensem. *Capt. per* XVIII.

Prima pars est, quod fieri debeant II nobiles homines, qui tenere debeant claves carceris, ubi est Çive de Buchia per I mensem *(cassum).*

Secunda pars est, quod pro diebus XV debeant fieri II nobiles homines, qui tenere debeant claves carceris, ubi est Çive de Buchia. *Capt. per ball.* XVIII.

Ser Marinus Junij de Mençe, Ser Johanes de Bona, ad custodiendum sive ad tenendum claves carceris Çive de Buchia pro diebus XV.

DIE XVI JANUARII. Bogoe Çugnevich de Calamota, Tomeus de Ombla in minori consilio dati fuerunt tutores heredibus Milteni Craylevich de Calamota. Et data fuit eis tutoribus libertas quod possint facere quod frater dicti Milteni habeat partem illius possessionis quam ipse Miltenus accepit ab heredibus Michi Lampre de Sorgo, cum illis pactis et condicionibus quibus habuit et accepit ipse Miltenus.

Orse Nifíichi de Bodaça comes insularum.

Mate Nicole de Mençe comes Malti, Omble et Gravoxii.

In minori consilio campane *etc.,* captum fuit quod Palçe de Palmota debeat remanere doanerius fontagi quia non transivit terminos statuti.

DIE XVIII JANUARII. In consilio rogatorum *ball.* XXXIII. Prima pars est de dando omnibus illis de galeis partem de butino *(cassum).*

Secunda est de non dando partem de butino illis qui remanserunt in terra et non voluerunt reverti in galea *(cassum).*

Prima est de dando partem butini illis qui fugierunt in terram de galea cuius erat capitaneus Nifficus de Galloç, et reversi fuerunt ad fidem in galea *(cassum).*

Secunda pars est de non dando partem butini nemini illorum qui fugierunt *(cassum).*

Prima pars est de non dando partem butini omnibus illis qui fuerunt inobedientes capitaneo galee *(cassum).*

Secunda pars est de non dando partem solumodo illis, qui remanserunt in terra et non voluerunt reverti in galiam. *Capt. per* XXV.

DIE EODEM. In minori consilio, sono campane more solito congregato, per auctoritatem eis datam a maiori consilio posse facere menam de blado, data fuit licencia ser Marino de Bona posse facere menam cum Petrucio de Barleto factore domini imperatoris Bulgarie, de blado quod ipse habet in Ragusium, sine aliqua pena.

Item in eodem consilio captum fuit, quod Petrucius de Barleto, factor domini imperatoris Bulgarie, possit extrahere de Ragusio illas mercaciones. quas investivit de furmento suo, sine aliqua doana solvenda, amore dicti domini imperatoris.

Die xx januarii *ball.* lxiii. Prima pars est de vendendo salinas Stagni *(cassum)*.

Secunda pars est de non vedendo salinas Stagni. *Capt. per ball.* cii.

Prima pars est de faciendo iiii officiales ad salinas Stagni et i scribanum *(cassum)*.

Prima pars est de faciendo iiii officiales supra salinas Stagni et ad recipiendum hic in Ragusium salem qui mittetur de Stagno, et ad vendendum ipsum salem. Qui stare debeant ad duos ad mensem in Stagno supra laborerium salinarum. Et teneantur ire ad facere laborari dictas salinas quando videbitur domino rectori et parvo consilio. Et quod teneantur facere racionem tam de introitu quam de exitu omnibus tribus mensibus. Et quod fieri debeat i scribanus pro i anno qui stare debeat Stagni ad scribendum omnes expensas salinarum et introytum salis donec durabit laborerium salinarum. Et teneatur facere omnia servicia salinarum ipse scribanus. *Capt. per* cxi.

Prima pars est de accrescendo penam illis iiii officialibus supra salinas et scribano, quod non possint refutare *(cassum)*.

Secunda est quod illi iiii officiales et scribanus non possint refutare qui fuerint electi sub pena statuti. *Capt. per* lxxxlvii.

Prima pars est de accipiendo de illis iperperis vcl., qui fuerunt in camara, ducatos xxx pro dando magistro Gulielmo, et pro dando salarium comiti Stagni ituro, et famulis domini rectoris, et barchis que fuerunt cum ambaxiatoribus. *Capt. per ball.* lxxxvii.

Die xxi januarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit quod dentur Kallende de Buçignolo et Ivano Ogreia pro barchosis suis qui steterunt in servicia comunis cum Hedisio ad faciendum faros iperp lxx.

Die xxii januarii. In maiori consilio *ball.* ci. Prima pars est de dividendo partem Pauli quondam Tripe de Buchia, a partibus aliorum fratrum suorum, nostrorum inimicorum de Cataro *(cassum)*.

Secunda pars est de differendo ad dividendum. *Capt. per ball.* lxiiii.

Prima pars est de differendo ad dividendum partem Pauli Tripe de Buchia a partibus fratrum suorum usque ad dies xx *(cassum)*.

Prima pars est de differendo supra istis negociis Pauli de Buchia usque ad dies xx *(cassum)*.

Secunda pars est de differendo usque ad dies x supra serviciis Pauli de Buchia. *Capt. per ball.* li.

Prima pars est de differendo supra serviciis filiorum Çive de Buchia, uspue ad dies x. *Capt. per ball.* lxii.

Die xxiiii januarii. In minori consilio captum fuit quod precipiatur Andree de Benessa comiti Stagni, quatenus die dominica proxima, per totam diem debeat recesisse.

Die xxv januarii. In minori consilio, sono campane *etc.*, captum fuit et firmatum quod carnes castratine possint vendi usque ad carnisprimum proximum ad follaros vi libr., et alie carnes per racionem. — Bampnitum per Allegrinum.

Die xxvi januarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit, quod debeat fieri gratia Petrucio Laurencii de Marando, factori domini imperatoris Bulgarie, quod non solvat duanam librarum viiicl vel circa cere, quam emit pro dicto domino imperatore.

Eodem die Camarlengis, in minori consilio, sono campane more solito congregato, data fuit licencia posse mittere Veneciis ad faciendum fieri ii banderias pro galeis et ii banderia pro tubis cum sancto Blaxio.

Die xxvii mensis januarii. In consilio maiori lxxxxiii. Prima pars est de suprasedendo usque ad diem xv mensis februarii proximi, ad vendendum bona que fuerunt Catarinorum, et ad offendendum inimicos, cum hac condicione, quod si ante diem xv mensis februarii nostri inimici offenderent nos, quod iste terminus non valeat nec teneat aliquam firmitatem tregue in terra. Et stando semper galee ad Culfum Catari ad offendendum inimicos in mari sicut prius. *Capt. per ball.* lxxviiii.

Prima pars est de donando isti iuveni qui apportavit litteram domini nostri domini regis Hungarie, in hiis rebus que videbuntur domino rectori et parvo consilio yperp. cxxx. *Capt. p. ball.* lxxviiii.

Eodem die. In consilio rogatorum *ball.* xxxiii. Prima pars de dando in credencia Poverescho a stariis l inferius de formento et ordeo quam melius fieri poterit. *Capt. per ball.* xxxii.

Die xxviiii januarii. Ser Nicola de Çavarnigo, Ser Petrus de Mençe, ad tenendum claves carceris Çive de Buchia.

Ser Johannes de Bona *ball.* liiii remansit rector pro mense februario.

Ser Marinus de Mençe *ball.* lxviiii, ser Jacobus de Mençe *ball.* lvi, remanserunt capitanei guerre pro mense februario.

Capitaneus armate contra Catharum: Ser Nicola de Çavarnigo *ball.* lviiii remansit capitaneus armate.

Consiliarii armate contra Catharum: Ser Laure Lampri de Mençe *ball.* xiii, ser Michael Junij de Dersa *ball.* l.

In minori consilio captum fuit quod Andreas de Benessa debeat ire ad comitatum Stagni die veneris proximo.

Ser Marinus de Mençe, ser Marinus de Goçe, ser Blaxius de Slavi, facti fuerunt ad providendum quomodo haberi possit pecunia necessaria pro armata et pro aliis necessariis.

Matheus de Mençe (die xv May), Jacobus de Georgio, Pasche de Bonda, Laure de Bodaça, in minori consilio, sono campane *etc.* facti fuerunt sopra salinas et laborerium ipsarum et supra Salem.

Mate de Ribiça in eodem consilio factus fuit scribanus supra salinas.

Die primo februarii. In consilio rogatorum *ball.* xxxi. Prima pars est de accipiendo in credencia a massaria comunis staria l de frumento pro faciendo fieri biscotum pro armata nostra. Et scribere solutionem in doana maiori. Et si aliunde poterit haberi pecunia cicius solvi debeat dicte massarie. Item staria l de fabis. *Capt. per omnes.*

Item in eodem consilio rogatorum captum fuit de accipiendo mutuo a procuratoribus Crome perperos c. pro facere fieri panaticam armate et pro aliis serviciis. Et scribere dictos denarios eis in doana maiori. Et si poterit haberi pecuniam cicius aliunde, solvi debeat eis. *Capt. per* xxvi.

Prima pars est de mittendo barcham i ad galeam nostram cum i littera precipiendo capitaneo et consiliariis quod si ipsi invenient aliquod navigium Venetorum, volens ire ad loca nostrorum inimicorum quod ipsi non permittant ipsum intrare. Et quod debeat ei dicere quod dominacio ducalis promisit nobis quod non iret aliquod eorum navigium ad nostros inimicos cum blado, sale nec armis. Et quod hec capitaneus facere debeat quam curialius posset non offendendo ipsos *(cassum).*

Prima pars est de mittendo i barcham ad galeam, scribendo quod inteleximus, quod i navigium Venetorum cargavit de sale et vult ire Cataram. Et quod non permittant ipsum intrare. Sed retineant ipsum curialiter. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando licencia domino rectori et parvo consilio accipiendi a tutoribus filiorum Galli mutuo a ducatis iic inferius pro mittendo ipsos sindico nostro in Appulea, pro denariis quos ipse accepit mutuo pro servicio massarie; qui denari debeant solvi et restitui dictis tutoribus de primis denariis qui extrahentur de blado massarie dando eis de favore pro centenario pro rata temporis. *Capt. per omnes.*

Die iii februarii. Petrus de Mençe, Junius Bisti de Bona massarii bladi comunis vigore partis presentis supra proxime scripte fuerunt, contenti et confessi habuisse et recepisse pro servicio massarie a tutoribus heredum Galli Catani in auro ducati centum quinquaginta, nomine mutui cum illis condictionibus contentis in ipsa reformatione sive parte supradicta, qui ducati cl remanent dictis massariis pro comuni, quia heredes Galli emerunt possessiones comunis in Stagno, et ista pecunia est comunis *(cassum quia solverunt).*

Dymitrius Totosovich de Lucha, in minori consilio sono campane more solito *etc.* factus fuit civis Ragusii, qui iuravit ad sancta Dei Evangelia esse fidelis comunis Ragusii.

Georgius Pasche de Georgio fuit extractus loco rectoris in loco ser Johannis.

Die v februarii. Nixa Stanoevich, Maroe Toco, supra panaticam armate.

Petrus de Buçignolo factus fuit doanerius maioris doane.

Die vi februarii. In maiori consilio *ball.* lxxxxviiii. Prima pars est de accipiendo miliaria xv salis a Nicola de Luchari, ad racionem perp. xviii centenarium in Ragusio, in stacione aut ad pontem in navigio, ad terminum quatuor annorum. Cum hac condicione quod massaria bladi comunis sit illi Nicole, cuius est sal, et omnia bona comunis et singularum personarum sint ei obligata. Et ultra hec quod ipse teneatur comuni mutuare nunc ad presens perperos vc; et alios perperos vc usque ad xv dies; qui perperi m sibi restitui debeant de primis denaris qui extrahentur de dicto suo sale, vendendo prius miliaria iii salis comunis, et quod capitale istius salis debeat poni in massaria comunis. Et de precio dicti salis fieri debeat instrumentum eidem Nicole. — *Capt. per omnes,* Quibus omnibus suprascriptis presens dictus Nixa consensit et approbavit.

Die eodem. In consilio rogatorum *ball.* xxxv. Prima pars est de mittendo Sencum ad lamentandum de dampno quod fecerunt et faciunt homines sui in possessionibus nostris cum equabus et equis, cum pulchrioribus verbis et meliori modo, qui videbitur domino rectori et parvo consilio. *Capt. per ball.* xxxv.

Dicto die. Nadichna Bogdanich in minori consilio, sono campane more solito congregato, electus fuit ad eundum ad dictum Senchum.

Die vii februarii. Nicho de Binçola fuit assumptus in minori consilio loco rectoris in questione ser Marini de Bona.

Die viii februarii. In consilio rogatorum *ball.* xxxi. Prima pars est de mittendo i litteram dominacioni ducali Veneciarum supra facto Pamfili a sale, per pulcriorem modum, qui videbitur et placuerit domino rectori et parvo consilio. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dimittendo de carceribus Pale bastardum de Macedauro, qui fuit captus cum barcosio. *Capt. per* xxvi.

Prima pars est de dando sacramentum eidem Pale et ponendo sibi penam, quod sit in bampno perpetualiter de Ragusio, quod non recedat de Ragusio, tempore guerre causa eundi ad inimicos nostros. *Capt. per* xvii Qui juravit et fuit sibi posita pena, ut supra.

Secunda est de tenendo ipsum in carceribus donec faciet fieri venire Ragusium eius uxorem ad habitandum *(cassum.)*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et ii capitaneis guerre posse scribere a personis iic inferius ad mittendum ipsas de die exire usque Cravosium, et usque ad S. Jacobum usque levantem non accedentes ad cimam montis, quando dictis domino rectori et capitaneis videbitur, et non transeundo Sanctam Mariam de Creste. *Capt. per omnes.*

Die viii februarii. Ser Dimitrius de Mençe in minori consilio fuit assumptus loco rectoris in quistione Blasii de Dersa.

Die viiii februarii In minori consilio sono campane *etc.* captum fuit et deliberatum quod non solvatur illis, quos dederunt in scriptis suprastantes Stagni, nisi prius reddant raciones ipsi suprastantes.

Die x februarii. In consilio maiori *ball.* lxxvii. Prima pars est, quod quicumque recepit dampnum de vineis hoc anno propter guerram, possit conducere vel facere conduci Ragusium de foris, tot quinqua vini, quot illi v nobiles homines, ad hoc electi, extimabunt, sic de vineis veteribus quam de novis, videlicet quinquum pro quinquo. Et ita intelligatur pars antiqua *(cassum).*

Secunda pars est quod illi qui receperunt dampnum de vineis propter guerram hoc anno, et fiat differenciam vini vinearum veterum et vini vinearum juvenum sive quod dictis v ellectis videbitur, possit conducere sive conduci facere *(cassum).*

Secunda pars est, quod fiat differentia intra vinum vinearum veterum et vinum vinearum juvenum, que fuerunt dampnificate propter guerram hoc anno, secundum quod videbitur dictis quinque nobilibus hominibus ad hoc deputatis. Et ita intelligatur pars antiqua *Capt. per ball.* li.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse mittere pro uno magistro grammatice, et firmare ipsum pro illo tempore quod videbitur eis, dando ei de salario a ducatis xxx inferius in anno. *Capt per* lxvi.

In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse respondere Metropolito sancti Michaelis non dando ei aliquid de blado. *Capt. per* xxv.

Die xii februarii. In consilio rogatorum *ball.* xxxii. Prima pars est de respondendo Bichach Andrispan, quod sumus contenti, quod veniat in Canale usque ad Civitatem veterem. Et illuc mittemus lignum armatum ad accipiendum ipsum honorifice, ut veniat Ragusium per mare. *Capt. per ball.* xxviiii.

Prima pars est de rogando episcopum Merchane, ut vadat Dulcignum, et ad illos de Balsa pro parte nostra, cum illa commissione, que videbitur domino rectori et parvo consilio, ad nostras expensas, cum i barcheta. *Capt. per omnes.*

Marinus de Pabora factus fuit iuxta Pale de Sorgo et Blaxium de Mençe ad recolligendum grossos vii pro galea.

Prima pars est de tenendo in carceribus Heliam de Stagno donec veniet galea Ragusium, et postea puniatur secundum quod videbitur huic consilio.

Prima pars est de tenendo ipsum Heliam in carceribus inferratum. — *(cassum).*

Secunda pars est de non. *Capt. per ball.* xviiii.

Nicola de Cherpa, Petrus de Buçignolo, ad tenendum claves carceris Çive de Bucchia.

Die xiii februarii. In consilio rogatorum *ball.* xxxii. Prima pars est de scribendo capitaneo et consiliariis armate nostre contra Catarum, quod non debeant offendere nostris inimicis in terra, ellapso termino dierum xv mensis presentis, sicut non offendebant tempore treugue, donec aliud eis significando mittemus, studendo semper ad custodiam maris sicut prius. *Capt. per omnes.*

Die xiiii. februarii. In minori consilio, sono campane *etc.* congregato, data fuit licencia et libertas tutoribus Pasche de Sorgo accipere ad affictum unam possessionem.

Nicola de Binçola, Nicola de Caboga in minori consilio, sono campane *etc.* congregato, facti fuerunt tutores heredum ultime uxoris Nicole de Lucaro iuxta Nicolaum Junii de Lucaro.

Marinus Junii de Mençe in eodem minori consilio factus fuit tutor heredibus Nicole de Lucaro prime uxoris iuxta Nicolaum de Sorgo et Johanem Pauli de Gondola.

Çive de Pamesano, Pasche de Uxornich, Domagna de Yscriça in minori consilio, sono campane *etc.* congregato, facti fuerunt tutores heredibus Dyme de Mutina.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum, quod quilibet debens solvere pro ista secunda paga vii grossos pro ratha galee, debeat solvere usque ad diem mercurii proximum, pro ultimo termino peremptorio sub pena quarti, scientes quod nulla remissio fiet alicui. Bampnitum per Milgostum.

Magister Marinus, cognatus Francischini cancellarii, in minori consilio, sono campane more solito congregato, ex auctoritate eis data a maiori consilio, fuit adsumptus ad salarium comunis Ragusii pro uno anno, cum ista condicione quod detur sibi domus de arsenatu, ubi solent stare prothomagistri comunis, pro sua habitacione; et pro qualibet die, qua laboraverit ad servicium comunis cum suo famulo de mandato domini rectoris, debeat habere a comuni grossos x et teneatur servire comuni de sua arte ad omne mandatam domini rectoris. Et similiter in laborerio galearum domini nostri regis, que fuerint in nostro arsenatu, ipse magister Marinus cum suo famulo non possit accipere in die, qua laboraverit, nisi grossos x tantum, sicut accipit a comuni: et teneatur laborare ad servicium dicti domini nostri regis, quoties fuerit sibi preceptum a domino rectore.

Die xvi februarii. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum, de mittendo cras pro hominibus Laguste et Melite ituri cum ista muda galee iture contra nostros inimicos.

Dicto die. Per dominum rectorem ser Johanem de Bona et juratos judices ser Marinum de Bona, ser Mathia de Ribiça, ser Nicolaum de Sorgo et ser Johanem de Grede, fuit captum, quod nulla pars audeat vel presumat retinere in domo sua vel aliena Slave, filiam adoptivam Marini de Catharo, nec dare sibi aliquid iniciamentum per marem vel per terram, sub pena de iperperis l et quicumque accusaverit aliquam personam tenentem dictam Sclave, habeat medietatem pene, si per eius acusationem veritas poterit reperiri.

Bampnitum die eodem per Joannem de Bononia preconem.

Die xvii februarii. In maiori consilio *ball.* lxxxviii. Prima pars est, quod illi quinque nobiles homines, qui sunt deputati ad extimandum vinum vinearum dampnificatarum per inimicos, debeant extimare vinum

vinearum, quas credent esse proprias patronatorum, secundum eorum bonam conscientiam, non preiudicando istam extimacionem iuribus comunis, et quod nihil possit impedire iura comunis, nec preiudicium generare ullo modo, per istam eorum extimacionem. Quam quidem extimacionem fiendam debeant dicti v nobiles homines dicere ad istud consilium maius, ubi dabitur ordo, quomodo et quando conduci debebit vinum dicte extimacionis. *Capt. per ball.* LXXXVIIII.

Prima pars est de providendo super facto oley in hunc modum: — quod committatur doanariis quod non bulent alicui terrigene nec forensi volenti extrahere de Ragusio oleum ab I libra supra, nec accipere doanam de oleo ab I libra supra. Et commitatur portariis et iusticiariis quod debeant inquirire quemlibet extrahentem oleum, et si invenient aliquem extrahentem ultra libram I quod debeant accipere. Et quod committatur vendentibus oleum quod non debeant vendere oleum alicui volenti extrahere de Ragusio ab I libra supra, sub pena perdendi dictum oleum. Et hec pars durare debeat donec videbitur huic consilio *(cassum).*

Secunda est de claudendo oleum in totum quod non extrahatur. Et hec pars duret donec videbitur huic consilio. *Capt per* L.

DIE XVIIII FEBRUARII. Milgostus Staçonarius, Martinus de Sorgo in minori consilio facti fuerunt tutores heredibus Cranoe de Mateho.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum de auferendo pena que fuit clamata illis qui non soluerunt pro ratha galee videlicet quartam partem de pluri.

Nicola de Grede, Moretus de Luchari, Marinus de Goçe, Johannes de Grede in minori consilio facti fuerunt tutores heredibus Nixe de Luchari.

Mathias de Ribiça in minori consilio factus fuit procurator hospitalis.

DIE XXI FEBRUARII. In consilio rogatorum *ball.* XXXIIII. Prima pars est de accipiendo mutuo de perp. M. Nixe de Lucari pro solvendo centuram factam pro illo qui apportavit litteram domini nostri. *Capt. per omnes preter* I.

Prima pars est de mittendo ambaxiatam in Drina ad Voyslavum *(cassum).*

Secunda est de non. *Per ball.* XXXIII.

Prima pars est de mittendo ambaxiatam ad Voyslavum Catharum aut in terram Senchi in curiis, secundum quod placebit ambaxiatori comunis Veneciarum pro tractatu pacis. *Capt. per* XXVIII.

Prima pars de expectando ad elligendum ambaxiatam, donec habebitur responsio al ambaxiatore. *Capt. per* XXXIIII.

DIE XXII FEBRUARII. In consilio maiori *ball.* LXXV. Prima pars est de faciendo provisionem salynariis Stagni de eo quod ipsi petunt comuni de comodo salis, secundum formam predictorum *(cassum).*

Secunda pars est de non. *Capt. per* LV.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio super facto quistionis quam habet Çive de Ragotino cum Spalatinis,

de tenendo illum modum qui videbitur eis pro honore civitatis et pro bono ipsius Çive. Et de mutuando ei de pecunia comunis secundum consuetudinem pro faciendo expensas necessarias pro dicta quistione. *Capt. per* LXXII.

Prima pars est de accipiendo de frumento comunis, pro faciendo panaticam galee, staria C, quod solvi debeat de denaro, qui haberi debeat a salinaris Stagni in kalendis Marcii. *Capt. per* LXXIIII.

Marinus de Buçignolo, Matius de Resti, officiales supra panaticam galee, fuerunt confessi habuisse a masariis bladi comunis pro faciendo panaticam galee staria C frumenti.

DIE XXIIII FEBRUARII. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum quod tutores filie Niffici de Galloç debeant dare perp. M IICXXV dicte puelle, qui fuerunt restituti eisdem tutoribus per partem quondam Dragoe de Binçola mariti ipsius puelle in manibus ipsius Niffici patris sui, conservandi et tenendi per ipsam puellam et ad omnem requisicionem ipsorum tutorum eidem puelle restituendi; pro quibus perperis MIICXXV ipse Niffico debeat facere supra se et supra omnia bona sua instrumentum ad voluntatem ipsorum tutorum, pro omni cautela dicte puelle quomodo recepit ab ipsis tutoribus illam pecuniam et conservat pro sua filia supradicta *(cassum)*.

Item in eodem minori consilio captum et firmatum fuit de concedendo Milse Oporniça et Milath quod possint extrahere de Ragusio a V Star. inferius olei.

Item in eodem minori consilio captum fuit, quod dentur claves arsenatus magistro Marino de Jadra. Et assignentur sibi per scriptum omnes res comunis que sunt in arsenatu.

Maroe filius vite de Bachante in minori consilio se obligavit domino rectori ser Johanni de Bona et dicto parvo consilio, vice et nomine comunis de facere conduci Ragusium usque ad Pascha resurrectionis proximam, de partibus Romanie, staria frumenti IIIIC sine Dei et dominacionis impedimento, sub pena grossorum III pro quolibet stario. Et dictus dominus comes cum parvo consilio ex auctoritate eis data a maiori consilio promisit sibi dare grossum I pro quolibet stario de denaris comunis.

Qui Maroe conduci fecit staria CLIII secundum relacionem Palce de Palmota officialis, die IIII marcii. Item secundum relacionem dicti Palce staria CXVIII die penultimo marcii. Item conduci fecit staria LXVIIII. Item fecit conduci staria LXI secundum relacionem Palce de Palmota.

Cassum quia fuit satisfactus.

DIE XXVI FEBRUARII. In maiori consilio *ball.* LXXXXVII. Ser Jacobus de Mençe *ball.* L remansit rector pro mense marcii. Ser Marinus Junii de Mençe *ball.* LII. Ser Marinus de Baraba *ball.* LVI remanserunt capitanei guerre pro mense marcii.

Prima pars est de accipiendo muttuo illos perperos IIIC, quos dare debent salinarii Stagni massarie, propter complere armare galeas, et ipsos restituere de illis perperis MVIIICL quos dare debent salinarii Stagni in kalendis Marcii proximi. *Capt. per ball.* LXXXXV.

Ser Johanes de Tudisio, ser Petrus de Baxela, officiales ad tenendum claves carceris Çive de Buchia.

Eodem die. Prima pars est de accipiendo illos nauclerios, qui deficiunt galee, volentes ire de voluntate dando eis de soldo a perperis viii inferius ad mensem. *Capt. per ball.* lxxxxii.

Prima pars est, quod si antea quam ser Nicola de Çavarnigo revertatur a galeis, veniret Vlaco eius filio eundi Stagnum, quod non debeat ire cum illa muda, sed in sequenti muda ire debeat, si dictus eius pater veniret Ragusium. *Capt. per ball.* lxxx.

Die xxiiii februarii. Missa fuit littera Orse vicecomiti insularum, ut omni occasione remota debeat precipere et ordinare, quod omnes homines insularum qui debent ire per sortem cum ista muta galearum, debeant venire Ragusium usque per totum xx diem mensis predicti.

Lett. Com. Lev. 1361- 80.

Prima pars est de dando presbiteris ad presens ducatos iic pro parte solucionis illorum perperorum mille quos mutuaverunt comuni de denariis archiepiscopatus, qui ducati iic accipi debeant de illis perp. mviicv quos dare tenentur comuni salinarii Stagni in istis kalendis marcii. *Capt. per ball.* lxxxxii.

Prima pars est de obligando comune Ragusii et omnia ejus bona et singulares personas comunitatis Ragusii de dando et solvendo magnifico domino domino Nicolao de Çech, regnorum Dalmacie et Croacie bano pro completa solucione redemptionis Gradoe fratris Senchi in Jadra, aut ejus legiptimo procuratori, habeanti hanc obligacionem, usque ad duos menses

proximo venturos, ducatorum de auro octingentes, sub obligacione omnium bonorum dicti comunis et singularum personarum comunitatis Ragusii et ipsarum personarum. Sub eadem condicione teneantur illi qui fuerint contrapleçii comuni de solvendo ad terminum mensis I. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de recipiendo pleços infrascriptos comuni pro dicto Gradoe ad terminum I. *Capt. per omnes.*

Martolus de Volçe se constituit pleçus comuni de ducatis C auri pro Gradoe. — Cassus quia solvit ad terminum.

Vita de Goçe se constituit pleçus comuni de ducatis auri C pro Gradoe. — Cassus quia solvit ad terminum.

Blaxius de Grede se constituit pleçus comuni de ducatis auri L pro Gradoe. — Cassus quia solvit ad terminum.

Jele de Sorento se constituit pleçus comuni de ducatis auri XX pro Gradoe. — Cassus quia solvit ad terminum.

Rusinus de Glavato se constituit pleçus comuni de ducatis auri C pro Gradoe. — Cassus quia solvit ad terminum.

Michael de Babalio se constituit pleçus comuni de ducatis auri L. — Cassus quia solvit ad terminum.

Budoe Jebiach se constituit pleçus comuni de ducatis auri XXX. — Cassus quia solvit ad terminum.

Ruscus filius Nicole de Saracha se constituit pleçus comuni de ducatis auri IIC. — Cassus quia solvit ad terminum.

Stepe Çicurich et Neneç ejus frater se constituerunt pleçi de ducatis auri C ad medietatem se tenendo et tam minus quantum margarisium. — Cassus quia solvit ad terminum.

Centura I Gradoe predicti, quam dixit esse ponderis librarum sex pro ducatis L.

Item dictum consilium fuit confexum recepisse a Magistro Philippo Francisci de Jadra furnimentum unum argenti pro equo pro ducatis CXLVIII in pignore tali pacto, quod infra duos menses proxime venturos ipsum consilium debeat dare prefacto domino bano in Jadra, vel suo legitimo procuratori, prefactos ducatos CXLVIII vel furnimentum predictum, quod pro pignore dicte pecunie receperunt.

DIE XXV AUGUSTI. In consilio rogatorum *ball.* XXX. Prima pars est de mittendo in nomine Domini pro galea, ut veniat Ragusium et desarmetur, postquam pax est facta et firmata. Et quod illi de Stagno, qui sunt in galea, debeant remanere Stagni. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod decene non debeant plus custodire. *Captum per* XXVII.

In minori consilio captum fuit quod denari equorum comunis debeant esse Tuodori cancellarii pro parte solucionis eius salarii.

DIE XXVI AUGUSTI. *Rogatorum ball.* LXII. Rector pro Septembri: Ser Jacobus de Mençe *ball.* . . . Ser Clemens Thome de Dersa *ball. (cassi).*

Ser Johannes Pauli de Gondola *ball.* LV, remansit pro mense septembris proximo futuri.

Radich . . .[1] . . . In minori consilio sono campane *etc.* congregato, factus fuit scribanus de barchosio Bogoe Çugnevich de Calamota.

Consiliarii parvi consilii:

Ser Michael de Nicholiça *ball.* XLI, remansit consiliarius.

Ser Vita de Goçe *ball.* . . . . ., Ser Benessa de Benessa *ball.* XLII *(cassi).*

Prima pars est de faciendo unum vicecomitem de Breno et Çoncheto sicut fuit pro tempore retroacto, qui vicecomes sit nobilis de Ragusio, et tenere debeat unum famulum et unum equum et debeat habere de salario a comune pro uno anno quo erit vicecomes perp. LXXX.

Secunda pars est, quod debeat habere a comune pro uno anno perp. LXXX. *Capt, per ball.* LX.

Prima pars est de faciendo graciam Mathe de Mençe salinario, quod possit venire de Stagno Ragusium ad faciendum suas vendemias per dies VIII. *Capt. per ball.* XLII.

Die XXVI augusti. In consilio rogatorum *ball.* XXXI. Prima pars est de concedendo nostram galeam armatam Poverscho, ut portet illum in Budoa ad domum suam, si voluerit ire statim, et quod revertatur statim Ragusium dicta galea. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de ponendo penam de perperis C. capitaneo, consiliario et comitis galee pro quolibet, et de perperis XXV cuilibitet alteri dicte galee, quod debeant portare Budoam dictum Poverscum. *Capt. per omnes.*

Pale de Sorgo, Marinçe de Pabora ad custodiendum et tenendum claves carceris Çive de Buchia.

In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit, quod accipiantur mutuo de denariis affictuum domorum perp. IICL et mittere ipsos ad laborerium salinarium.

Antonius de Bonda factus fuit scribanus supra barcosio Perfce per minus consilium.

Bositchus . . .[2] factus fuit scribanus supra barcosio Climçe de Calamota per minus consilium.

In consilio rogatorum *ball.* XXXIII. Prima pars est de tangendo cum corda in martirio Vratoe de Litomilla *(cassum).*

Secunda est de non (cassum).

Prima pars est de scribendo comiti Stagni, ut examinet Sulle de la Ponta, qui aufugit de manibus illorum, quos habet in carceribus, ente sua custodia, vel de manibus aliorum. Et si inveniet quod aufugerit non ente custodia sua, quod liberet ipsos et dimittat, et si inveniet quod aufugerit de manibus ipsorum ente custodia sua, quod mittat ipsos Ragusium. Et si non fuerit culpabilis, quod scribat, qui fuerunt culpabiles de fuga illius. *Capt. per omnes.*

---

[1] [2] Nomina desiderantur.

Per minus consilium preceptum fuit illis de consilio rogatorum, quod nullus ipsorum recedat de Terra donec fuerit completum consilium, sub pena perperorum xxv.

Prima pars est de liberando illos II homines de Jurak, quos habemus in carceribus.

Die viiii septembris *ball.* lxii. Prima pars est de accipiendo illos II homines Poverschi, quos capitaneus culfi misit, ad tenenendum in destrictu et custodiendum secundum formam littere dicti capitanei. *Captum per* lviii.

Prima pars est de tenendo dictos II homines Povereschi in s. Marcho cum custodia II hominum. *Capt. per* xlv.

Marinus Lauriçe de Bodaça, Çiucus Pale de Sorgo, custodes Çive de Buchia.

Die x septembris. In maiori consilio *ball.* lxiiii. Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio posse assumere unum magistrum grammatice ad salarium comunis pro illo precio et salario et pactis et condictionibus et pro illo tempore quod videbitur dicto domino rectori et parvo consilio, dando sibi de salario a ducatis xxx et domo, inferius. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de tacendo pro modo de petendo de gratia domino nostro domino regi supra facto non maritandi nostras filias nepotes et sorores et ambitas extra terminos regni sui. Et similiter non accipiendi. *Capt. per* lxii.

Secunda est de petendo de gracia domino nostro domino regi posse maritare nostras filias, sorores, et nepotes et ambitas extra terminos regni sui, et similiter accipere posse uxores extra terminos regni *(cassum).*

Prima pars est de concedendo ambaxiatam illis de Dolçigno ad tractandum pacem intra ipsos et illos de Balsa. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de concedendo ambaxiatorem illis de Dolcigno volentem ire de voluntate, aut nobilem hominem aut religiosum ad expensas comunis, et habeat perperos xx de salario, et barcham, et equum et II famulos; et pro expensis habeat omni die grossos viiii. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de concedendo Milteno Dobrich mercatori posse portare de Narento ad Poncutem bestiaminis, cum hac condicione, quod solvat ius doane et obliget se conducendi tot quot portabit vel portari faciet Ragusium infra II menses; et si non faciet apportari Ragusium tot et ad dictum terminum, quod cadat ad penam grossorum III pro quolibet bestiamine *(cassum).*

Secunda est de non.

Die xi septembris. Micho de Nale de Prochulo in minori consilio sono campane *etc.* congregato factus fuit tutor Giuci filii naturalis quondam Marini de Dersa.

Eodem die. Magister Johannes de Foroiuli magister gramatice per minus consilium sono campane *etc.* congregato, auctoritate sibi data a

maiori consilio die x huius mensis, assumptus fuit ad docendum scolaros pro uno anno. Et debet habere a comuni de salario perp. LX et domum de pluri, cum hoc pacto et condictione, quod ipse possit accipere a quolibet scolari quem docuerit legere et scribere grossos II in mense. Et ab aliis scolariis quos docuerit gramaticam grossos II.

Die XIII septembris. In consilio rogatorum *ball.* XXX. Prima pars est de respondendo illis de Balsa excusando nos de eo, quod scripserunt nobis, quod fulcimus illos de Dolcigno, quod de hoc habuerunt malam informacionem, et quod non invenient hoc esse verum. Et non faceremus illud eis, quod non velemus nobis fieri. Et cum aliis pulcris verbis, que videbuntur convenire. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo illis de Dulcigno, quod non debeant impredire nostra navigia, nec nostros mercatores, nec mercaciones nostras nec nostrorum subditorum. Sed quia non possumus ita cito notificare qui sunt de Prisreno debitores nostri, vocari faciemus nostros mercatores debentes habere a Prisranis cum cartis vel scripturis, et dabimus eis sacramentum quantum habere debent. Et scribemus eis omnes per ordinem, ut ipse de Dolcigno sciant, qui sunt debitores nostrorum civium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dicendo Çive de Buchia, ut scribat Catharum, quod dimittatur filia Povereschi cum aliis suis hominibus Povereschi. Et quod expectabimus responsivam usque ad diem lune proximam. Et si non habebimus, quod liberata fuerit filia. Povereschi cum aliis suis hominibus captis per ipsos usque ad diem lune proximam, quod vocetur hoc consilium die martis. Et si cursores prius venient, prius vocetur hoc consilium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando Poverescho Scatorem I, quem habuit in Croacia Jache de Mençe, III facios freçarum et concedere licenciam Bielachape ut laboret ei. *Capt. per* XXVIII.

Die XV mensis septembris. In consilio rogatorum *ball.* XXX. Prima pars est de restitituendo Petro Pribilich salmas L salis, pro sale et sachis acceptis Vlachis, qui dicebatur esse sui. *Capt. per omnes.*

Die XVIII septembris. Marco de Nicoliça et Maçarello de Ancona data fuit licencia in minori consilio, sono campane *etc.* congregato, quod possint facere menam de blado.

Palçe de Palmota et Bono Menabro de Artona simili modo data fuit licencia in minori consilio supradicto, quod possint facere menam de blado.

Die XX septembris. In consilium rogatorum *ball.* XXX. Prima pars est de respondendo ambaxiatori Catarinorum oretenus, quod ad primum capitulum supra eo, quod dicunt, quod nostri ambaxiatores promisserunt imperatori et Voyslavo, quod Çive de Buchia illico liberaretur et quod ita continetur in pactis, quod hoc non fuit promissum nec ita continetur in pactis. Et ad secundum capitulum, quod respondeatur, quod sumus

contenti, quod tractent cum Poverescho, quod dictus Çive relaxetur, modo quo possunt, dummodo Povereschus contentus sit. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio de examinando, si scaba Bratani de Cataro fuit accepta tempore pacis, vel fuit sibi data fides. Et secundum quod, facere debeant. — *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mittendo pro ligno, quod est in illo mari et pro armis, que sunt in Stagno. Et arma, que fuerunt in illo mari tempore pacis, debeant remanere. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de examinando Vratoe de Litomilla cum corda. *Capt. per* xx.

Die xxi septembris In consilio maiori. Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio posse incantare et vendere doanam vini pro i anno pro meliori precio quo poterunt, cum pactis et condicionibus assuetis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio posse incantare et vendere doanam sancte Marie pro illo precio quo melius poterunt et cum pactis et condictionibus assuetis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de confirmando magistrum Christofalum pro uno anno cum salario consueto. *Capt. per* lxiii.

Prima pars est de confirmando Vidum Coraçarium pro i anno cum salario consueto. *Capt. per* lxiiii.

Die xxi septembris. In consilio maiori *ball.* lxv. Prima pars est de tirando galeas comunis in terram et de coperiendo ipsas. *Capt. per* lxiiii

Die xxiii septembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit de restituendo Bratano de Cataro scabam eius, que sibi accepta fuit in principio guerre, ex eo quod sibi data fuerat fides secundum examinacionem testium factam ex auctoritate consilii rogatorum.

Micoçius filius Laure de Bodaça, Andruscus filius Laure de Sorgo, ad tenendum claves carceris Çive de Buchia.

Die xxiiii septembris. *Rogatorum ball.* xxx. Prima pars est de bapniçando Bratoe de Kuchomila et Ruchomilla matre sua de tota Puncta Stagni et omnibus terminis suis et quod non possint adherere dicte Puncte per mare usque ad Punctam sancti Peregrini in bucha Stagni, et per terram usque ad Çaton sub pena admictendi oculos. Verumtamen libere possint stare in Ragusio, insulis Ragusii et eius districtu vel alibi, ad placitum ipsorum, preterquam in Puncta et suis terminis, cum condictionibus supradictis, et quod non possint navigare in illo mari de Stagno ex parte Tramontane, nec per terram se adherere ad Punctam ultra casale de Topolla sub dicta pena *(cassum).*

Prima pars est de bampniçando Vratoe de Lichomila et Lichomila matre sua de tota Puncta Stagni et omnibus terminis eius, et quod non possint adherere dicte Puncte per mare usque ad Punctam Sancti Peregrini in Bucha Stagni, et per terram usque ad Çaton, et quod non possint navigare in illo mari de Stagno ex parte Tramontane nec per terram se adherere ad Punctam ultra casale de Topolla, sub pena amictendi oculos. Verumtamen libere possint stare in Ragusio, insulis Ragusii et eius districtu vel alibi ad placidum ipsorum, preterquam in Puncta Stagni et suis terminis cum condicionibus supradictis. *Capt. per* XXVI.

DIE XXV DICTI MENSIS bampnitum per Milgost. Prima pars de confiniando de Puncta Stagni Peruse Burchina *(cassum).*

Secunda de non confiniando ipsum. *Capt. per* XXVI.

Prima pars de confiniando Priboe Burchina de Puncta Stagni *(cassum).*

Secunda de non confiniando ipsum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de confiniando Priboye Ogar de tota Puncta Stagni *(cassum).*

Secunda de non confiniando ipsum *capt. per omnes.*

Prima pars est de confiniando Pripçe Popovich *(cassum).*

Secunda pars est de non confiniando ipsum *(per omnes).*

Prima pars est de confiniando Goycum Popovich *(cassum).*

Secunda pars est de non confiniando ipsum *(per* XXVII).

Prima pars est de confiniando Goycum Bratanovich de Cernagora *(cassum).*

Secunda pars est de non confiniando ipsum *(per* XXVIIII).

Prima pars est de confiniando Bratoe Crischovich de Tersteniça — *(cassum).*

Secunda pars est de non confiniando ipsum *(per omnes).*

Prima pars est de confiniando Sladenum de Tersteniça *(cassum).*

Secunda pars est de non confiniando ipsum *(per* XXVIII).

Prima pars est de precipiendo Bratoe Chrischovich et Sladen de Tersteniça, quod non debeant ire Curçulam, nec ad insulam Curçule, nec habere aliquam societatem cum hominibus Curçule, sub pena de perperis XXV pro quolibet et qualibet vice, et quod non possint habere aliquid officium supra homines de tota Puncta Stagni, sub dicta pena de perperis XXV; et quicumque accusaverit eos, habeat medietatem dicte pene, si per ejus accusacionem veritas poterit reperiri, et tenebitur de credencia. *Capt. per* XXVI.

Factum fuit preceptum eodem die.

Prima pars est de confinando Michoilum de Trudenuscha de Stagno, cum omnibus condicionibus quibus confinari debet Vratoe de Lichomila. *Capt. p.* XXVI.

Prima pars est, quod praedicte partes capte de confinacionibus Vratoe de Lichomilla et Lichomille matris sue et Michoyli Trudenuscha et de preceptis que fieri debent Bratoe Chriscovich et Sladeno de Tersteniça sint perpetualiter durature, et quod nullus arrengare nec rogare possit in consilio, quod fiat aliqua gratia de premissis sub pena de perp. C pro quolibet et qualibet vice.

Die xxv septembris *ball.* lxxxxi. Rector: Sor Nifficus de Galoç *ball.* — Ser Nicolas de Sorgo *ball.* — *(cassi).*

Ser Vita de Sorgo *ball.* l remansit rector pro mense Octobris.

Judices: Ser Michael de Dersa *ball. 00.* d., Ser Nicola de Grede *ball. 00.* b., Ser Nifficus de Galloç *ball. 00.* c., Ser Blasius de Babalio *ball. 00.* a., Ser Petrus de Prodanelo *ball. 00.* f. *(cassi).*

Ser Johannes Pauli de Gondola *ball.* lxviiii, Ser Nicola Çive de Caboga *ball.* lvii, Ser Jacobus de Mençe *ball.* li, Ser Jacobus de Bona *ball.* lv, remanserunt iudices.

Ser Nicola de Çavarnigo *ball. 000.* e., *(cassus).*

Ser Marinus Junii de Mençe *ball.* xlviii, Ser Marinus de Baraba *ball. 000.* h., Ser Nicolaus de Saracha *ball. 000.* i., Ser Andreas de Benessa *ball. 000* k., Ser Johannes de Gondola *ball.* — *(cassi).*

Ser Nicolaus de Grede *ball.* non., Ser Andreas de Benessa *ball.* non., Ser Michael de Dersa *ball.* non., Ser Jacobus de Georgio, Ser Nifficus de Galoç, *(cassi).*

Ser Michael de Dersa *ball.* xlv. remansit iudex.

Ser Jacobus de Georgio *ball.* non., Ser Nifficus de Galoç *ball.* — *(cassi).*

Prima pars est de dimittendo homines Povèrescho ad fidem jurantes, quod non recedent de Ragusio, donec restitute fuerint omnes res accepte Andronico de Valona. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando licenciam Martolo de Volçe extrahendi miliaria xxvii Casey, et Francisco de Bodaça miliaria tria solvendo dacium pro miliario perp. v. — *Capt. per* lxxxv.

Consiliarii: Ser Blasius de Babalio *ball. 000.*, Ser Petrus de Buçignolo *ball. 000.*, Ser Vita de Goçe *ball. 000.*

Ser Petrus de Çereva *ball.* xlv, Ser Johannes de Tuidisio *ball.* xliiii, remanserunt consiliarii.

Ser Nicola de Grede *ball. 000.*

Ser Nicolaus de Saracha *ball.* xlviii, remansit consiliarius.

Ser Andreas de Benessa *ball. 000.*, Ser Pasche de Ragnina *ball. 000.*, Ser Michael de Bobalio *ball. 000.*

Ser Marinus de Baraba *ball.* xliii, remansit consiliarius.

Ser Grube de Ragnina *ball. 000.*

Ser Mateus de Proculo *ball. 000.*, Ser Volçus de Goçe *ball. 000.*, Ser Polo de Sorgo *ball. 000.*, Ser Nicola de Çavarnico *ball. 000.*

Ser Nifficus de Galoç *ball.* xliii, Ser Symon de Resti *ball.* xlii, remanserunt consiliarii.

Vicarius: Ser Mateus de Ribica *ball.*, Ser Junius de Slavçe *ball.* Ser Urse Niffichi de Bodaça *ball.*, Ser Grube de Ragnina *ball.*, Ser Mateus Marini de Ragnina *ball. (cassi).*

Ser Junius de Slavçe *ball.* xlvi, remansit vicarius.

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio de providendo Radoselavo Çiurbich de eo, quod ivit in Sclavoniam ad servicium comunis cum famulo ejus. *Capt. per omnes.*

Die i octobris. In consilio maiori *ball.* lxv. Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio posse dare scribano

doane maioris et doane beccarie illud salarium, quod videbitur eis pro I anno. *Capt. per omnes.*

Moretus de Lucari in minori consilio, ex auctoritate maioris consilii factus fuit scribanus duane maioris pro I anno cum salario perp. C.

Petrus filius Margi de Benessa in dicto minori consilio, ex auctoritate *etc.* factus fuit scribanus becarie pro I anno, cum salario perp. L.

Die II octobris. Nixa Niffici de Gondola et Climce de Bisti de Bona facti capitanei mensis octobris, quia iverunt Stagnum et noluerunt recipere officium capitanerie, in minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit quod solvere debeant perp. XX, quilibet ipsorum perp. X.

Kalende de Buçignolo et Georgio de Gleda tutoribus Georgii de Germano presentis et petentis in etate legiptima existentis, data fuit licencia in minori consilio sono campane *etc.* congregato, ut pro bono et utili dicti Georgii debeant concedere unam possessionem dicti Georgii in Breno, rusticis usque in quintam generacionem ad pastinandum et beneficiandum prout melius cum ipsis rusticis poterunt convenire.

Die IIII octobris. In consilio maiori *ball.* LXX. Prima pars est de faciendo graciam Martolo de Volçe posse portare sive mittere Venecias castratas bestias VIIC, cum hac condictione, quod ipse teneatur facere venire Racusium castratos IIICL de suis usque per totum hunc mensem. Et vachas L usque ad Nativitatem de suis, sub pena valoris dictorum castratorum et vacarum, et perperos C pro bampno. Et quod teneatur solvere doanam consuetam de illis castratis, quos mittet Venecias. *Captum per* LXIIII.

Die XVI octobris dictus Martolus fecit venire castratos IIC et vachas XV.

Die ultima octobris dictus Martolus fecit venire vachas XXX.

Prima pars est de faciendo graciam Michaeli de Babalio, quod possit mittere Venecias castratos IIIC usque ad II menses, cum hac condicione, quod ipse teneatur facere venire Ragusium castratos alios IIIC de sua raçione usque ad II menses sub pena valoris IIIC castratorum, et perperorum C de pluri pro bampno. Et teneatur solvere doanam dictorum IIIC castratorum quos mittet Venecias, et mittendo vel non mittendo Venecias dictos IIIC castratos, quod teneatur facere venire Ragusium ad dictum terminum castratos IIIC, sub dicta pena. *Capt. per ball.* LXII.

Die XVIII novembr. Marinus de Miltenus retulit, quod emit a Michaele de Babalio predicto de prefata racione in Ragusio castratos IICXII.

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, mittendi unum hominem Jadram cum I barcha ad portandum denarios pleçarie Gradoe et faciendum expensas necessarias pro dicta barcha et homine. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio posse accipere de denariis comunis unde eis melius videbitur perp. CC. pro solvendo domino archiepiscopo. *Capt. per* LXIIII.

Prima pars est de incipiendo nunc esse supra facta terreni comunis. *Capt. per* L.

Prima pars est de ponendo in manibus advocatorum comunis iura et examinaciones facta et factas ad cogitandum et videndum, quod eis videbitur fore faciendum, et cum illo quod viderint et cogitaverint venire debeant ad istud maius consilium die Sabati proxima, super facto terreni Breni, Çoncheti et Omble dati comuni. *Capt. per* LXVI.

Die III octobris. In minori consilio captum fuit, quod precipiatur ser Laurencio de Volcasso, quod non portet cum barcha sua Martolum de Volço sub pena perp. C. Et sic preceptum fuit ei.

Dicto die. In minori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit et firmatum, quod quecumque persona dare tenetur in dohana maiori veteri, non debeat recedere Ragusio nisi prius solverit sub pena solvendi quartam partem de pluri debito quod dare tenetur.

Marinus de Baraba fuit assumptus loco domini rectoris in quistione Marini de Bona cum Laurencio de Volcasso.

Die V octobris. Pasche de Rissa in minori consilio sono campane *etc.* congregato factus fuit scribanus ad curiam parvam pro I anno cum salario consueto.

In minori consilio, sono campane *etc.* congregato, ex auctoritate majoris consilii, captum fuit et firmatum de mittendo unam barcham quatriremem cum uno bono homine Jadram cum pecunia Gradoe domino bano.

Item in dicto consilio captum fuit de dando de salario prefato bono homini mittendo perperos X. Item in dicto minori consilio captum fuit de dando pro expensis dicta bono homini mittendo cum suo famulo, omni die grossos IIII.

Maroe de Sisa in dicto minori consilio fuit ellectus ad eundum Jadram cum pecunia supra dicta.

Nicola de Grede, Matias de Ribiça, Jacobus de Georgio in minori consilio sono campane *etc.* congregato, facti fuerunt extimatores terreni domine Perve Damiani de Buçignolo de Stagno, quia Marinus de Buçignolo propinquus dicte Perve dixit ipsum terrenum velle emere pro illa extimatione que fiet. —

Qui Nicola, Matias de Ribiça, Jacobus de Georgio die VIII octobris dixerunt, quod extimaverunt dictum terrenum perp. LXX coram domino rectore ser Vita de Sorgo et parvo consilio.

Die VI octobris. In minori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit et firmatum, quod quicunque habet aliquod in terreno et portu, a domo illorum de Gondola usque ad pontem lignorum debet abstulisse et expedivisse illum locum usque ad diem dominicam proxime futuram sub pena pe perperis XXV pro quolibet contrafaciente.

In nomine domini amen. Nos vita de Sorgo, rector Ragusii, cum parvo consilio dicte Terre, ex auctoritate nobis data a majori consilio,

comittimus tibi Marco de Sissa nostro dilecto civi de Ragusio, quod in nomine domini ire debeas nuncius pro parte nostra et tocius Terrae ad dominum banum Dalmacie et Crohacie in Jadram, et debeas solvere dicto domino bano si erit in Jadra, aut suo legiptimo procuratori, habenti obligacionem nostri comunis Ragusii, sigilatam cum sigillo comunis, ducatos auri VIIIICXLIII, videlicet DCCC ducatos pro dicta obligacione absoluta, et ducatos CXLVIII pro rescato fornimenti de argento, quod datum fuit in pignore nostro comuni. Veruntamen ante quam solvas dictos denarios, debeas facere tibi dare a dicto domino bano, aut a suo legiptimo procuratore, qui erit in Jadra, dictam obligacionem, quam habet sibi comune nostrum, et debeas ipsam apportare tecum Ragusii in manus nostras. Et facias tibi fieri poveiam securitatis de pecunia quam solvis.

Et si dicta obligacio non tibi dabitur, vel non invenies dominum banum in Jadra, vel suum legiptimum procuratorem, qui tibi daret ipsam obligacionem, et tu non debeas dare alicui persone aliquem denarium. Sed debeas ire coram dominacionem Jadre et debeas dicere: Domini, ego sum destinatus a dominacione Ragusii ad solvendum domino bano Dalmacie et Crohacie, aut suo procuratori legiptimo, certam quantitatem pecuniae pro una obligacione, quam habet ipse dominus banus supra comune Ragusii infra terminum, cum illis pactis et condicionibus, que continentur in dicta obligacione. Et quia non invenio dominum banum, nec suum legiptimum procuratorem in hac vestra civitate, qui debeat recipere dictam pecuniam, prout continetur in pactis dicte obligacionis, ego pro parte dicte mei comunis protestor coram vestram dominacionem, quod non sit mihi aliquod prejudicium de termino, infra quem debebatur solvi dictam pecuniam cum illa condicione, que est in dicta obligacione. Et de hac suplicor vestre dominacioni, quod debeatis mihi fieri facere publicum instrumentum. Et debeas tibi facere fieri unum instrumentum de isto suo protestu.

Et de presenti, cum applicueris Jadre et scies et presenties, quod non erit procurator legiptimus domini bani, qui debeat recipere pecuniam, et tu mitte litteram domino bano aut domine banisse significando qualiter applicuisti in Jadra ad solvendum pecuniam, ad quam se obligaverunt *(homines)* comunis Ragusii, quod sibi placeat mittere suum legiptimum procuratorem ad recipiendum dictam pecuniam et reddendam obligacionem et ad faciendum poveliam et ad faciendum finem et remissionem de receptione pecunie.

Et debeas exspectare responsionem, quam tibi faciet dominus banus aut domina banissa, et si tu expedies tuam comissionem, bene quidem; aliter, si tibi videbitur quod negocium vadat de longo, et non poterit in brevi expedire, et tu debeas mittere barcham Ragusium. Et scribas nobis ad presens de omni re quam facies. Et tu exspecta Jadre nostram responsionem.

Et scribas nobis de quibuslibet novis et specialiter de domino nostro et domino bano.

(Et in Dipl. Hung. Rag. n. 31.).
Lett. Comm. Lev. 1361—80. str. 46.

Die vii octobris. In consilio rogatorum *ball.* . . . Prima pars est de cassando guardianos portarium qui erant adiuncti. — *Captum per omnes.*

Prima pars est de mittendo lamentando domino bano Dalmacie et Croacie de eo, quod Phylippus de Nosdronia accepit. *Capt. per omnes.*

Die viii octobris. In maiori consilio *ball.* lxxv. Prima pars est, quod v iudices maioris curie debeant examinare, sentenciare et diffinire supra facto confinium terreni comunis cum specialibus personis *(cassum).*

Secunda pars est, quod fient alii iudices in isto consilio. *Captum per* lx.

Die viii ocrobris *ball.* lxxv: Prima pars est de faciendo in isto maiori consilio v nobiles examinatores, quibus non tangat secundum formam Statuti, qui debeant per sacramentum examinare totum illud quod eis videbitur ad examinandum tam pro iure comunis quam specialium personarum, supra facto confinium terreni comunis a Bielem usque ad Curilam. Et examinacionem quam fecerint debeant reducere ad istud consilium; quam examinacionem facere debeant usque ad dies viii *(cassum).*

Secunda pars est de faciendo x nobiles homines, quibus non tangat de confinibus terreni comunis, secundum formam statuti, qui debeant examinare et sentenciare et definire de confinibus comunis cum specialibus personis a Bielem usque ad Curilam. Et quicquid ipsi examinaverint, sentenciaverint et definiverint, sit firmum et perpetuo duraturum. Qui ire debeant ad loca confinium vocando partes. *Capt. per* lviii.

Prima pars est de dando terminum viii dierum istis x nobilibus hominibus eligendis supra facto terreni confinium, quod debeant fecisse examinacionem supra hec cum hac condicione, quod debeant omni die sedere in aliquo loco palacii ad examinandum vel ire ad loca confinium ad examinandum. Et quando sedebunt stare debeant ab hora nona usque ad vesperas, sub pena i ducati pro quolibet et qualibet vice. Et quod non debeant recedere de Ragusio usque ad dictum terminum sub dicta pena, salvo si velent ire extra confinia cum suis mercacionibus. *Captum per* lx.

Prima pars est de dando terminum x nobilibus eligendis supra facto terreni confinium, dierum xv ad sentenciandum et difiniendum facta examinacione. *Capt. per* lx.

Ser Micus Natalis de Proculo *ball.* xxxviiii, Ser Kallendas de Buçignolo *ball.* xxxviiii, Ser Vita de Restis *ball.* lv, Ser Nicola de Saraca *ball.* lv, Ser Vita de Bacante *ball.* lvii, Ser Dobre de Calich *ball.* xxxiiii, Ser Nifficius de Galoç *ball.* lvii, Ser Jacobus de Georgio *ball.* xlii, Ser Matias de Ribiça *ball.* lv, Ser Vitus de Tudisio *ball.* xliii.

Eodem die. Prima pars est, quod quicumque fuerit electus milex domini rectoris, possit reffutare sine pena. *Capt. per* lxi.

Prima pars est de faciendo graciam Vlaco Radoani extrahendi milliaria iiii sepi solvendo rectum doane.

Paulucius Sparius, Angelus de Maxio in minori consilio sono campane *etc.* congregato facti fuerunt tutores Boschi di Riffa.

Orse Niffici de Bodaça in dicto minori consilio factus fuit milex pro uno anno.

Dimitrius de Benessa, Çantho de Goçe in dicto minori consilio facti fuerunt ad tenendum claves carceris Çive de Bucchia.

Die xi octobris. In consilio rogatorum *ball.* xxxii. Prima pars est de vocando cras majus consilium supra facto istius littere, quam misit dominus imperator Sclavonie. *Capt. per omnes.*

Die xii octobris. In maiori consilio *ball.* lxv. Prima pars est de confirmando ordinem laboratorum et fabrorum sicut fuit prius. *Capt. per* lxi.

Die xii octobris. Officiales super laboratores possessionem ellecti per minus consilium: — Blasius de Babalio, Petrus de Mençe, Micus de Caboga, Pale de Sorgo, Nicola de Grede.

Die xiii octobris *ball.* lxii. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum posse tractare supra facto. Give de Buchia et quicquid trectaverint reducere debeant ad majus consilium ad confirmandum *(cassum).*

Secunda pars est de dando dictum arbitrium domino rectori et parvo consilio posse tractare supra facto Give de Buchia. Et quicquid tractaverint reducere debeant ad majus consilium ad confirmandum. *Captum per* xxxiii.

Prima pars est de dando bastaliis et laboratoribus salinarum Stagni de furmento comunis, usque ad completam eorum solucionem si voluerint. Et denari istius bladi debeant scribi ad salem post alios qui sunt scripti debere recipere de sale comunis. *Capt. per omnes.*

Die xiii octobris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum de solvendo yperperos xv pro faciendo tirari sive atrahi in terra tria ligna.

Die xiiii octobris. In maiori consilio *ball.* lxv. Prima pars est de mittendo i bonum hominem ad Povereschum ad procurandum et tractandum cum ipso, ut contentetur de recipiendo unum ex filiis Çive de Buchia loco ipsius Çive, et quod Çive liberetur de carceribus dando i ex filiis suis hic in Ragusio in manibus dicti Povereschi, cum hac condicione, quod ipse Çive, dante Povereschо filiam eius cum genero cum ii aliis suis hominibus, quod ipse Povereschо teneatur restituere filium Çive. Et si non restitueret, quod comune Ragusii teneatur adiuvare ipsum Çive, ut recuperetur ejus filius de manibus ipsius Povereschi sicut faceret pro quolibet cive Ragusii. Et quod comune Ragusii hec sibi promittat per litteram cum sigillo comunis, et per sacramentum debere atten-

dere, non intelligendo in istis II hominibus Povereschi, Prosieç. *Captum per* LI.

Prima pars est de dando licenciam Jacobo de Mençe, Matteo Marini de Ragnina, Unuçe de Matessa, ut possint se convenire cum aliis de decenis suis de partibus suis Stagni et Punte, de faciendo cambium vel de dividendo de novo, ut possint reducere partes suas adinvicem que sunt in pluribus locis. Cum hac condictione quod unus non addet alteri pecuniam, et quod illud cambium sit racionabile. Et quod hoc cambium sive dimissio inter ipsos fieri non possit sine II bonis hominibus qui dari debeant per minus consilium. *Capt. per* LXIII.

Pasche de Ragnina factus fuit ambaxiator ad Povereschum.

Die XV octobris XV indictio. Nos Vita de Sorgo, rector comunis Ragusii, cum parvo consilio, ex auctoritate nobis data a consilio maiori, comittimus tibi Pascha de Ragnina nobilis et dilecte civis noster, innoctescente die debeas ire ambaxiator ex parte nostra et tocius terrae ad Povereschum, et facta sibi salutatione ex parte nostra et tocius terre, sicut decet, debeas sibi presentare nostram literam credencialem.

Et quando ipse te volet audire, et tu ornatioribus et amicabilioribus verbis quibus poteris et tibi videbuntur, debeas sibi dicere: Civitas Ragusii vigilando et cogitando continue supra factis vestris sicut fidelissimi et carissimi amici vestri et cives pro honore et bono statu vestro, quem appetit sicut suum proprium, misit me ad vos ad tractandam liberacionem vestrorum captivorum pro excambio Give de Buchia, qui ad hoc vel ipsemet ordinet, ut vestri filia, gener et duo homines alii vestri, citius liberentur, contentatur dare unum filiorum suorum in Ragusio et de Ragusio in manus vestras, tali pacto et condicione, ut vos habitis filia, genero et duobus vestris hominibus supradictis, debeatis restituere filium dicto Give. Et quia hoc videtur honorabile et conveniens civitati Ragusii pro liberacione vestrorum captivorum et pro honore vestro, ideo dicta civitas Ragusina confortatur et rogat vos, ut debeatis supra hoc consentire, quia per alium modum cum vostro honore captivi vestri cito non poterunt liberari, et terrae nostre possent oriri scandala atque dampna, que displicerent vobis, tamquam nostro civi.

Et adgravetis ipsum et rogetis pro parte nostre civitatis, quod omnino condescendat ad ista, amore nostro ad hoc, quod lites et scandala oriri non valeant in nostra civitate. Et si consenserit, quod recipiat filium dicti Give et rogate ipsum, quod debeat ipsum tenere curialiter in suo castro sine vinculis, veruntamen faciat ipsum curialiter custodire, custodia delata ab hominibus suis.

Et si Poverschus dixerit tibi aliquid de liberacione Prussec, et tu debeas sibi respondere, quod nullo modo potest ordinari, quod ipse liberetur, sic quod de ipso non fiat mencio aliqualis, nam vestris aliis liberatis, vos estis ita valens et sapiens quo habebitis modum quo habeas dictum Prussec in manibus nostris.

Et quia omnia, que occurere poterunt tibi non possint dari particulariter in commissione, ideo tu, tamquam sciens intencionem civitatis, respondere debeas tamquam sapiens prout es in omnibus semper cum honore et salute nostre civitatis Ragusine.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol 47.

Die XIII octobris. In minori consilio captum fuit, quod quilibet qui solvere tenetur pro tachis galee, solvere debeat usque ad diem mercurii proximi sub penam dupli.

Die X octobris. Ser Johannes de Tudisio, ser Johannes Petri de Gondola, ser Jacobus de Mençe in minori consilio facti fuerunt ad inveniendum x domus rusticorum qui velint habitare in Gersiepesech.

Die XXI octobris. In consilio rogatorum *ball.* XXXI. Prima pars est de scribendo merchatoribus Narenti, quod debeant recedere cum rebus suis de foro Narenti et venire Ragusium sive Stagnum, infra terminum ipsis datum a Stjepcho Çicorich, verumtamen nullo modo debeant destruere domos suas, quas habent in dicto foro. Et si Stjepcho prorogaret illis terminum vel diceret aliud, debeant nobis significare *(cassum).*

Prima pars est de scribendo mercatoribus Narenti, quod nullo modo debeant destruere domos fori Narenti, nec ire ultra fluvium ad standum et negociandum cum rebus suis, sub pena de yperperis c pro quolibet contrafaciente et pro qualibet vice. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de consulendo per nostras literas mercatoribus Narenti, quod propter minas et verba et mandatum, que dixit eis Stiepcho Çicorich, debeant recedere de foro Narenti cum rebus suis et venire Ragusium sive Stagnum, quo eis placuerit melius, infra terminum per ipsum Stiepchum ipsis datum, excepto si ipse Stiepcho assecuraret eos cum rebus suis, quod nulla ipsis fiet novitas in dicto foro. *Capt. per omnes.*

Ser Nicola de Çavernicho, ser Johannes de Gondola, ser Marinus de Mençe, in minori consilio, ex auctoritate sibi concessa a consilio rogatorum, fuerunt facti officiales ad inquirendum modum inveniendi pecuniam necessariam comuni pro facto tributi et Barchosii Scallulini Scallola de Veneciis.

Die XXII octobris. In consilio rogatorum *ball.* XXXIIII. Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio faciendi excusacionem ad litteram et ambaxiatam domini bani Bossine et matris ejus per litteram cum pulchrioribus verbis, que eis videbuntur, et quod ambaxiatori respondeatur oretenus. *Capt. per* XXVII.

Prima pars est de respondendo domino bano Bossine et Sencho supra facto tereni, de quo missit dicendo per ejus nuncium oretenus, prout melius videbitur domino rectori et parvo consilio. *Capt per omnes.*

Pale de Goçe, Benessa de Benessa, facti fuerunt in minori consilio ad tenendum claves carceris Çive de Buchia.

DIE XXIIII OCTOBRIS. Ser Johannes Nicole de Gondola, ser Dobre de Mençe, ser Pasche de Ragnina, facti fuerunt in minori consilio sono campane *etc.* congregato, ad inquirendum et examinandum de omnibus rebus comunis que fuerunt ammisse a principio guerre usque ad finem guerre, quibus recomendate fuerint ubi sunt et a quibus detineantur.

DIE XXV OCTOBRIS. In consilio maiori *ball.* LXIIII. Secunda pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio posse subpignorare parvam domum lapideam comunis, que est a latere ponentis uni persone volenti mutuare perperos IIMIIIIC, cum hac condicione, quod affictus dicte domus sit illius persone que mutuabit dictam quantitatem pecunie; et quod ille mutuans non possit ipsam pecuniam petere usque ad duos annos, et quod incipiat annus a medio mensis Augusti proxime preteriti. Et si comune vellet illi persone restituere dictam pecuniam ante dictos duos annos quod teneatur ipsam recipere, et ipse debeat habere affictum dicte domus per raçionem temporis. Et ista persona est Petrus de Buçignolo. *Capt. per omnes.*

Prima pars est quod accipiantur de doana maiori a perperis IIC inferius pro expensis necessariis ad eundum ad terrena comunis, et pro aptacione galee, non obstante primo ordine facto de dicta doana. — *Capt. per* LVIIII.

DIE XXV OCTOBRIS *ball.* LXIIII. Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio posse elligere V provisores, qui debeant providere de hiis, que eis videbuntur fore necessaria pro fortificatione et conservacione Stagni et Punte, et unde posset haberi pecuniam pro facto dictorum fortificacionum. Et quicquid providerint reducerent ad istud majus consilium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, ut laborerium aque fratrum minorum compleaturi, quod denarii doane fontegi sint deputati solumodo pro dicto laborerio, donec fuerit completum. *Capt. per omnes.*

Ser Jacobe de Mençe, ser Blaxius de Babalio, ser Clime de Dersa, ser Michael de Caboga, ser Petragna Ilie de Bonda, provissores Stagni.

DIE XXVIII OCTOBRIS In maiori consilio *ball.* LXXX. Ser Michael de Babalio *ball. 0*, ser Nicola de Sorgo *ball. 0 (cassi).*

Ser Nicola de Çavarnigo *ball.* XLVII, remansit rector pro mense novembris.

Ser Michael de Babalio *ball. 0*, ser Petrus Blaxii de Mençe *ball. 0 (cassi).*

Ser Nicola de Saraca *ball.* LVIII, remansit procurator Sancte Marie.

DIE ULTIMA OCTOBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXXVI. Prima pars est de dando Srelez nuncio comitis Voyslavi perperos IIM tributi istius anni, secundum verba que dixit dominus imperator nostris ambaxiatoribus. *Capt. per* XXXIII.

Çiucus de Poza, Nixa de Caboga, ad tenendum claves filii Çive de Buchia.

Die vi novembris. In minori consilio, sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod dentur Ruse uxori Marini de Lusan pro eius nutrimento in anno ypperperos l

Die x novembris. In minori consilio, sono campane *etc.* congregato, captum fuit et firmatum quod nulla persona audeat vel presumat proiicere terram vel aliquam immundiciam prope portam de Pilis, nisi in Chetrune et ultra sanctum Laurencium; et a Chetrune citra in Ragusium proiicere non possit sub pena de perp. v pro qualibet persona et pro qualibet vice.

Item in dicto consilio minori captum fuit, quod precipiatur hominibus de Gravosio, quod die lune proxima ventura debeant planificare montes qui sunt facti de terra et immundiciis extra portam Pilarum.

Die xii mensis novembris. In consilio maiori *ball.* lxiiii. Prima pars est de faciendo guardiam cum iiii decenis omni nocte intus in civitate donec videbitur parvo consilio, sub pena consueta non venientibus ad custodiam. *Capt. per* lviiii.

Prima pars est de faciendi graciam Çinco de Uchsio extrahendi de Ragusio milliaria iiii casei salati de Narento, aut insularum, ad portandum Duracium, solvendo dacium doane consuetum. *Capt. per* lx.

Die xiii octobris. In minori consilio sono *etc.* congregato, captum fuit et firmatum, quod ponatur pena iudicibus x terreni confinium et advocatoribus comunis quatenus sub pena perperorum xxv debeant ante vesperas recesisse de Ragusio et ire ad eorum servicium.

Die xv novembris. In minori consilio *etc.* captum fuit et firmatum de dando licenciam Mençe Petri de Mençe, quod possit venire Ragusium si dimiserit Vitchum de Babalio loco sui in Stagno, aliter non.

Die xv novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxxi. Prima pars est de restituendo Maroe sorori de Bascha de Cataro res que sibi fuerunt ablate, videlicet ceram quam recomendaverat seu desposuerat in Ragusio tempore pacis. *Capt. per omnes.*

Die xvii novembris. In minori consilie sono *etc.* congregato, captum fuit et firmatum, quod Jacobus de Mençe, Blasius de Babalio, Clemens de Dersa, Michacius de Caboga et Petragna Helie de Bonda qui sunt facti provisores de Stagno debeant recedere de Ragusio et ire Stagnum, usque per totam diem dominicam proxime futuram sub pena de perperis x pro quolibet contrafaciente.

Die xviiii novembris. In consilio maiori *ball.* lxiiii. Prima pars est de faciendo disradicari statim quicquid est vel erit inventum fuisse plantatum in terreno olim Sclavorum nobis donato per dominum imperatorem Rassie, sicut fuit capta pars tempore quondam domini Marci Sovranzo in suo regimine. Et vicecomes Breni tum Çoppa, statim de-

beant disradicare, sicut fuerit signatum per iudices confinium dicti terreni. *Capt. per* LXIII.

Prima pars est de faciendo hic in isto minori consilio V officiales, qui debeant inquirere et examinare per totam Staream districti Ragusii, in omni loco, exceptis locis inquisitis et examinatis per X iudices, qui sunt ad diffiniendum de confinibus terreni nobis donati per dominum imperatorem Rassie, si aliquis de Ragusio occupaverit de terreno comunis Ragusii vel Sclavorum, et quicquid inquisiverint et examinaverint debeant reducere ad istud majus consilium *Capt. per* LVIII.

Ser Vita de Sorgo *ball. — (cassus).*
Ser Marinus Junij de Mençe — *ball.* XLIII.
Ser Andoas de Benessa — *ball.* XLVIIII.
Ser Grube de Ragnina *ball. — (cassus).*
Ser Nicola Andree de Sorgo — *ball.* XLIII.
Ser Laurencius de Volcasso — *ball.* XLV.
Ser Dimitrius de Mençe — *ball.* XLVIII.
Ser Nale de Proclo *ball.* — Ser Nixa de Pale de Sorgo *ball.* — Ser Pale de Sorgo *ball.* — Ser Nixa de Prisliça *ball.* — Ser Grube de Mençe *ball.* — Ser Marinus de Slavçe *ball.* — Ser Pasche de Thano — Ser Stjepe de Baraba — *(cassi).*

Prima pars est de faciendo gridari in locis consuetis, quod quicunque fuit dampnificatus in suis possessionibus Astaree tempore guerre, propter quam dampnificacionem debeat aducere vinum de foris ad civitatem Ragusii, et non est extimatum suum dampnum, debeat se presentare officialibus supra hoc deputatis, infra dies VIII proximas futuras ad faciendum extimari suum dampnum, et si non se presentaverit infra dictum terminum octo dierum, elapso dicto termino non debeat audiri. *Capt. per omnes.*

Die XVIII novembris. In minori consilio, sono *etc.* congregato, captum fuit et firmatum, quod scribatur litera comiti Stagni, ut debeat precipere Mathe de Ribiça, Pasche de Bonda et Laurencio de Bodaço, ut infra tres menses proxime futuros, postquam habuerunt mandatum, debeant venire Ragusium sub pena de perperis XXV pro quolibet. Et si non venerint, quod debeant solvere penam.

Die XX novembris. In minori consilio sono *etc.* congregato, captum fuit et firmatum de faciendo graciam Mençe, ut possit extrahere de Stagno per mare cum una barcha Ragusii illud vinum quod emit.

Ser Johannes N. de Gondola, ser Laurencius de Volcasso, ser Vita de Goze, ser Junius Bisti de Bona electi fuerunt in minori consilio ad eundum salutandum dominum regem Cipri.

Die XV novembris. Sorori quondam Bogoe Tarach in minori consilio, sono *etc.* congregato, captum fuit et firmatum de donando perperos XX pro maritacione.

Die XXVI novembris. In maioris consilio *ball.* LXII. Ser Nicola Andree de Sorgo *ball.* XXXVIII, remansit rector pro mense decembris proximo futuro.

Ser Savinus de Bonda *ball.* xxxiii, ser Jacobus de Georgio *ball.* — *(cassi).*

Prima pars est, quod post solucionem quam debent recipere mercatores et thesaurarii de introytu salis . . . naulis et expensis bastasiorum, de primis denariis ipsius salis debeant dare domine Yele uxori quond. Marini de Dersa perp. mille, si ipsos voluerit recipere et perp. vic Simcho filio quondam Mathe de Benessa pro restitucione pecunie quam debent recipere a comuni, restituendo istos perp. mvic pro rata ipsis Yele et Simcho. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, ut possunt recipere a dohana maiori usque ad summam ypperperor. ducentorum pro serviçio galearum, et dando pro expensis iudicibus confinium non obstante ordine quod est factus de dohana. *Capt. p.* lxi.

Prima pars est, quod quicumque officialis comunis steterit extra civitatem Ragusii per unum mensem continuum tempore sui officii, debeat privari dicto officio pro illo anno, usque ad festum sancti Michaelis et alius in dicto officio loco sui eligatur et fiat. *Capt. p.* xlvii.

Die xxiii novembris *ball.* — Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum, quod ipsi debeant mittere sigilla que petuntur per partem domini nostri regis, prout eis melius videbitur et placebit pro honore domini nostri predicti et bono statu civitatis Ragusine, ut majus et generale consilium facere posset. *Capt. per* lxviii.

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, quod recipiant ad salarium comunis iii tubatores, videlicet patrem cum duobus filiis pro illo precio quod ipsis videbitur et placebit. *Capt. per omnes.*

Dicto die. In minori consilio ex predicta auctoritate ipsis data a maiori consilio Siminus de Monolo, Johannes suus filius, Ciccus eius filius tubatores recepti fuerunt ad salarium comunis ad racionem de duobus ducatis pro quolibet in mense, cum vestimento sicut habebunt alii precones et quod ipsis detur una domus pro stando ad expensis comunis. Qui incipiunt servicium a primo die mensis decembris proximo futuro.

Die xxiiii novembris. *Rogatorum ball.* xxxii. Prima pars est de mittendo Theodorum cancellarium Jadram cum sigillis ad dominum Catonem apponendis carte unionis domini nostris regis cum ducibus Austrie, secundum mandatum domini nostri regis, cum commissione ipsi Theodoro danda. *Capt. per* xxviiii.

Die iii mensis decembris. Anno domini millesimo iiic lxii. Ind. xv. Nos Nicola de Sorgo, rector comunis Ragusii, cum minori consilio et consilio rogatorum, ex auctoritate nobis data a consilio maiori, committimus tibi Theodoro nostro cancellario Ragusino, quod in nomine Domini, ex parte nostra et tocius civitatis Ragusine, debeas ire personaliter Jadram ad venerabilem et circumspectum virum dominum Catonem cappellanum et specialem nuncium domini nostri regis, et facta sibi reverencia, sicut

decet, debeas sibi assignare nostram literam, quam sibi mittimus. Et quando ipse audienciam tibi dabit, tu debeas sibi dicere: — Dominus noster, dominus rex Hungarie precepit, per suam literam specialem suo magno sigillo sigillatam, archiepiscopo et universitati hominum sue civitatis Ragusine, ut recepta ipsa litera, statim deberent ad vos mittere in Jadram eorum sigilla apponenda cuidam carte seu membrane de perpetua liga, confederacione et indissolubili unione, quam dominus noster rex Hungarie supradictus fecit cum dominis ducibus Austrie pro tranquilliori statu et comodo pacifico regnorum suorum, prout inter eundem dominum regem et dictos dominos duces, de apponendis sigillis suorum subditorum, carte seu membrane ipsius lige est ordinatum. — Et vos, domine Cato, apposite super hujusmodi negoçio scripsistis per vestras literas eidem domino archiepiscopo et dicte civitati Ragusine, ut infra terminum xv dierum a presentacione literarum dicti domini nostri regis ipsis fienda, in antea nunciandum, omnia ipsorum sigilla autentica vobis deberent mittere in civitate Jadre, apponenda carte seu membrane lige seu unionis prefate. Similiter et dominus banus Dalmacie per suas literas precepit comunitati civitatis Ragusii supradicte, ut mandatum domini nostri regis et vestrum mandatum, prout tenetur dicta comunitas, effectualiter adimplendo sigilla prelatorum, abbatum et infulatorum sub juridictione Ragusii consistencium, cum sigillo ipsius comunitatis Ragusii deberent ad vos pro premissis mittere infra terminum per vos dicte comunitati in vestris literis assignatum.

Pro quibus quidem mandatis factis eidem comunitati Ragusii a domino nostro rege predicto, domino bano et vobis, ut superrius est expressum, comunitas Ragusina cupiens ipsa mandata et singula ipsius domini nostri regis, prout tenetur, viriliter adinplere, mictit me ipsorum cancellarium licet indignum ad vestram paternitatem cum omnibus sigillis auctenticis prelatorum et comunitatis ejusdem, ultra que allia sigilla autentica in tota comunitate et districtu Ragusii ullatenus reperiuntur, ut eadem sigilla ego apponam vel appendam carte seu membrane predicte, iuxta mandatum domini nostri regis, ipsius domini bani et vestrum. Et procura, quantum poteris, meliori modo quo sciveris, videre cartam sive membranam et legere ipsam, ubi apponentur sigilla, ut scias nobis tenorem ipsius manifestare et tunc, si inveneris novitatem in illa carta quantum si non, contra nostram libertatem, debeas facere voluntatem ipsius domini Catonis. Et si dominus Cato noluerit dare tibi ad legendum dictam cartam, vel ad apponendum sigilla manibus tuis, et tu debeas sibi dare sigilla, ut ipse faciat in omnibus et per omnia, sicut sibi videbitur et placebit; quibus sigillis tibi restitutis, debeas statim Ragusium remeare cum suis literis responsalibus videlicet domini Catonis.

Cfr. Diplomatarium Ragusanum pag. 39—40.

Die ii decembris. *Rogatorum ball.* xxx. Prima pars est de eundo die lune proxima futura ad majus consilium celebrandum cum ista parte, videlicet quod illis qui emerunt possessiones Catharensium restituendas, debeant dare x pro centenario ad terminum unius anni, et debeant habere istud utile a die qua dederunt suos danarios comuni, usque quo habebunt completam eorum solucionem et pro restituendis ipsis emptoribus denariis suis, debeat ipsis dari usque ad completam solucionem ipsius

introitus gabelle vini, qui erit a festo sancti Michaelis proximo futuro ultra.

Prima pars est quod commissio facta Theodoro, que nunc fuit lecta stat bene. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de permittendo ire I nuncium domini archiepiscopi cum Todoro Jadram cum sigillis. *Capt. per omnes.*

Die III decembris. In consilio rogatorum *ball.* XXX. Prima pars est quod commissio facta Theodoro, que nunc fuit lecta, stat bene. *Capt. per omnes.*

Die IIII decembris. *Rogatorum* XXXI. Prima pars est de permittendo ire I nuncium domini Archiepiscopi cum Theodoro Jadram cum sigillis. *Capt. per omnes.*

Die V mensis decembris. In consilio rogatorum *ball.* XXXIII. Prima pars est de accipiendo domos illorum de Cataro de manibus illorum, quibus vendite fuerunt, et assignare illis, qui emerunt ipsas domos, doanam vini in pagamentum a sancto Michaele proximo futuro in antea. Cum hac condicione, quod dicta doana non possit accipi de manibus ipsorum, modo aliquo vel ingenio, donec habuerint eorum solucionem cum integritate. Et quod debeant habere decem pro centenario ad terminum unius anni a die quo fecerunt solucionem dictarum domorum, donec habebunt totam suam solucionem. Et si aliquis dictorum emptorum fecisset aliquas expensas in dictis domibus, quod debeant eis satisfieri intelligendo, quod denarii custodium mensis et perperis VCL, qui dantur ecclesie sancti Blasii debeant extrahi de dicta doana pro solucione dictorum custodum et dicte ecclesie sancti Blasii. *Capt. per* XXXII.

Die VIII decembris. In consilio maiori *ball.* LXVII. Prima pars de elligendo unum inquisitorem sive examinatorem qui defficit loco domini rectoris *(cassum).*

Secunda pars est de differendo ad elligendum dominum examinatorem. *Capt. per maiorem partem.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio accipiendi unum bonum hominem expenditorem sive seneschalchum ad annum, qui tenere debeat claves carcerum et habere curam de rebus castri, per illum modum et cum illo salario qui placuerit dicto domino rectori et parvo consilio. *Capt. per omnes.*

Blasius de Babalio, Lauriça de Bodaça, Mateus de Resti in minori consilio facti fuerunt ad inveniendum homines volentes habitare in Gersiepiesech.

Die VIIII decembris. Yvano de Sorgo in minori consilio sono campane more solito congregato, data fuit licencia posse vendere quamdam suam ladiam Draxoe petrario de Cataro sine aliqua pena.

EODEM DIE. Stanoe Sceretich de Ombla cum filiis suis, in minori consilio sono *etc.* congregato, fuit data licencia posse accipere de I possessione Puncellarum in Çoncheto ad medietatem.

DIE X DECEMBRIS. *Rogatorum ball.* XXXII. Prima pars est de faciendo responsionem isti ambaxiatori domini imperatoris, sicut arrengatum fuit hic, et ipsum rogare, quod expectet aliquibus diebus, quia amore dicti domini imperatoris intendimus mittere I hominem nobilem ad Povereschum ad inquirendum et procurandum cum ipso quantum poterimus, quod ipse debeat relaxae filium Çive de Buchia, qui est in manibus Povereschi et non in nostris. Et si poterimus hoc facere, erimus multum contenti amore domini imperatoris. *Capt. per omnes.*

DIE XI DECEMBRIS. In maiori consilio *ball.* LXI. Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio elligendi I nobilem hominem ad mittendum ad Povereschum pro facto filii Çive de Buchia, et faciendi expensas a perperis C inferius, et cum illa commissione, que videbitur eis. *Capt. per* LVII.

Secunda pars est de dando istud arbitrium parvo consilio cum consilio rogatorum *(cassum).*

Jacobus de Mençe ambaxiator.
Jacobus de Sorgo doanerius.
Laurencius de Volcasso rogatorum.

DIE XVIIII DECEMBRIS. Radan Merdolich in minori consilio sono *etc.* congregato assumptus fuit familiarius rectoris.

DIE XX DECEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXX. Prima pars est de differendo ad faciendam responsionem Duracinis usque ad post festum nativitatis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de responendo illis de Spaleto per modum, qui fuit racionatus in isto consilio, videlicet de modo retento in divisione facta de Punta videlicet quod cuilibet patrifamilie data fuit I pars et homini etatis legiptime, qui non fuit paterfamilias, pars. Et cuilibet non etatis legiptime quarta de parte. *Capt. per* XXVII.

DIE XXII DECEMBRIS. In minori consilio sono *etc.* congregato, captum fuit et firmatum de dando staria XL frumenti pro ypperperis LX qui debent solvi illis qui fecerunt panaticam comunis.

DIE XXVIII DECEMBRIS. In minori consilio sono *etc.* congregato data fuit libertas tutoribus heredum Ivani aurificis, quod ipsi possint dare filie dicti Ivani que est nupta Toncho filio Uteseni centuram I argenti, et coronelam I et çerçelos auri.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum ex auctoritate eis data a maiori consilio de dando de salario illi qui fuerit electus Senescalcus sive expeditor domini rectoris perp. LX et quod debeat habere expensas a rectoribus de ere in anno.

Vlacus de Meorino factus fuit Senescalcus sive expenditor domini rectoris.

In minori consilio *etc.* congregato, captum fuit et firmatum de dando advocatoribus comunis ius eorum de condempnacionibus factis tempore ser Nicole de Çavarnigo rectoris.

Ball. LXVII. Ser Vita de Resti *ball. 0 (cassus).*

Ser Savinus de Bonda *ball.* XXXII remansit rector pro mense Januarii.

Ser Jacobus de Georgio *ball. 0 (cassus).*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse accipere de primis denariis doane majoris usque ad perperos IIIC pro aptando et coperiendo galeam, et pro aptando arma comunis. — *Capt. per* LII.

Prima pars est de elligendo tres nobiles homines qui debeant videre, quid expedit emere pro galea, et unde possint haberi denarii necessarii pro emendis electis rebus. Et quomodo debeant fieri officiales supra arma, et cum quo ordine. Et quicquid ipsi invenerint, reducere debeant ad istud majus consilium. *Capt. per omnes.*

Jacobus de Georgio, Marinus Junij de Mençe, Kallendas de Bucignolo provisores.

Tutoribus heredum Ivani aurificis in minori consilio sono campane *etc.* congregato data fuit licencia possedare pro expensis dictis heredibus in anno, et avie ipsorum que stat cum ipsis et pro famulis perp. LX. Et si dicti tutores locabunt filium maiorem dicti Ivani allicui magistro, quod dare debeant pro expensis aliorum perp. L.

DIE XXX DECEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXXIII. Prima pars est de mittendo I hominem de populo ad castelanum Desne ad sciendum, qua de causa interfecit nostros homines et percussit, et ad faciendum restitui res acceptas per ipsum nostris navigiis. *Capt. per omnes.*

DIE ULTIMA DECEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXXII. Prima pars est de mittendo I bonum hominem de populo ad Sencum et Gradoe rogando ipsum, quod debeat consulere et dare ejus adjuvacionem nostris mercatoribus, qui sunt Sub-Visochi, quod possint secedere inde cum eorum securitate cum rebus eorum. Et quod mittatur prius I cursor dictis mercatoribus, ut II vel VII ex ipsis venire debeant ad Sencum et ponere se cum dicto nostro nuncio. Et componere cum Sencho de scorta et de equis eis necessariis per meliorem modum quem poterint. Et quod, si Senchus vel Gradoe non velet dare scortam, quod consulemus eis, ut se reducere debeant in I castrum domini bani, in quo potuerint. Et quod non debeant ire ad aliquem baronem. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse elligere I bonum hominem de populo ad mittendum ad Sencum et ad Gradoe, et de expensis faciendis sibi necessariis.

In minori consilio captum fuit de dando nuncio elligendo de salario perperos VI. Et II famulis perperos IIII.

Pripçe Ucolçich fuit ellectus ad eundum ad Sencum.

Die v mensis novembris. Ex parte domini rectoris ser Nicolo de Çavernicho et suorum juratorum judicum ser Johannis de Bona, ser Michaelis de Dersa et ser Jacobi de Mençe, ad peticionem Vlachi et Vitani egipciorum, misse fuerunt litere citatorie per cursores infrascriptos Radeno Bratoslavich aurifici de Ragusio, quatenus infra dies v a presentacione presencium illi fienda, in antea nunciandos conparere debeat personaliter coram domino rectore et sua curia in civitate Ragusii, responsurus prefatis egipciis asserentibus sibi dedisse in depositum corigias viii magnas argenti, quas petunt sibi restitui ab eodem Radeno; alioquin ipsius Radeni contumacia vel absencia non obstante, procedetur contra ipsum Radenum, prout postulat ordo iuris; et de presentacione ipsarum literarum dabitur plena fides iuratis cursoribus et nunciis infrascriptis, videlicet Pribillo Çurçovich et Petcho Stancevich.

Die xxi novembris misse fuerunt alie litere similes dicto Radeno.

Die iii decembris. A. domini mccclxii Ex parte domini rectoris ser Nicolai de Sorgo, honorabilis rectoris comunis Ragusii, et iuratorum iudicum ser Johannis Pauli de Gondola et ser Nicole G. de Caboga ad peticionem Vite de Goçe misse fuerunt litere citatorie per infrascriptos cursores Vole filio Marislave de Sesa, ut infra terminum unius mensis, a presentacione ipsarum literarum ipsi finita, in antea nunciandum, ipse Vole personaliter, vel per suum legiptimum procuratorem debeat Ragusii iudicio conparere, responsurus dicto Vite de Goçe super eo, videlicet quod ipse petit tria millia yperperorum sibi restitui cum vigore a dicto Vole, in quibus yperperis ipse Vole apparet debitor dicto Vite per quoddam instrumentum publicum scriptum manu Goffredi iurati notarii comunis Ragusii in anno domini mccclviii ind. xii die iiii octobris, alioquin ipsius Vole contumacia vel absencia non obstante procedetur contra ipsum, prout iuris ordo postulat et requirit. Et de presentacione ipsarum literarum ipsi Vole fienda dabitur plena fides cursoribus infrascriptis.

Die ultima decembris. Cranze Cursor, Radissa Cursor coram domino rectore ser Nicola de Sorgo et iuratis iudicibus ser Johannes Pauli de Gondola et ser Nicola de Caboga per sacramentum testificaverunt, quod ipsi presentaverunt suprascriptis Vole et Bugarino litteras suprascripti tenoris die xvi mensis decembris.

Die ii mensis aprilis. Secunda indictione. Bosiccho Ivanovich de Calamota coram domino rectore ser Jacobo de Georgio et parvo consilio, sono campane more solito congregato, dato sibi sacramento dixit se presentasse literas predicti tenoris dicto ser Paulo Quirino in Veneciis in Rivoalto, presentibus Luca Givagovich et Giucho Daboevich, sunt ellapsi dies xxii vel circa. Qui Giucho et Luxa in eodem instanti dato ipsis sacramento dixerunt illud idem.

Eodem die. Ex parte ipsius domini rectoris et dictorum iudicum simili modo ad peticionem ipsius Vite de Goçe fuerunt misse litere citatorie Bugarino de Ragusio, ut infra terminum unius mensis a presentacione presencium ipsi fienda, in antea nunciandum, debeat similiter personaliter

vel per legitimum procuratorem comparere in iudicio in civitate Ragusina, responsurus dicto Vite de Goçe super eo, videlicet quod produxit unum instrumentum puplicum manu Goffredi scriptum, per quod apparet, quod ipse Bugarinus tenetur ipsi Vite dare iperperos vlxxx, ut restituat sibi dictos iperperos cum vigore, prout dictus Vita petit, alioquin, ipsius Bugarini contumacia vel absencia non obstante, procedetur contra ipsum, prout iuris ordo postulat et requirit, de quarum literarum presentacione, ipsi Bugarino fienda, infrascriptis cursoribus dabitur plena fides.

1363.

Die ii januarii. miiiclxiii. Indict. prima. In minori consilio sono *etc.* congregato captum fuit et firmatum, de confirmando expensas quas fecit Martinus de Georgio in domo quam emerat a comuni, qui in dicto consilio fecit racionem per singulum, et repertum fuit quod ipse expendiderat in summa perp. iicxxxvi grossos vii et follaros xxii. Et dato sibi sacramento si expendiderat tantum iuravit, quod expendiderat a perperis iicxliii, gross. vii et follaros xxii supra.

Item captum fuit in consilio de dando dicto Martino pro labore suo perp. x supra perp. iicxliii, gross. vii foll. xxii.

Qui Martinus assignavit in dicto consilio in expensis suprascriptis modia viiclxxxxiiii calcine, quam sibi dare tenetur Nixa petrarius.

Die iii januarii. Priboe de Turdeno, Radetcus Petrovich, in minori consilio sono *etc.* congregato, facti fuerunt tutores heredum Mileni Petrovich iuxta matrem ipsorum.

Die iiii januarii. In maiori consilio *ball.* lxiii. Prima pars est de accipiendo de massaria bladi staria xl pro solvendo illis a biscoto, et scribere denari dictorum xl staria ad salem post mercatores. — *Capt. per* lxii.

Prima pars est de dando comuni Laguste in credencia staria c frumenti pro grossis xviii starium, usque ad sanctum Michaelem proximum, si ipsi voluerint pro illo precio accipere. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse confirmare capitula comunis Laguste per illum modum qui videbitur parvo consilio. *Capt. per* lxii.

Prima pars est de dando arbitrium rectori et parvo consilio, posse facere terminum Rochoe Çelugovich de Ponicue de condempnacionibus suis per illum modum qui videbitur dictis domino rectori et parvo consilio. *Capt. per omnes.*

Die iiii januarii. Domagna de Mildrago pitropo marini de la Ortera data fuit licencia in minori consilio, quod ipse possit et debeat dispensare pro anima ipsius Marini de denariis quos habet usque in perp. c

pro quarto. Et si plus reperiret de quarto, dispensare possit, extracta prius dote eius uxoris.

DIE V JANUARII. Michael de Dersa, Johannes Pauli de Gondola, Jacobus de Gondola, in minori consilio sono *etc.* congregato, facti fuerunt tutores heredum quondam Maroe de Çive de Gondola.

DIE VII JANUARII. Ser Jacobus de Georgio, ser Mate de Ribiça, ser Pasche de Bonda, in minori consilio sono *etc.* congregato facti fuerunt ad dividendum partes comunis inter illos quibus date sunt in cambium pro partibus eorum de Gersiepesech secundum qualitatem et bonitatem terreni et vinearum sibi acceptarum.

Ser Johannes de Tudisio electus fuit vice-rector in questione quam Maroe filius Çiue de Prech movere intendit tesaurariis sancte Marie.

DIE XII JANUARII. In consilio maiori *ball.* LXII. Prima pars est de accipiendo mutuo de denariis illorum de Gambe qui habere debent de doana vini ducatos IIC, et mittere emptum romeçium pro galeis, et ponere ad incantum viavia bona illorum qui dare tenentur comuni pro galeis, et vendere usque ad completam solucionem eius quod dare tenent. Et ipsos ducatos IIC restituere de dictis denariis, dictorum debitorum comunis. *Capt. per* XLI.

Prima pars est de accipiendo de doana maiori denarios salarii comitis Stagni et capetanei Tresteniçe, sicut accipiunt denarios salarii rectoris, famulorum et ripariorum. *Capt. per* LXIII.

Capitaneus Tresteniçe.

Ser Blaxius de Caboga *ball.* XXXII remansit capitaneus Tresteniçe.

Ser Grube de Ragnina *ball.* — Ser Maroe de Ragnina *ball.* — *(cassi).*

DIE XIIII JANUARII. Nicola de Saracha, Johannes P. de Gondola, in minori consilio captum fuit et firmatum, quod debeant vendi prius de bonis Michaelis de Binçola pleçii Petri de Poça qualiter de principali debitore.

Item in dicto minori consilio captum fuit, de eundo die lune proxime ad consilium rogatorum pro facto abbatis Crome, et pro ambaxiata Maroe de Biutcho.

DIE XVI JANUARII. In consilio rogatorum *ball.* XXX. Prima pars est de mittendo nos conquerendo domino bano Dalmacie et Croacie per cartam de novitatibus et arobatis, quas nobis fecerunt Philippus de Nosdronia et illi de Desna. *Capt. per* XXIX.

Prima pars est de faciendo III nobiles homines ad inquirendum omnia iuria et consuetudines que habet civitas Ragusina ad monasterium de la Croma, de quibus predicti nobiles debeant informare dominum archiepiscopum Ragusinum, et similiter de modo inveniendi et ordine que observabantur pro temporibus retroactis in dicto monasterio per abbates ipsius, et de quantitate monachorum et pauperum qui mittebantur in dicto mo-

nasterio; et similiter dicti III nobiles debeant inquirere per meliorem modum quem poterunt de quantitate introituum quos habuit frater Nicolaus prius abbas dicti monasterii, et quomodo illos introitus tenuerat. Et de premissis habito colloquio cum domino archiepiscopo et modo et informacione quam debeant teneri supra premissis reperendis debeant venire ad istud consilium. *Capt. per omnes.*

Ser Nicola de Çavarnicho, ser Jacobus de Mençe, Ser Marinus de Baraba in minori consilio sono *etc.* congregato facti fuerunt ad inquirendum et faciendum prout supra continetur.

Die XX januarii *ball.* LXX. Prima pars est de dando libertatem consilio rogatorum, ut possit mittere ambaxiatores comiti Voyslavo ad tractandum et componendum caram amiciciam et sincerum amorem secum, et ad expendendum circa premissa, et inveniendum pecuniam necessariam pro premissis et generaliter omnia faciendum in premissis, que maius et generale consilium facere potest *(cassum).*

Die XX januarii. In consilio maiori *ball.* LXX. Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum, quod possint mittere ambaxatam comiti Voyslavo ad tractandum et componendum caram amiciciam secum pro bono Ragusii et expendendum in premissis, sicut generale consilium facere posset. *Capt. per* LXVIII.

Rogatorum ball. XXXVIIII. Prima pars est de mittendo ambaxatorem comiti Voyslavo. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mittendo duos ambaxiatores. *Capt. per* XXXVI.

Prima pars est determinando nunc dona fienda comiti Voyslavo *(cassum).*

Secunda pars est de expectando responsionem nostrorum ambaxiatorum iturorum ad dictum comitem Voyslavum et, habita ista responsione, determinare de dictis donis fiendis comiti Voyslavo. *Capt. per* XXVII.

Prima pars est de accrescendo penam ambaxatoribus destinandis dicto comiti Voyslavo. *Capt. per* XXV.

Prima pars est, quod qui fuerint electi ambaxiatores, non possint refutare sub pena de ypperperis L *Capt. per ball.* XX.

Prima pars est de dando duobus ambaxiatoribus destinatis ad comitem Voyslavum famulos sex equites, et quatuor famulos pedites et unum expensorem et equos XV. *Capt. per* XXX.

Prima pars est de recipiendo mutuo de pecunia remeçii perp. C et de faciendo restitui istos perp. C de pecunia salis de missis et de panstrinis. *Capt. per* XXXVI.

Ambaxiatores:

Ser Marinus de Vitana *ball.*, ser Nicola de Saracha *ball. (cassi).*

Ser Johannes Pauli de Gondola *ball.* XXXII.

Ser Nicola Georgii de Caboga *ball.* XXI, ser Johannes de Bona *ball.* XVIIII *(cassi).*

Ser Jacobus de Mençe *ball.* XXVII.

In minori consilio sono *etc.* congregato dicto die, captum fuit et firmatum, quod omnis persona que habet equum in Ragusio, non debeat illum mictere nec portare extra Ragusium, et quicumque habet in districtu Ragusii equum debeat illum aduci facere Ragusium usque sero sub pena de perp. xxv pro quolibet contrafaciente.

Bampnitum per Allegrinum preconem, dicto die.

Die predicto *ball.* xxxx. Prima pars est de dando in commissione nostris ambaxiatoribus ituris ad comitem Voyslavum, quod facta sibi salutacione ex parte nostre civitatis, cum illa reverentia que decebit, cum pulchrioribus et dulcioribus verbis quibus poterunt, debeant ipsum comitem convitari ad veniendum ad civitatem Ragusinam, et habita responsione ipsius comitis super premissis, debeant nobis significare statim per suas litteras speciales, et ipsi ambaxiatores debeant ibi remanere. *Capt. per ball.* xxviii.

Die xxi januarii. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod tutores Marini filii Nicole de Petragna non possint delivrare suam possessionem licencia parvi sine consilii.

Die xxiii januarii *ball.* xxxii. Prima pars est de presentando aliquid comiti Voyslavo. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de presentando comiti Voyslavo unum donum valoris perperorum vc in illis rebus que videbuntur. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de obligando salem comunis post mercationes, tesaurarios, illum de Benessa et Jele de Goçe illis, a quibus ementur dona, que debent presentari comiti Voyslavo. *Capt. per omnes.*

Viteus de Tudisio, Nicola Jure de Caboga, facti fuerunt ad inveniendum et emendum dona, que debent presentari comiti Voyslavo.

Die xxv januarii. In consilio rogatorum *ball.* xxxiiii. Prima pars est de mittendo comiti Voyslavo alias res. *Capt. per* xxiii.

Prima pars est de posse expendere, ultra numerum captum, illud quod deficiet ad emendum iii varotas pulcras, si poterunt reperiri vel alias res. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo iii nobiles homines qui debeant cogitare, per quem modum fieri debeat commissio ambaxiatoribus nostris qui sunt ad comitem Voyslavum. Et quicquid ipsi cogitaverint, reducere debeant ad istud consilium ad confirmandum si videbitur huic consilio — *(cassum).*

Secunda est, quod dominus rector cum parvo consilio debeat cogitare per quem modum fieri debeat dicta commissio et reducere ad istud consilium ad confirmandum si videbitur consilio rogatorum *(cassum).*

Secunda pars est quod commissio fieri debeat in isto consilio rogatorum *(cassum).*

Prima pars est de mittendo dona viavia nostris ambaxiatoribus, et eis mittere precipiendo, quod inde non recedant sine licencia istius consilii. *Capt. per omnes.*

Die xxv januarii. In consilio rogatorum *ball.* xxxii. Prima pars est de comittendo et dando in commissione ambaxiatoribus nostris, quod ipsi debeant tentare et procurare cum comite Voyslavo, quod nostri mercatores possint ire secure per totum suum tenere et suorum amicorum; et rogare ipsum, quod ipse debeat habere recomandatos dictos nostros mercatores cum illis amenis et pulchris et amicabilibus verbis, que eorum discrecioni videbuntur.

Item committatur dictis ambaxiatoribus nostris, quod ipsi debeant rogare comitem Voyslavum, quod sibi placeat facere restituere omnes res et deposita facta tempore pacis in suo tenere tam de mercacionibus, rebus, quam de animalibus, quae accepte fuerunt, prout nos restituimus omnibus suis homibus et imperii Raxie secundum formam pactorum.

Item committatur dictis nostris ambaxiatoribus, quod ipsi debeant rogare comitem Voyslavum, quod sibi placeat amore nostri liberare et franchare filiam Povereschi cum genero ejus, cum pulcrioribus et amicabilibus verbis, que eis videbuntur. *Capt. per omnes.*

Item comittatur dictis ambaxiatoribus, quod ipsi non debeant recedere inde sine licencia istius consilii, sub pena nostre voluntatis. Et quod debeant nobis scribere de novis, que habebunt et de responsione quam eis faciet comes Voyslavus de suprascriptis. *Capt. per omnes.*

Die viii januarii. *Rogatorum ball.* xxxii. Prima pars est de mittendo comiti Voyslavo iii caratelos vini boni quinquiorum xl infra. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo, ambaxiatoribus, quod ipsi debeant associare comitem usque ad Castellum, et accipere ibi licenciam et venire Ragusium. Et si comes cras non vellet recedere de Obot usque ad prandium, quod ipsi accipiant licenciam ab ipso et veniant Ragusium. Et si associando ipsum, moveret aliqua verba, quod ipsi debeant respondere per pulcriorem modum, qui videbitur eis et venire Ragusium. — *Capt. per omnes.*

Die xxx januarii. In consilio maiori *ball.* lxxvii. Ser Blaxio de Babalio, ser Jacobus de Georgio, ser Vita de Resti *(cassi).*

Ser Nicola de Grede, ser Jacobus de Georgio, ser Vita de Resti *(cassi).*

Ser Kallendas de Buçignolo, ser Dymitrius de Mençe, ser Grube de Ragnina *(cassi).*

Ser Laure de Volcasso, ser Michael Blaxii de Caboga, ser Vale de Goçe *(cassi).*

Ser Nicola de Binçola *ball.* —, ser Grube de Mençe *ball.* —, ser Jacobus de Georgio *ball. (cassi).*

Ser Vita de Resti *ball.,* ser Jacobus de Georgio *ball.* xlvi, ser Nicola de Grede *ball.* xlvi *(cassi).*

Ser Jacobus de Georgio *ball.* xlv, remansit rector pro mense Februarii, ser Nicole de Grede *ball.* xliii.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse accordare magistros cupporum in Stagno, et magistros cal-

derarios in Ragusio per illum modum qui videbitur eis ac eciam mutuare eis pecuniam. *Capt. per omnes.*

Die primo februarii. In minori consilio sono *etc.* congregato magistris calderariis de Appulea, ex auctoritate maioris consilii data fuit eis domus Moreti et alia ferramenta que habuerunt prius, cum hac condictione, quod ipsi teneantur stare I anno in Ragusio, ad exercendum artem suam.

Die III februarii. In minori consilio sono campane more solito congregato tubatores concessi fuerunt comiti Voyslavo, si ipsi ire voluerint de eorum voluntate.

Die V februarii. In consilio maiori *ball.* LXXIIII Prima pars est de obligando denari salis comunis pro denariis quos habere debet domina Jele, uxor domini Francisci de Georgio, post illos qui scripti debere habere, exceptis tesaurariis sancte Marie et massaria comunis qui debeant sociare et habere eius solucionem post ipsam dominam Jele. — *Capt. per* LXXIII.

Prima pars est de faciendo graciam Tuodoro cancellario posse ire Brandusium pro I mense, semper lucrando soldum. *Capt. per omnes.*

Die VIIII februmrii. In consilio maiori *ball.* LXII. Prima pars est de dando libertatem et auctoritatem domino rectori et parvo consilio, cum consilio rogatorum posse componere cum domino archiepiscopo et cum abbate Crome, sub illa forma que lecta fuit, et execucioni mandare prout dicto consilio melius videbitur. *Capt. per* LIIII.

Die X februarii. *Rogatorum ball.* XXX. Prima pars est de confirmando capitula de monasterio Crome que lecta sunt. *Capt. per ball.* XXVIIII.

Die XIIII februarii. Ser Nicola de Binçola, ser Junius de Grede in minori consilio sono campane, more solito congregato electi fuerunt penes canonicos ad gubernandum et regendum bona monasterii de la Croma.

Die XVI mensis februarii. In consililio rogatorum *ball.* XXXVI. Prima pars est, quod carte vendicionum, que facte erant illis, qui emerant domos Catarinorum a comuni, debeant incidi et in catasteco cancellari et annullari. Et quod nunquam valeant, neque teneant nec possint unquam amplius extrahi de catastico. Et hoc ex auctoritate data isti consilio rogatorum a majori consilio de mense Julii proxime preteriti die ultimo. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de ponendo penam illis, qui habent cartas de domibus Catarinorum, que vendite fuerunt per comune, debeant hodie per totam diem presentasse ipsas dominacioni sub pena perperorum VC pro quolibet. *Capt. per omnes.*

Die xvi februarii. A. D. mccclxiii. Ind. prima. Item in dicto consilio rogatorum, in quo interfuerunt consiliarii xxxvii ex auctoritate eis data a maiori consilio de mense Julii die ultima captum fuit, quod aliquis rector non audeat ponere partem nec arrengare de revocando partem supra proxime scriptam in pena perp. m; nec aliquis de consilio minori, maiori vel rogatorum audeat arrengare, quod dicta pars revocetur donec habuerint eorum solucionem cum integritate, sub pena perp. vc pro quolibet. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo iii nobiles homines, qui debeant providere quomodo sit respondendum domine duchesse et capitaneis Duracy. Et cum illo quod providerint, debeant reducere ad istud consilium rogatorum. *Capt. per* xxxii.

Ser Nicola de Çavarnigo, ser Marinus Junij de Mençe, ser Andreas de Benessa, ad providendum de responsione.

Qualislavus Guranovich, Radosclavus Stancovich, Radosclavus Obreta in minori consilio sono campane *etc.* congregato, facti fuerunt tutores heredis Symchi Çuparii qui iuraverunt. — Quibus quidem tutoribus data fuit licencia per dictum minus consilium posse videre et examinare testes quicquid Martolus Marini Pope de Calamota dedit et solvit Symco Çupario, et de eo quod ipse Martolus restavit ad dandum eidem Symco de instrumento quod ipse Symcus habebat, supra ipsum possint patisci quam melius scient et poterunt secundum eorum bonam conscienciam.

Die xviiii februarii. *Rogatorum ball.* xxxiiii. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio faciendi instrumenta cuilibet illorum, qui emerunt domos illorum de Cataro, obligando eis doanam vini secundum partes captas. *Capt. per omnes.*

Eodem die. In consilio maiori *ball.* xl. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio accipiendi denarios deputatos ad emendum remos et dare ipsos pro solucione tributi Stagni, quod habere *(debet)* dominus banus Bossine. *Capt. per* lviiii.

Die xxii februarii. Dobrosclavus Jurcovich in minori consilio sono campane *etc.* congregato factus fuit preco comunis, qui iuravit.

Rector Ragusii *ball.* c:

Ser Vita de Resti *ball.* — *(cassus).*
Ser Nicola de Grede *ball.* lii remansit rector mensis Marcii.
Ser Blasius de Babalio *ball. (cassus).*

Comes Stagni:

Ser Michael de Caboga *ball.* xlviiii remansit comes Stagni qui ivit ad comitatum die x madii.
Ser Unuçe de Buçignolo *ball. (cassus).*
Ser Laurencius de Bodaçe *ball.* —

Prima pars est quod nullus de consilio quando fiet aliqua electio possit ire ad aliquam camaram ubi fuerint electores, sub pena perp. x

pro quolibet et qualibet *(vice)*. Et quod aliquis dictorum electorum non debeat exire de camara sua donec fuerit facta electio, sub dicta pena. Et quilibet dictorum electorum teneatur per sacramentum accusare si aliquis veniet ad camaram electionis qui non fuerit de dicta camara, vel exiet de dicta camara antequam fuerit completa electio. Que camare esse debeant I in sala veteri, et alia in terracia. *Capt. per* LXXXXV.

Die XXVII februarii. In consilio maiori *ball.* LXII. Prima pars est, quod cum multa et inormia delicta facta et perpetrata fuerint a certo tempore citra in civitate Ragusii noviter, de quibus per testes nulla veritas potuit reperiri, et maxime de mense presenti in personam Valchi de Goçe, cuius anima requiescat in pace, et Pauluscо de Cudeno, diacono Marino de Saraca et Stanuie tabernarie, captum fuit et firmatum per omnes, nemine discrepante, quod quicumque accusabit illum qui dictum Valcum percussit, habeat a comuni duc. mille et teneatur de credencia, si per eius accusam veritas poterit reperiri. Et si ille accusator fuerit socius illius mallefactoris sit absolutus de dicto malleficio et habeat a comuni ducat. mille et teneatur de credencia, si per eius accusam veritas poterit reperiri. Et si quis accusaret aliquem qui percussit aliquem dictorum Pauluschi, diaconi Marini et Stanuie habere debeat a comuni perp. c, et teneatur de credencia si per eius accusam veritas poterit reperiri; et si fuerit socius illius mallefactoris ille qui accusabit sit absolutus de dicto malleficio et teneatur de credencia, et habeat perp. c si per eius accusam veritas poterit reperiri.

Item in dicto maiori consilio captum fuit per omnes de dando libertatem domino rectori et parvo consilio elligendi aliquos pro meliori custodia fienda pro malefactoribus qui orti sunt; qui elligendi habere debeant illam libertatem ad plenum cum illis qui cum eis erunt, quam habent domini de nocte, et cum illo ordine qui videbitur domino rectori et parvo consilio, sicut maius consilium facere possit. Que pars durare debeat usque ad Sanctum Michaelem septembris proximi.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes, quod salinarii Stagni stare debeant, sicut steterunt hoc anno proxime preterito, cum hiis condictionibus quod ipsi ire debeant ad laborerium salinarum ad duos omni mense. Et illi qui steterint suo mense venire debeant Ragusium ad faciendum racionem in minori consilio de expensis quas fecerint, sub pena perp. XXV pro quolibet. Et quod illi qui debent dare scambium debeant ire ad capud mensis Stagnum ad faciendum scambium, sub dicta pena. Et quod aliquis dictorum salinariorum non possit dare de suis rebus in pagamentum alicui laboratori dictarum salinarum sub dicta pena; et quod eorum habitationem facere debeant ad monasterium sub dicta pena.

Die ultima februarii. In consilio rogatorum *ball.* XXXIII. Prima pars est de mittendo II nobiles homines ad Senchum in Curilo. *Capt. per omnes.*

Ser Marinus de Mençe, ser Blaxius de Bobalo ad Senchum. — Dobre de Calich, Mateus de Resti ad insulas. — Andre de Binçola, Blaxius de Grede ad Staream. —

Die prima marcii. *Rogatorum ball.* xxxii. Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio posse respondere nuncio comitis Voyslavi per illum modum qui videbitur eis. *Capt. per omnes.*

Iste est ordo quem debent observare illi iiii elligendi pro mallefactoribus ortis.

Imponamus quod ipsi teneantur ire inquirendo ab Ave Maria usque post terciam campanam, et ab tercia campana in antea ad libitum eorum, secundum quod eis videbitur et placuerit.

Item quod ipsi debeant capere omnes quos invenerint trafformatos vel stantes in loco suspecto, et non euntes ad domum suam recta via. Et quoscumque invenerint debeant ducere in carceribus; et quod nulla examinacio fieri debeat usque ad mane ad ortum solis, sive sint nobiles, sive populares, sive clericos, presbiteros vel fratres.

Officiales facti ad inquirendo modo suprascripto per ii menses, scilicet menses Marcii et Aprilis: — Dobre de Calich,[1] Blaxius de Babalio, Petrus de Prodanelo, Andre de Benessa.

In minori consilio, facti fuerunt suprastantes et officiales salinarum Stagni:

Grube de Ragnina.
Pale de Sorgo.[2]
Matias de Ribiça.
Franciscus de Bodaça *(cassus quia refutavit).*
Unuçe de Bucignolo.

Die ii marcii. In consilio rogatorum *ball.* xxxiii. Prima pars est de dando in commissione ser Blaxio de Babalio et ser Jacobo de Mençe, quod debeant recordare omnibus dampnorum factorum per suos nostris et in nostro comitatu, et respondere peticionibus Senchi, prout eis videbitur convenire. Et ad peticionem confinium respondeant, quod nos sumus contenti, quod disernatur suum, a nostro, ordinent terminum ad veniendum cum juribus suis, et nos cum nostris, secundum ordinem et consuetudinem, que est inter nos et ipsum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de accipiendo equos de manibus illorum qui emerunt ipsos, qui fuerunt accepti de manibus hominis Senchi, et quod dominus rector cum parvo consilio habeant libertatem de hoc et solvendi illis, qui emerunt ipsos de pluri illud, quod videbitur eis racionabile.

Die iii marcii. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse respondere nuncio comitis Voyslavi oretenus et per litteram per pulchriorem et meliorem modum qui videbitur eis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mittendo iii judices ad Stanigum ad diffiniendum cum Sencho de confinibus.

Blaxius de Bobalio, Nicola de Binçola, Junius Bisti de Bona iudices.
Pasche de Ragnina, Blaxius de Mençe, advocati.

---

[1] Adiice: Marinus Junii de Mençe *(cassus).*
[2] Loco eius: Die xvii maii Stiepe de Georgio.

Die v mensis marcii. *Rogatorum ball.* xxxi. Prima pars est de scribendo nostris judicibus destinatis ad Senchum, quod ipsi debeant respondere et dicere ei, quod nos eramus contęnti, quod nunc determinaretur et diffiniretur de confinibus inter nos et ipsum. Sed postquam placet determinare hec usque ad post Pascha proxima et stare ad illud quod dicent nostros vi nobiles homines, quos ipse elliget, per eorum sacramentum quod sit nostrum, et quod sit suum, de toto hoc sumus contenti. *Capt. per* xvii.

Die vi marcii. In minori consilio, sono *etc.* congregato, captum fuit de non audiendo Çancum de Greç de peticione quam faciebat de dampno suo, sibi facto in vinea ejus, per inimicos tempore guerre, quia non comparuit nec se presentavit officialibus ad terminum ordinatum per majus consilium.

Die vii marcii. In consilio maiori *ball.* lxi. Prima pars est de mittendo i ambaxiatorem cum i notario ad civitatem Duracii propter ea, que fecerunt et faciunt nostris. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mittendo ambaxiatorem i nobilem hominem Duracium. *Capt. per* xlvi.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse elligere dictum ambaxiatorem et dare de salario et de expensis et cum illa commissione, que eis videbitur convenire, secundum quod fuit hic arengatum. *Capt. per* xliii.

Prima pars est de dispergendo in civitate Ragusii furmentum comunis ad gross. xviii star., et reservando de dicto furmento in comuni pro pabiscoto staria iic; et ordeum per insulas et per Staream ad gross. x star. *(cassum).*

Prima pars est de dando arbitrium domino (rectori) et parvo consilio elligendi aliquos officiales ad dispergendum totum granum comunis intra civitatem ad gross. xviii star., et ordeum per insulas et staream ad gross. x star., ad illum terminum et cum illo ordine qui videbitur dictis domino rectori et parvo consilio. *Capt. per omnes.*

In minori consilio sono campane more solito congregato, ex auctoritate eis data a maiori consilio captum fuit, quod detur de salario ambaxiatori elligendo et mittendo Duracium yperperos xx.

Item in dicto consilio captum fuit de dando ei pro expensis suis et notarii et ii famulorum in diem grossos x. Et quod comune solvere debeat naulum barche et salarium famulorum. — Pasche de Ragnina factus fuit ambaxiator.

Die xvii marcii. In nomine domini amen. In mccclxiii.

Nuy Nicola de Grede, rector de Ragusa, iudeci et consellieri de la dita Terra, per auctoritade a nuy dada dal maçor conseio, chomettemo a ti Pasqua de Ragnina nobile et dileto citadino nostro, che al nome de Dio debi andare ambaxadore al capitanio et a tuta la universitade de Duraço, li qual debi saludare per parte nostra et de tuta la Terra, cum

quele bele parole, che a ti parera, che se convegna, et fata la salutacione, debili presentare la lettera de credença.

Et presentada la lettera de credença, debili dire et exponere per parte nostra et de tuta la Terra, pregandoli che a lor plaqua de volere observare et mantignire la antiga amistade, che sempre e stada intro nuy et loro. Et abiando respecto a la dita antiga amistade, molto se maravaiemo de le novitade le quale ave fato a li nostri navili et a li marineri et a li merchadanti, li qual andava cum loro merchadandie, a li sui viaçi, piando loro et incarçerando, et levando le merchadandie per força. Per la qual cossa nuy ve pregemo, aço che la amistade antiga se conserva, che a vuy plaqua de rendere tuto quelo, che ave tolto a li nostri merchadanti et ali nostri marineri, segondo che molte nostre lettere ve screvesimo.

Anchora li preghemo, che a lor plaqua de non inpaçare li nostri navili, che va a le flumere o che torna de la; che vuy save bene, che vuy non tigni ne possede le dite flumere ma le tiene et possedeli l' imperatore de Sclavonia; siche non ave raxion de impaçarli.

Et contentando loro de volere rendere quelo che li a tolto, et de non impaçare li nostri navili; debi domandare le cosse tolte, over satisfacione de esse.

Et abiando reçepudo le dite cosse over satisfacione de esse, debi vignir a Ragusi.

Et quando elli non volesse rendere le cosse tolte per loro, over satisfare, over che non volesse cessare de impaçare li nostri navili che va a le flumere, o che torna de la; de quelo che non contentara de fare, debi protestare segondo la forma, del protesto la quale avemo dado a don Pietro del Negro; et debi comandare a li nostri merchadanti che sono in Duraço, che eli se debia partire de Duraço o del suo tignir cum le lor cosse infra di xv soto lo protesto.

Et se queli de Duraço te domandasse la copia de nostro protesto, et tu la da. Et s elli protestara contra de nuy, et tu demanda la copia del suo protesto.

Et çonçando ti a Duraço, de presente debi mandare a la Valona, in mani de li nostri merchadanti, le lettere che mandemo a loro; et debi aspettare la resposta di vi da li diti merchadanti. Et se infina a li di vi non avessi la resposta, abiando despaçado li altri servixi scriti de sopra, debi vignir a Ragusa. Et ordena cum li merchadanti che quando elli recevera la dita resposta, che li la mande a Ragusa cum li primi.

A Marino de Baraba fo tolto matie de grano cxii; a Priboe Smilovich folli tolto boti ii de vino.

Lett. Com. Lev. 1361—80 fol. 48.

Die x madii. Exemplum litterarum destinatarum capitaneo et universitati Duracii per consilium rogatorum ex auctoritate majoris consilii.

Post salutacionem debitam. Amicicie vestre presentibus denotamus, quod litteras vestras nuper recepimus, et ipsarum continenciam pleno collegimus intelectu, supra quibus vobis breviter respondemus: quod nos volumus et nos requirimus, quod nos non debeatis impedire aliquo tempore nostra navigia volencia intrare flumina cum quibuscumque rebus, quas portare voluerint, quia ipsa flumina sunt omnibus comunia et non

sunt magis vestra quam nostra. Et quod debeatis satisfacere et emendare omnes res per vos et vestros acceptas nostris mercatoribus et civibus. Et quod de percussionibus factis nostro cancellario et nostris marenariis per homines vestri ligni, cujus erat caput Perchontinus, faciatis iustitie conplementum; quoniam culpa fuit magis capitis, quam aliorum. Et debeatis emendare et satisfacere omnia dampna et totum interesse quod fecistis nostris merchatoribus prohibendo, quod non possint eorum mercatores extrahere de fluminibus nostra navigia, et homines retinendo, et ipsa non permittendo ire ad ipsorum viagia, que omnia dampna et interesse et res accepte sunt scripte in zedula presentibus interclausa infra terminum viii diebus post presentacionem presencium vobis fienda primo futurorum in antea mercandorum ibi inviandorum.

Lett. Comm. Lev. 1361—80 fol. 486.

Die vii marcii. Ser Blaxius de Babalio, ser Vita de Resti, ser Nicola de Binçola officiales ad scribendum omnes Raguseos quibus dispergi debet bladum sive frumentum comunis in Ragusio.

Ser Jacobus de Georgio, ser Dymitrius de Mence, ser Laurencius de Volcasso facti fuerunt ad cogitandum, ubi possit haberi pecunia necessaria pro ambaxiata ituro Jadram, ad serenissimum dominum nostrum.

Die x marcii. Stipe Marini de Sorgo consilio factus fuit consul ad examinandum.

Die xii marcii. *Rogatorum ball* xxx. Prima pars est, quod respondeatur comiti Voyslavo per pulchriorem modum et dulciorem cum litteris, qui videbitur. *Capt. per* xxiiii.

Die xviii marcii. *Rogatorum ball.* xxxiiii. Prima pars est de respondendo comiti Voyslavo per dulciorem modum, qui videbitur supra peticionem quam facit Marino de Goçe. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de aptando et varando galeam, quam cicius fieri poterit. *Capt. per omnes.*

Die xxi marcii. *Rogatorum ball.* xxx. Prima pars est de faciendo preparari galeam omnibus necessariis et facere scribere gentes necessarias et ponere in galea arma, remos et coredia. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo aptari ii ligna. *Capt. per omnes.*

Die xxv marcii. In consilio maiori *ball.* lxvi. Prima pars est quod quociescumque acciderit, quod ille qui fuerit rector, et fuerit aliquo casu infirmitatis impeditus, quod non possit venire ad consilium maius, vel rogatorum, vel minus, quod consiliarius vel iudex antiquior minoris consilii esse debeat loco rectoris in dictis consiliis. *Capt. per omnes.*

Casssum quia alia reformacio facta fuit.

Prima pars est de accipiendo mutuo massaria de primis denariis, qui exigentur de blado comunis a ducatis iic usque in iiic pro mittendo em-

ptum remos, arbores et antenas necessarias pro galeis nostris; qui danarii restitui debeant de denariis salis comunis, et scribere ipsos ad dictum salem post mercatores et illos qui sunt scripti. *Capt. per omnes.*

Item recordetur de mittendo pro IIIIᵒ fustis balistrarum.

Prima pars est de accipiendo de doana majori quot denari fuerint necessarii pro faciendo aptari galeam novam et ligna, a perperis c usque in IIc. *Capt. per* LIIII.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio mittendi Missinam pro uno pratico magistro arsenatus cum illis pactis, precio et condicionibus, que eis videbuntur. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse mittere pro I et pluribus magistris ballistrarum et aliorum armorum cum illis pactis salario et condictionibus, que eis videbuntur. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse elligere unum comitem pro galea, que est projecta in aquam, qui ponat ordinem naucleriis et coredis. *Capt. per* LXIII.

Die XXII marcii. In minori consilio sono *etc.* congregato, ex auctoritate majoris consilii captum fuit et firmatum de scribendo Rotcho de Sumagna, Syme Slisco et Nixe de Saracho, quod debeant accordare I vel II magistros clipeorum pro VI menses si potuerint; et si non potuerint I anno ad veniendum ad habitandum Ragusii; et ad faciendum clipeos, vel papienses, pro meliori pretio quam potuerint, et si poterint, faciant quod veniant Ragusium ad se concordandum nobiscum.

Item in dicto minori consilio captum fuit de dando Sialo et Bratessa, pro quolibet barcha aque quam apportabunt Ragusii de aqua dulci grossos II, quam aquam debeant ad galetam secundum ordinem, et cum hac condictione, quod teneantur ire donec fuerit tempus eundi.

Die XXIII marcii. In consilio maiori *ball.* LXIIII. Prima pars est quod sicut prius captum erat de dispergendo totum frumentum comunis quod nunc dispergatur solumodo medietas, cum illo ordine qui videbitur parvo consilio. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de accipiendo mutuo a massaria comunis pro servicio salinarum Stagni perp. c qui debeant scribi ad salem comunis post illos qui sunt scripti. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod quociescumque acciderit quod rector non possit sedere ad tenendum curiam vel ad faciendum racionem cuicumque propter impedimentum infirmitatis, quod possit extrahi per tesseram I de consiliariis qui esse debeat loco rectoris et quod possit facere sicut rector in redendo jus cuilibet donec rector possit se ellevare. *Capt. per* LXIIII.

Cassum juxta reformacionem infrascriptam.

Prima pars est, quod quociescumque acciderit, quod rector fuerit infirmus taliter quod non possit interesse ad consilia nec ad tenendum curiam, quod debeat esse loco rectoris infirmi antiquior consiliarius minoris consilii, qui habeat illam eandem libertatem in judicando et alia feciendo quam habet ille rector infirmus, donec ipse rector se poterit ellevare, tam

in judicando quam in consulendo, et alie II partes capte superius de illo qui debet esse loco rectoris sint casse. Et intelligatur de illo qui est in Ragusio et vadit per platea. *Capt. per omnes.*

In minori consilio captum fuit quod domus facte in platea debeant ellevari inde usque ad diem dominicam proximam, sub penam perdendi ipsas et quod sint comunis.

Bampnitum per Allegrinum.

Die XXIII marcii. Marinus de Baraba, Vita de Resti, Bune uxor Jache de Drago, Andree de Binçola, Blaxius de Dersa in minori consilio, sono *etc.* congregato, facti fuerunt tutores heredibus Sere uxoris dicti Marini et olim filie Jache de Drago.

Qualislavus Guranovich, Michoe Curisna aurifex, Rada uxor Nixe Marini de Gravoxio in minori consilio facti fuerunt tutores heredis Nixe Marini de Gravoxio.

Die XXV marcii. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod domus pucellarum que est iuxta murum civitatis a latere exteriori, debeat elevari inde usque ad VIII dies. Et si ipse puncelle voluerint facere fieri domum extra muros debeant facere fieri extra murum secundum.

Dicta[1] die denunciatum fuit per me Franciscum et Milgostum preconem domine abbatisse.

Die XXVII marcii *ball.* XXX. Prima pars est de respondendo ambaxiatori comitis Voyslavi ad peticionem, quam facit de galea, quod non intendimus nos impedire inter ipsum et Jura, cum illis pulcris verbis amicie, que videbuntur domino rectori et parvo consilio; quia estis sub uno domino. *Capt. per ball.* XXVI.

Secunda pars est de respondendo ei quod nos missimus nostrum ambaxiatorem ad Durracinos propter certas offensas quas nobis fecerunt. Et dicta de causa facimus preparari nostras galeas si ipsi non facient nobis . . . ut possimus ipsas habere ad nostrum servicium.

Die XXVII marcii. Nixa filius condam Niffichi de Gondola in minori consilio sono *etc.* congregato, absolutus fuit a subieccione tutorum, ut a modo in antea possit facere tamquam quelibet persona sui iuris.

Item dictus Nixa in dicto minori consilio factus fuit tutor iuxta alios tutores aliorum heredum dicti patris sui.

Ser Clime Tome de Dersa *ball. 0 (cassus).*

Ser Grube de Mençe *ball. 0 (cassus).*

Ser Laurencius de Volcasso *ball.* L, remansit rector mensis Aprilis.

Die XXX marcii. Blaxius Dem. Sergii in minori consilio factus fuit scribanus supra barchosio cuius est patronus Bertucius.

---

[1] Margini adscript.

In minori consilio sono *etc.* congregato, captum fuit quod carnes castratine vendi possint per totum hunc mensem aprilis ad s . . . . (?)[1]

Die III aprilis. *Rogatorum ball.* XXXIII Prima pars est de mittendo ad civitatem Duracii I barcham lamentando de eo, quod factum fuit barchosio nostro per ipsorum lignum, et de quolibet alio dampno facto nostris per ipsos, quod sciri poterit, petendo fieri justiciam de percussionibus et robationibus factis nostris et satisfactionem dampnorum aliorum taliter, quod Ragusa debeat contentari, aliter providetur per Ragusium superinde. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse respondere ambaxiatis Jure de Balsa, Cadi et Vlasii et Povereschi, per illam formam, que arengata fuit, per meliorem modum qui videbitur. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de excusando nos a peticione stasiorum, quam facit Jura de Balsa, per pulcriorem modum qui videbitur domino rectori et parvo consilio. *Capt. per* XXXII.

Secunda pars est de recipiendo dictos ostasios *(cassum).*

In minori consilio captum fuit, quod quilibet debeat solvere usque ad diem dominicam proximam medietatem furmenti quod fuit sibi scriptum.

In minori consilio data fuit licencia ser Marino de Mençe posse emere I lignum pro Povereschо.

Die V aprilis. Ser Nicola de Saracha fuit extractus per texeram loco rectoris ser Laurencii de Volcasso, pro questione quam sibi movere intendit ser Marinus de Bona.

Die VIII aprilis. Pribilus tabernarius factus fuit preco comunis; — qui iuravit.

Eodem die *ball.* LXV. In consilio maiori. Prima pars est, quod illi VI, qui ibunt ad Senchum, jurare debeant in animas suas pro toto Ragusio, quod confinis comunis Ragusii fuit a çima montis inferius, per totam costeriam Omble a latere Tramontane, remanentibus firmis signis factis per X judices inter comunem et personas speciales. *Capt. per* LXII.

Prima pars est, quod illi VI qui ibunt ad Senchum jurare debeant in animas suas pro toto Ragusio, quod confinis Ragusii fuit a latere Ponentis usque ad signa que fecerunt X judices supra possessione domine Philippe de Mençe, remanente nostro comuni illo terreno, quod est a latere pelagi extra signa. *Capt. per* XLVIIII.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio de mittendo ad comitem Voyslavum II nobiles homines et de vino, naranciis et piscibus, si ipse veniet in Obot. *Capt per* LX.

Nixa Marchi de Nençe in minori consilio sono *etc.* congregato, factus fuit scribanus super bariçono cuius est patronus comitus Molellus.

[1] Cetera desiderantur.

Michael de Dersa, Johannes Pauli de Gondola, Jache de Sorgo in minori consilio sono *etc.* congregato facti fuerunt tutores filie Pale Marini de Sorgo.

Die xiii aprilis. Tesaurerii sancte Marie in minori consilio sono *etc.* congregato facti fuerunt juxta Marinum Junii de Mençe tutores bonorum Marini Nicole de Petragne.

Petrus de Çereva factus fuit per texeram loco rectoris in questione quam movet Crixa de Burgo Grube de Mençe.

Nifficus de Galeç in questione quam habet Marcoçius.

Marinus de Baraba in questione quam habet Marinus Climçe de Goçe.

Die xv aprilis. In consilio maiori *ball.* lxi. Prima pars est de faciendo graciam Marino malandrino de Lagusta, quod sit absolutus a condempnacione quam fecerat Dobre de Mençe, comes tunc Laguste, videlicet de stando i anno in carceribus Ragusii; et quod possit redire Lagustam. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando fidem Vladislavo Niculich et illis suis, qui venient secum, quod possint venire Ragusium ad se concordandum pro viii diebus. Et si non poterunt se concordare cum comune Ragusii, quod possint cum rebus suis redire libere ad domum suam. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de confirmando Petrum barberium pro i anno cum salario, pactis et condictionibus quibus stetit anno preterito. — *Captum per* lx.

Prima pars est de accipiendo mutuo a massaria bladi perp. iic pro dando medicis; qui denari scribi debeant ad salem. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse mittere pro uno bono medico cirosico, quo eis videbitur, et cum illo salario quod videbitur eis confirmando ipsum pro ii annis cum illis pactis et condictionibus que videbuntur eis. *Capt. per omnes.*

Cherve de Çamagno, Georgius Jacobi de Georgius, sestarii sancti Nicole.

Blaxius de Grede, Micus de Proculo, sancti Blaxii.

Nixa Marini de Mençe, Tidoe de Tudisio, sancte Marie et Pusterle.

Çive de Ribiça, Micoç de Bodaça, sancti Petri et Chasteli.

Die xv aprilis. Boscus de Risa in minori consilio sono *etc.* congregato factus fuit scribanus in barcosio ser Marini Junii de Mençe.

Dimitrius de Mençe, Milçe de Lebro, facti fuerunt suprastantes ad faciendum evacuari cloaquam suam.

Magister Tomas ser Bone de Nomais de Furlivio in minori consilio sono *etc.* congregato, ex auctoritate eis data a maiori consilio assumptus fuit ad salarium comunis Ragusii pro duobus annis, ad racionem ducatorum cl pro medico cirosico cum pactis et condictionibus, quod ipse teneatur et debeat de arte sua *(mederi)* omnes cives et commitativos et dare unguentis . . . omnibus civilibus et comitativis, et mederi dominum rectorem Ragusii et eius familiam, dominum archiepiscopum et eius familiam, fratres minores et predicatores conventus Ragusii, et salariatos co-

munis Ragusii sine aliquo precio; ipso veniente Ragusium usque per medium mensis Julii proximi, et dictum incipere lucrare soldum in illa die in qua intraverit navigium in Veneciis causa veniendi Ragusium. Et fiet ei solucionem salarii in tribus solucionibus in anno, videlicet omnibus IIII mensibus.

Prima pars est de faciendo excusacionem Jure de Balsa de toto in totum per meliorem modum quem poterimus a peticionibus quas nobis facit, excepto de Povereschо. *Capt. per* XXVII.

Secunda pars est de ponendo ad partem super quibus volumus nos excusacionem a peticionibus eius *(cassum).*

Prima pars est de respondendo Jure de Balsa per Musatum et per litteram. *Capt. per* XXVIIII.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio facere responsionem Musato. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando Povereschо mantum I, gumenas II pro mangano, quem faciet fieri, libras VC de ferro et II magistros marangonos pro I mense, quibus solvere debeat de denaro comunis. *Capt. per omnes.*

DIE XXVI APRILIS. *Rogatorum ball.* XXXI. Prima pars est de eundo ad majus consilium die sabati supra facto mittendi I ambaxiatorem ad illos de Balsa, ut apperiatur iter Sclavonie pro mercatoribus. — *Capt. per* XXV.

DIE XXVII APRILIS. In consilio maiori *ball.* LXII. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse accipere a monasterio puncellarum de terris que sunt ad cupos pro emptione vel ad affictum pro meliori precio quod fieri poterit, pro terra necessaria ad faciendi cupos. *Capt. per ball.* LXI.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse expendere a ducatis auri XX inferius pro absolucione excomunicacionis abbatis Crome. *Capt. per omnes.*

Ser Petrus de Prodanele *ball. 0 (cassus.)*

Ser Marinus Junii de Mençe *balt.* L, remansit rector pro mense Madii.

Ser Dobre de Mençe *ball. 0 (cassum).*

Prima pars est de accipiendo a massaria comunis mutuo perp. LXVI et grossos VIII causa dandi comiti ituro Stagnum, et scribere ipsos ad salem cum ordine. *Capt. per omnes.*

DIE ULTIMA APRILIS. Ser Nicolaus de Saraca, ser Marinus de Mençe in minori consilio sono *etc.* congregato, facti fuerunt tutores Franusse et Anusse heredum quondam Marini de Nale de Çrieva.

DIE PRIMO MENSIS MADII. In minori consilio sono *etc.* congregato, ex auctoritate majoris consilii, captum fuit et firmatum de mittendo syndicatum in Marchiam Ancone pro uno magistro ballistrariorum et pro uno magistro clypeorum, videlicet per Marinum de Viciano.

*

Item captum fuit de dando cuilibet dictorum magistrorum de salario a ducatis xxxv inferius et domum. Et de laborerio, quod facient comuni et aliis personis possint sibi facere solvi. Et debeant incipere lucrare soldum ea die qua intrabunt navigium causa veniendi Ragusium.

Die II mensis madii. — I. Indictione. — Exemplum commissionis Marini de Viciano.

Nos Marinus de Mençe rector comunis Ragusii cum nostro parvo consilio, comittimus tibi Marine de Viciano noster civis, quod applicando ad partes Marchie anchonitane debeas inquirere ad inveniendum duos bonos magistros, unum de balistis et alium de pavensibus. Et inveniendo eos qui velint venire Ragusium ad salarium nostrum, damus tibi licenciam, quod tu possis illos accordare pro uno anno ad melius forum, quod tu poteris, a ducatis xxxv inferius et domum, dando pro quolibet ipsorum, et de quo ipsi laboraverint tam comuni, quam particularibus personis possint sibi facere satisfieri uterque ipsorum magistrorum. Et ille magister, qui voluerit venire ad nostrum salarium, incipiat ad librandum soldum ab illa die, qua intraverit navigium causa veniendi Ragusium. Et si dictis magistris vel ipsorum alteri esset opus denariis et tu debeas mutuare pro quolibet ipsorum magistrorum usque ad summam ducatorum xv. Et de eo quod mutuaveris et de concordia quam facies cum magistris predictis, debeas nobis fieri facere instrumentum obligando ipsos nostro comuni et nostrum comune ipsis magistris, vigore syndicatus quem nos tibi damus et quod quilibet ipsorum debeat stare ad nostrum salarium uno anno, et non possit recedere et quod nos non possimus illos dimittere usque ad complementum anni. Et facias, quod ipsi veniant tecum Ragusium. Et caves accipere homines brigosos vel ribaldos. Et si tu non poteris mutuare aliquos denarios dictis magistris et tu facias cum ipsis sicut melius poteris sine mutuo denariorum.

Lett. Comm. Lev. 1381–80. fol. 48.

Item in dicto minori consilio captum fuit quod massarii bladi comunis debeant ab hodie in antea sedere omni die ad exigendum sub pena I ducati pro quolibet.

Die II madii. In maiori consilio *ball.* LXIII. Prima pars est de mittendo unum ambaxiatorem ad illos de Balsa. *Captum.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum, elligendi ambaxiatorem mittendum ad illos de Balsa, et ponendi penam et penas, et faciendi commissionem et dandi expensas necessarias pro dicta ambaxiata, sicut majus consilium facere possit in toto et per totum et cum illo ordine, qui eis videbitur. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de confirmando magistrum Gulielmum phisicum de Ravenna, pro duobus annis futuris, cum salario ducatorum auri IIIC et domo et cum pactis et condictionibus consuetis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de cassando ordinem novum de sale facto tempore guerre et stare ad ordines antiquos. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse dare fidem Pecenicis, ut possint venire Ragusium ad aptandum securi illis quibus fecerunt dampnum, et cum comune. *Capt. per omnes.*

In maiori consilio captum, quod carnes castratine vendi debeant ad follaros v libram.

Die II madii. Dymcus de Calamota, Marinus Pope, in minori consilio sono *etc.* congregato, facti fuerunt tutores heredum Milchi de Calamota iuxta matrem ipsorum heredum. Qui iuraverunt.

Junius Petri de Ragnina capetaneus mensis Madii.

Maroe Grube de Ragnina, Nixa Çive de Caboga, ad scribendum omnes de insulis.

Andre de Ragnina, Georgus de Bodaça, ad scribendum omnes Staree.

Die IIII madii. In consilio rogatorum *ball.* XXXI. Prima pars est de eundo ad majus consilium ad faciendum I donum comiti Voyslavo de candelotis, pipere et çafrano *(cassum).*

Secunda pars est de faciendo istud donum in isto consilio.

Prima pars est de donando comiti Voyslavo. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse facere I donum comiti Voyslavo valoris a perperis XL inferius et a XXX supra, in hiis rebus que videbuntur. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando de salario ambaxiatori elligendo ad mittendum ad illos de Balsa perperos XXX.

Prima pars est, quod ille ambaxiator elligendus habeat libertatem expendendi, quantum videbitur ei racionabile pro expensis omnibus.

Prima pars est de ponendo penam statuti ambaxiatori elligendo.

Prima pars est de mittendo aliquod donum illis de Balsa per ambaxiatorem nostrum elligendum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mitteudo I donum illis de Balsa valoris perperorum CL. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod ambaxiator elligendus debeat facere ambaxiatam omnibus tribus fratribus de Balsa simul, si poterit ipsos habere in simul. Et si non posset habere ipsos II in simul, et posset habere Jura et Straçimir in simul, quod faciat illis II ambaxiatam. Et si non posset ipsos habere in simul, quod faciat ambaxiatam dicto Straçimiro pro se, et Jure et Balse, vel Jure solo si non posset haberi Balsa. Et si inveniret ipsos omnes in simul, quod dona debeat ipsis III presentare. Et si non inveniret ipsos in simul, quod debeat ipsa dona dividere, prout ambaxiatori predicto videbitur. Et quod ipse ambaxiator non teneatur transire ultra flumen Dalgni. *Capt. per omnes.*

Ser Jacobus de Sorgo *ball. 0*, ser Nicola de Sorgo *ball. 0 (cassi).*

Ser Junius Bisti de Bona *ball.* XVI, remansit ambaxiator ad illos de Balsa.

Die IIII madii. In minori consilio sono *etc.* congregato captum et firmatum, quod thesaurarii vendant et deliberent possessionem Marençe Petragna, que est in Çuppana usque ad festum sancti Viti proxime futuri.

In minori consilio sono *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod quilibet debens solvere frumentum comunis, debeat solvere usque ad diem dominicam proximam, sub pena grossorum I pro quolibet stario.

Bampnitum per Milgostum.

In dicto minori consilio sono *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod illi nobiles qui scribent homines insularum et Astaree possint imponere et taxare homines insularum et Astaree secundum eorum possibilitatem ad recipiendum de ordeo comuuis ad racione de grano X pro quolibet stario per modum infrascriptum; videlicet:

possint imponere et taxare homines insularum ad recipiendum secundum ipsorum possibilitatem staria ordei tres, duos vel unum prout ipsis nobilibus videbitur fore iustum;

et homines Astaree ad recipiendum staria ordei duos vel unum.

Georgius quondam Pasche de Georgio, Nixa Marini de Mençe, in minori consilio facti fuerunt tutores filie Andree de Mençe iuxta Mate Mençii de Mençe.

Nixa Stanoevich, Maroe de Radosta, in dicto minori consilio facti fuerunt tutores heredibus Marini de Rissa iuxta matrem dictorum heredum.

Die v madii. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, quod siquid dampnum fiet ad domum comunis que est ad Pile, quod ortarii solvere debeant illud dampnum si non dabunt illum qui fecerit illud dampnum. Et quod nullus audeat astrambare pisces in mari circa sanctum Georgium de Pile, sub pena perperorum V pro quolibet et qualibet vice.

Ser Nifficus de Galloç fuit assumptus loco domini rectoris in questione heredum quondam Pascue de Sorgo cum epitropis quondam Valchi de Goçe.

Die vi madii *ball.* VI. Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio et rogatorum, posse tenere illum modum cum Duracenis, qui videbitur eis pro bono statu et honore Ragusii, sicut majus consilium facere posset in predictis et circa predicta. Excepto quod possint facere armatam sine licencia hujus majoris consilii. — *Captum per ball.* LIII.

Magistro Petro barberio in minori consilio captum fuit de addendo pro isto anno perp. V pro affictu domus, qui affictus pro isto anno constat perp. XX.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum, quod dominus rector ponat penam de perp. V cuilibet camerariorum, quod faciat statim extrahi omnes condempnaciones de cancellaria in camberlengaria, que non fuerint extracte de mensibus retroactis.

Die viii madii. In consilio rogatorum *ball.* XXXII. Prima pars est de differendo ad procedendum supra facto Duracinorum usque ad diem Veneris proximam *(cassum)*.

Secunda est de non differendo. *Capt. per* XVIIII.

In consilio rogatorum ea auctoritate eis data a majori consilio, die vi mensis hujus captum fuit et firmatum per xxx ipsorum consiliariorum, de scribendo capitaneo et regimini et toti civitati Duracii ipsos requirendo quod nos volumus, quod ipsi non debeant impedire aliquo tempore nostra navigia volencia intrare flumina cum quibuscumque rebus, que portare voluerint; quia ipsa flumina sunt omnibus comunia et non sunt magis vestra, quam nostra Et quod debeatis satisfacere et emendare omnes res per vos et nostros acceptas nostris mercatoribus et civibus. Et quod de percussionibus factis nostro cancellario et nostris marinariis per homines ligni nostri, cujus erat capud Protentinus fieri debeat justicia, quoniam culpa fuit capitis, plusquam aliorum; ac debeatis emendare et satisfacere omnia dampna et totum interesse quod fecistis nostris mercatoribus, prohibendo quod non possent eorum mercaciones extrahere de fluminibus, nostra navigia retinendo, et homines et ipsa non permittendo ire ad eorum viagia, quia omnia dampna et interesse, .et res accepte sunt scripta et scripte in cedula cum presentibus interclusa.

Item in dicto consilio captum fuit, quod dicti Duraceni facere debeant satisfactionem rerum acceptarum, et *(si)* non erunt contenti, quod nostra navigia intrent flumina cum quibuscumque rebus que portare voluerint, usque ad viii dies postquam barcha nostra portans hanc litteram; quod nostri mercatores ibidem comorantes debeant recedere cum eorum mercacionibus et rebus de toto tenere Duracii per totum hunc mensem Madii *(cassum)*.

Item quod dicti Duraceni debeant adimplere omnia contenta in parte superiori infra viii dies postquam receperint litteras nostras. Et si ipsi non adimplebunt usque ad viii dies, quod nostri mercatores ibidem commorantes debeant recedere de Duracio et toto ejus districtu cum omnibus mercacionibus suis usque per totum hunc mensem Madii. *Capt. per* xxx.

Item in dicto consilio captum fuit, quod ponatur pena mercatoribus nostris Duracii commorantes, quod debeant recedere de Duracio et ejus districtu usque per totum mensem Madii perperorum vc, si Duraceni non adimplebunt omnia predicta.

Die x madii. In minori consilio sono *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod quilibet habens furmentum ad vendendum, et non potest habere stacionem in fontego, possit vendere extra fondicum iuxta murum arsenatus, tenendo i locum et non plures ad vendendum, et possit facere stacionem extra de sestoriis vel de çelegis. Cum condictione quod illi qui tenebunt furmentum extra ad vendendum non possint nec debeant vendere nisi dum fontegus stabit apertus ad vendendi. Et quod officiales tenentes mensuras fontegi teneantur dare mensuras cuilibet vendendi furmentum, tam intus quam extra funtegi quum apperietur funtegus. Et ipsas mensuras recolligere intus omnes quum claudetur fontegus. Et nullus possit vendere extra fontegum si poterit habere stacionem in fontego.

Die xii madii. In minori consilio sono *etc.* congregato, captum fuit et firmatum, quod Dimicus de Benessa debeat respondere comuni pro discordia pecunie quam dicit ipse Dimicus solvisse de denariis comunis ca-

bele vini ser Vite de Bagave epitropo illorum de Gambe videlicet de perperis centum et duodecim.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum, quod Zanchus de Goçe et Nixa de Caboga quos Dimicus de Benessa vult producere ad probandum, quomodo Maroe filius Vite de Bagauce dixit quod est scriptum in quaterno ipsius, Vite quomodo ipse Vita recepit ab ipso Dimcho perp. CLXXXX, non possunt testificari in ista causa pro eo, quod filius non potest obligare patrem et quod testificacio ipsorum est in secunda manu.

In dicto minori consilio captum fuit et firmatum, quod accipiatur corona quam tenet Mate de Mençe de manibus suis, et debeat dari in manibus omnium tutorum filie Andre del Gallo.

Ablata fuit dicta corona prefato Mate et data Georgio Pasche de Georgio, tutori filie dicti Andree, que corona fuit pecie XV cum perlis et lapidibus preciosis, quorum lapidum unus lapis est abstractus de dicta corona, et perle V.

Cassum[1] quia fuit ablata a dicto Georgio et data Alexandro Sebasto . . . . de Velona, de mandato domini rectoris et parvi consilii MIIICLXIII die XII may corona prefata.

Die XIII madii. In consilio rogatorum *ball.* XXX. Prima pars est de faciendo donum illis de Balsa in armis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de accipiendo de sale perperos IICL pro donis, salario ambaxiatoris et barche, et pro expensis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de prohibendo per aliquem navigium de Raguseis vel ejus districtu non audeat ire ad aliquas terras Appulee sine licencia parvi consilii nec ad partes Marchie usque ad diem Lune proximam. *Capt. per omnes.*

In minori consilio sono *etc.* congregato captum fuit: quilibet debens solvere de frumento comunis debeat solvisse usque ad diem dominicam proximam totum quod solvere debet pro dicto frumento pro ultimo termino sub pena I gros. pro stario.

Item captum fuit, quod nullus *(audeat)* capere gripnas nec vendere nec iaboche usque ad sanctum Vidum proximum, sub pena perperorum V pro quolibet et qualibet vice.

Die XV madii. In maiori consilio *ball.* LXIII. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio de dando illum ordinem et modum, qui videbitur eis, quod aliquis de Ragusio vel ejus districtus non audeat ire ad partes Apulee nec Marchie Ancone, sicut majus consilium facere posset. Et quod ille de partibus illis, que sunt infecte, venire non possint Ragusium nec ad ejus districtum. *Capt. per* LVI.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse obligare comune tutoribus filie Andre Laurencii de Mençe pro prima carta quam habebat sibi comune et de perperis IICX, et facere de istis II supra I dando eis V pro C. *Capt. per* LXIII.

---

[1] Margini adscript.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse reddere meritum et sibi providere cuidam persone quam scivit quod servivit comuni tempore guerre Ragusium prout videbitur convenire, sicut maius consilium facere possit. *Capt. per* LI.

In minori consilio ex auctoritate eis data a majori consilio captum fuit, quod nullum navigium de Ragusio et eius districtu audeat ire ad partes Appulee nec Marchie Anchone sine licencia domini rectoris et parvi consilii sub pena comburrendi ipsum navigium, nec aliqua persona de Ragusio et ejus districtus, audeat ire ad dictas partes sub pena perperorum vc pro quolibet contrafaciente, sine licencia domini rectoris et parvi consilii.

Bampnitum per Allegrinum.

Die XVI madii. In maiori consilio *rogatorum ball.* XXXIII. Prima pars est de respondendo Jure de Balsa pro facto galee quam emit, nos excusando de non dando eis de hominibus nostris ad conducendum ipsam ad ipsum, per pulcriorem modum qui videbitur domino rectori et parvo consilio Et simili modo facere debeat excusacionem de corredis que petebat. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de respondendo illis de Cataro supra facto galee, per pulcriorem modum, qui videbitur domino rectori et parvo consilio. *Capt. per omnes.*

Vita de Tudisio, Grube de Mençe ad emendum dona mittendum illis de Balsa.

Domini de nocte facti fuerunt ad inquirendum et ordinandum, quod forenses infecti ista peste mortali, non permittatur intrare Ragusium nec aliquid navigium de Ragusio et ejus districtu ire ad partes Apulie et Marchie Anchonitane.

Ser Johannes de Tudisio est rector in questione quam Nixa quondam Çive de Caboga movere intendit Stepe de Georgio et Junio eius fratri.

Die XVII madii. In maiori consilio *ball.* LXIII. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio tenendi illum modum qui eis videbitur, ut creditores Craçe calegarii qui sunt ita fraudolenter decepti ab ipso, possint suum recuperare et rehabere ad expensas ipsorum creditorum, aliquo statuto in contrarium non obstante. *Capt. per* LXI.

Prima pars est de faciendo graciam Pale de Sorgo qui erat salinarius, ut possit elligi I alius loco sui qui vult ire in viagium, antequam ipse vadat. *Capt. per* LXII.

Die XVIIII madii. Kalenda de Buçignolo, Grube de Mençe in minori consilio sono *etc.* congregato facti fuerunt tutores heredum Serce uxoris quondam Matei de Marino de Mençe.

In dicto consilio captum fuit et firmatum de dimittendo unum hominem Qualislavo Gurenovich, quod possit ire in Apuliam.

Item de dando libertatem capitibus creditorum Crançe, quod possint mittere Anconam procuratorem cum una barcha ad recuperandum bona

ipsorum, que portavit ipse Crançe, et quod barcha possit ibi stare et expectare prefatum procuratorem diebus IIII.

Item captum fuit in dicto consilio de faciendo graciam Vlacho de Caboga capitaneo Tersteniçe, ut possit venire Ragusium pro suis serviciis et stare diebus VIII.

Die XX MENSIS MADII. In nomine domini amen. Anno eiusdem MCCCLXIII. Indictione prima. Reformaciones maioris, minoris et rogatorum.

In consilio maiori *ball.* LXI. Prima pars est de accipiendo de denariis salis pro laborerio salinarum Stagni perperos IIIC. — *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando auctoritatem uxori Pale de Çaulego, quod ipsa possit dare Cherue, de more partem dotis sue, pro dote filie sue et uxoris dicti Cherue loco illius possessionis, que data erat eidem Cherue in dotem; que possessio est ei subtracta per creditores ipsius Pale. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium, posse mittere precipiendo et consulendo mercatoribus nostris, commorantibus in partibus Bossine propter nova que habentur, et posse tenere illum morem et dare illum ordinem, qui videbitur pro conseruacione dictorum mercatorum et pro bono statu Ragusii sicut maius et generale consilium facere possit in predictis. *Capt. per omnes.*

Secunda pars est de dando istud arbitrium domino rectori et parvo consilio. *Capt. per* LII.

DIE XXII MADII. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, quod quicquid fecerint et ordinaverint capita mercatorem creditorum Crançe Ruych cum maiori parte ipsorum mercatorum, pro recuperacione debitorum et mercacionum sit ratum et firmum.

Item in dicto minori consilio preceptum fuit per dominum rectorem et suum parvum consilium Marino de Bucignolo procuratori Pierçe de Petragna, ut debeat dare instrumenta debiti, quod debet recipere ipse Pierçe a dicto Crançe, ut registrentur et mittantur per capita mercatorum et dare debeat pignus pro expensis fiendis.

DIE XXII MENSIS MADII. In consilio maiori *ball.* LXXXIIII. Prima pars est, quod aliquis masculus Raguseus ab annis XV supra vel qui pro Raguseo se appellat, habitans Ragusii, non audeat a modo in antea secedere de Ragusio sub illa pena et cum illis modis qui inferius capientur. *Capt. per* LXXIII.

Prima pars est, quod quilibet masculus ab annis XV supra, Raguseus vel qui pro Raguseo se appellat habitans Ragusii possit ire per Staream revertendo de sero Ragusium in illa die qua ibit. *Capt. per* LXXXIII.

Prima pars est, quod quilibet masculus de Ragusio possit ire ad insulas Ragusii, revertendo Ragusium ad terciam diem, computando in isto termino diem in qua recedet de Ragusio et diem in qua revertetur Ragusium, et recedat qua hora velit de Ragusio. *Capt. per* LXXXIII.

Prima pars est de dimittendo ire Stagnum masculos ab annis xv. supra.

Prima pars est quod ille Raguseus, qui volet ire Stagnum, debeat reverti Ragusium usque ad sex dies secundum formam moris, quam clare probare possit; in quibus diebus vi computetur dies qua recedet de Ra-Ragusio et dies qua revertetur Ragusium. Et nulla alia excusacio valeat. *Capt. per* LXXXII.

Prima pars est, quod quilibet contrafaciet hiis ordinibus suprascriptis, vel alicui ipsorum de recedendo de Ragusio, omnia bona sua mobilia et imobilia venire debeant in comune. Et si ipse haberet de bonis suis valentibus paucioribus perp. M. illa bona valencia minus perp. M venire debeant in comune. Et si ipsius persona veniret in forcia comunis, quod ipse non possit exire de carceribus, donec solverit illud quod defficeret usque ad perp. M. Et si nichil haberet de bonis mobilibus vel stabilibus, non possit unquam exire de carceribus, donec solverit perperos M. Et quicumque accusabit aliquem contrafacientem, habeat medietatem pene, si per eius accusam veritas poterit reperiri, et tenebitur de credencia. Et quod aliquis rectorum non audeat ponere partem, nec aliquis arrengare, nec facere peticionem, quod fiat gracia vel remissio alicui contrafacienti hiis ordinibus aut alicui ipsorum in pena perp. M pro quolibet et qualibet vice. Et si aliquis religiosus faceret peticionem pro aliquo contrafaciente, quod non debeat audiri ullo modo. *Capt. per* LXXI.

Prima pars est, quod si quis de habitantibus Ragusio ivisset ad Staream vel ad insulas, ad Stagnum aut ad Puntam Stagni vel extra districtum Ragusii, quod dominus rector cum parvo consilio debeat eis mittere precipiendo, quatenus venire debeant Ragusium ad illum terminum, qui videbitur domino rectori et parvo consilio, sub pena superius specificata. Exceptis ser Andrea de Lucharo, ser Micho de Lucha, Viteo de Babalio et oficialibus comunis. Et aliquibus de populo pegolotis in Stagno et in Punta commorantibus cum mercatoribus et artificibus. Et intelligantur extra districtum Ragusii Jacobus de Mençe, Dragoe Clementis de Goçe, Dragoe Marini de Goçe, et Dragoe Vite de Goçe, et Paulus filius Stane de Miroslavo ad presens. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio dimittendi ire mercatores in viagium cum mercatoribus, et marinarios, qui per duas partes illorum de consilio minori reperientur in consilio cognosci, debeant si vere vadunt in viagium pro mercatoribus vel marinaricia, ente dicto consilio ad plenum. Et cum istis intelligantur cursores.

Maroe de Radosta, Bocxa de Gureno in minori consilio sono campane more solito congregato facti fuerunt tutores filiorum quondam Veloe olim famuli Marini de Vitano et Socii Serdani.

Prima pars est de permittendo ire Duracium Orse de Gleya cum I barcosio cum VI mariariis, ad levandum mercaciones mercatorum de Ragusio. Et cum I barcheta cum V marinariis, non faciendo aliud viagium nisi reverti Ragusium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de permittendo ire Anconam illam barcham, quam mittunt mercatores cum II suis procuratoribus et cum I barcha armata. *Capt. per omnes.*

Die xxiii madii. De mandato domini rectoris et sui consilii clamatum et cridatum fuit per Milgostum preconem in locis solitis, quod nullus excoriator sive beccarius audeat vel presumat aperire aliquod animal excoriatum et vendere carnes sine licencia Andree del Gallo et Pocre de Benessa, vel saltem unius ipsorum v; — pro quolibet contrafaciente et pro qualibet vice, sub pena de perp. v.

Die xxv madii. In minori consilio sono campane more solito congregato ex auctoritate eis data a maiori consilio captum et firmatum, quod illi, qui non dederint pignus pro expensis fiendis pro facto Crançe Ruhic calegari, hodie per totam diem non debeant habere ratam mercatorum et pecunie que recuperabuntur.

Die xxvi madii. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum de faciendo fieri sepulturas concavas et profundas a duobus cubitis supra.

Item in dicto minori consilio captum fuit de faciendo duos officiales ad videndum sepulturas fiendas, quod sint profunde a duobus cubitis supra, et quod habeat unusquisque grossos ii in die.

Item in dicto minori consilio captum fuit, quod cras vadatur ad maius consilium pro facto Jacobi de Mençe.

Die xxvi madii. In consilio rogatorum *ball.* xxxiii. Prima pars est de faciendo responsionem Jure de Balsa per modum qui fuit arengatus, se excussando a peticione eius. *Capt. per omnes.*

Die xxvii madii. In maiori consilio *ball.* lxiiii. Prima pars est, quod ser Jacobus de Mençe, qui noluit obedire precepto dominacionis secundum relacionem illorum, qui portaverunt preceptum, habeatur pro caduto ad penam contentam in ipso precepto. *Capt. per* lviii.

Ser Andreas de Benessa *ball. 0.*

Ser Petrus de Prodanelo *ball. 0.*

R. Ser. Blaxius de Lucha *ball.* xxxii, remansit rector pro mense Junii.

Die xxvii madii. In minori consilio captum fuit, quod quicunque faciet occidi aliquam bestiam in becaria, quae extra videatur sana et intus reperiatur postumata taliter quod carnes per oficialem deputatum proiciantur, quod comune teneatur solvere illas carnes.

Bampnitum per Alegrinum.

Die xxviii madii. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit de donando Povereseho unum mantum assarie pro una machina.

Die prima junii. Maroe de Prode de Bissiga factus fuit scribanus in barchosio Michovili, in minori consilio sono campane more solito congregato.

Die prima mensis junii mccclxiii. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, quod fieri possit fraternitas sive fratria sancte Crucis in Ragusio.

Die iiii junii. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, de faciendo mandatum mercatoribus nostris de Bosna, quod nullus ipsorum audeat morare personaliter aut ponere res suas in castris Bosne, sub pena de perp. vc pro quolibet contrafaciente et pro qualibet vice.

Die v junii. Exemplum litterarum per dominum rectorem ser Blasium de Luccari et parvum consilium ex auctoritate maioris consilii destinatorum mercatoribus Bosne.

Blasius de Luccari, rector comunis Ragusii, iudices et consiliarii civitatis ejusdem omnibus nostris mercatoribus Ragusii, qui morantur per contradas Bosne salutem cum sincera dilectione. Scripsimus vobis precipiendo ex auctoritate maioris consilii nobis adtributa, quod deberetis obedire in omnibus, que vobis precipiunt ex parte nostra, Sime Stephi aurificis, Ratcho de Sumagna et Nixa Blasii de Saracha, et videtur, quod aliqui vestrum nolit obedire sicut oportet. Idcirco volumus et precipimus vobis et cuilibet vestrum, quod debeatis obedire preceptis dictorum Sime, Ratchi et Nixe vel alicuius ipsorum, quod vobis facient ex parte nostra sicut maiori consilio ragusino, et illud quod vobis consuluerint, si feceritis, retum dabit in vestrum comodum et salutem.

Blasius Lucari, rector Ragusii, iudices, consiliarii, civitatis eiusdem vobis Sime Stephi aurificis, Ratcho de Samagna et Nixe Blasii de Saracha nostris mercatoribus Ragusinis, salutem cum dilectione sincera. Recepimus vestras litteras, quas noviter nobis misistis, quibus intelectis vobis presentibus respondemus, quod miramur de vobis qui scribitis, quod aliqui mercatores faciunt suas excusaciones dicendo, quia nolunt venire Ragusium in carcerem eo quod sunt debitores et, salva vestri gracia, non scripsimus vobis, quod debuissetis illis precipere, quod veniant Ragusium, nisi quod ex parte nostra ipsis et cuilibet ipsorum precipisetis sub pena yperperorum dccc, quod aliquis ipsorum in persona vel rebus non audeat, nec presumat ingredi ad aliquod castrum illarum partium, et quod deberetis illis consulere pro ipsorum salute, ut cum suis personis et mercacionibus deberent ad partes maritimas adherendo, si eis placet. Et ideo iterum precipimus vobis et cuilibet vestrum in solidum, si non essetis omnes tres, quod statim recepta hac nostra littera precipiatis ex parte nostra et totius civitatis Ragusii omnibus nostris mercatoribus de Bosna sub pena de iperperis d pro quolibet contrafaciente, quod aliquis ipsorum non audeat vel presumat cum persona vel rebus intrare ad castella illarum partium, et debeatis ipsis consulere pro ipsorum salute, quod cum suis rebus debeant versus partes maritimas adherere, et debeatis nobis scribere per vestras litteras die quando et quibus nostris mercatoribus mandatum feceritis supra dictum, quibus nostris mercatoribus mittimus mandatum apertum, quod debeant vobis tamquam nostro maiori consilio, penitus obedire. Rescribatis nobis de omnibus novis vobis occurrentibus quoquomodo.

Lett. Com. Lev. 1361—80 fol. 49.

Die v junii. In maiori consilio *ball.* lxviii. Prima pars est de faciendo graciam fratribus minoribus et fratribus predicatoribus, quod possint conduci facere de Lagusta quinquia iiic vini; videlicet quinquia cl pro quolibet monasterio pro ipsorum substentacione. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de addendo ad laborerium ecclesie sancti Blasii perp. iiicl de denariis comunis omni anno usque ad annos decem, qui denarii accipi debeant unde poterunt haberi cicius. Et si completur dicta ecclesia ante annos decem, compleatur et terminus dandi dictos perperos iiicl; et scapola gabella vini, a quibus est obligata usque ad diem presentem isti perp. iiic dari debeant de dicta gabella, sicut dantur perp. iiic ut dicta ecclesia habeant de dicta doana perp. m in summa omni anno ipsa ecclesia, usque ad terminum supradictum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod fiat solucio domino Francisco Georgio de vendicione salis comunis, quod procuratores sancti Blasii possint vendere in comercio salis milliarie unum salis, qui datur eis pro adiutorio laborerii ecclesie beati Blasii protectoris nostri. *Capt. per omnes.*

Die vi junii. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est de solvendo comiti Voyslavo ante terminum affictum commercli de illis denariis, qui sunt in massaria, et illud quod deficiet addere de pecunia salis, usque ad integram summam affictus dicti comercli, et restituere racioni salis de pecunia massarie exigenda quidquid recipietur de racione salis pro solvendo dictum affictum commercli, et scriberetur in sale tota pecunia que recipietur a dicta massaria. *Capt. per omnes.*

Die viiii junii. In consilio maiori *ball.* lxvii. Prima pars est de accipiendo mutuo de denariis salis yperperos iiic et ipsos restituere de denariis massarie, de quibus perp. iiic dari debeant magistro Gulielmo physico pro parte sui salarii perperos iic. Et perp. c pro ligneto et alii expensis necessariis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse accipere mutuo a sale unde melius haberi poterunt denarios quot fuerint necessarii pro salinis. Et non alia de causa. *Captum per omnes.*

Ser Jacobus de Georgio *ball.* xxxiiii, remansit judex in loco Jacobi de Mençe.

Prima pars est, quod siquis haberet aliquam scripturam vel testes supra aliquod qui moriretur in lecto, dato quod non fuerit sibi denunciatum secundum formam statutorum, non preiudicet debenti habere in iuribus eius, donec videbitur maiori consilio. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod dominus rector cum duobus de minori consilio possit auctenticare testamenta, que presentabuntur sicut prius poterat cum judicibus donec videbitur maiori consilio. *Capt. per omnes.*

Die xiii junii. In consilio rogatorum *ball.* xxxi. Prima pars est de differendo usque ad cras de mane super facto Duracenorum. *Capt. per omnes.*

Die xiiii junii. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori cum parvo consilio, quod debeant respondere ambaxiatoribus Duracii per illum modum, qui est scriptus in copia littere, quam misimus capitaneo et universitati Durachii, et cum aliis pulcrioribus verbis, que videbuntur domino rectori et dicto parvo consilio pro honore et bono statu Ragusii. *Capt. per omnes.*

Die xv junii. Druse fuit assumptus pro famulo rectoris in minori consilio sono campane more solito congregato.

Item in dicto minori consilio captum fuit, quod carnes arietine castrate vendantur per totum mensem Julii proxime futurum ad racionem de foll. vii pro libra.

Bampnitum per Allegrinum preconem.

Die xvi junii. In consilio maiori *ball.* lxiii. Prima pars est de soldaniçando personas lx pro custodia civitatis ultra custodes qui sunt pro qualibet septimana; que persone semper debeant portare arma de die et de nocte, et debeant custodire de nocte ad mutam videlicet xxx persone pro qualibet nocte.

Prima pars est de soldaniçando personas xl per modum suprascriptum. *Capt. per* xxxiii.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio ad acipiendum de pecunia salis pecuniam necessariam pro dictis personis xl soldaniçandis et a perperis cc inferius pro faciendis aliquibus expensis necessariis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de confirmando magistrum Cobellum cyrurgicum pro uno anno pro ducatis auri centum quinquaginta. *Capt. per ball.* lv.

Prima pars est de amplificando terminos ordinum factorum super conpulsione facta, quod Ragusini non audeant recedere de Ragusio nisi eundo stando in Stagno et iii insulis in terminis ibidem contentis. Per *ball.* xxxvi.

Prima pars est de amplificando terminum in terra firma. *Captum.*

Prima pars est, quod terminus eundi, standi et redeundi de Stagno captus de sex diebus; prorogetur in decem dies; terminus insularum prorogetur in sex dies, et terminus Astaroe in duos dies et unam noctem, ita quod omnes illi qui iverint ad loca predicta redeundo Ragusium teneantur stare tantumdem Ragusii ad minus, quantum steterint in locis prefatis. Et quod fieri debeant per minus consilium quatuor officiales, coram quibus quatuor, tribus, duobus, vel saltem uno ipsorum, omnes qui recesserint de Ragusio et rediverint Ragusium debeant se presentare; qui oficiales vel aliquis ipsorum scribere debeant diem recessus et diem reditus uniuscuiusque. Et quod non debeant dimittere recedere de Ragusio nisi usque ad quantitatem xx nobilium et xx popularium et infra, et quod veniendo Ragusium possit dimitti alius loco illius qui venerit, ita quod uno tempore non possint dimitti quod stent extra Ragusium in locis predictis, nisi usque ad summam hominum xl videlicet xx nobilium et xx popularium ut prefertur sub pena capta in ordinibus supra dictis. *Capt. per* xlvii.

Bampnitum per Alegrinum preconem eodem die (Margini adscript.).

Ser Andreas de Benessa, ser Johannes Nicolo de Gondola, ser Jacobus de Sorgo, ser Vitcho de Tudisio dohanerii dohane maioris, facti fuerunt per minus consilium officiales super premissis.

Die xviii dicti mensis junii. Exemplum aliarum litterarum. Blasius de Lucaris rector Ragusii, judices et consiliarii civitatis ejusdem vobis Sime de Stepho aurifice, Ratcho de Sumagna et Nixa Vlatchi de Saracha et cuilibet vestrum in solidum, nostris mercatoribus ragusinis, salutem et dilectionem sinceram. Scripsimus et precepimus vobis per duo nostra mandata sub pena de yperperis vc pro quolibet contrafaciente nostris mandatis predictis, quod aliquis noster Ragusinus non audeat vel presumat intrare personaliter vel ponere res suas in castris illarum contradarum Bosne, et vos per litteras vestras nobis respondistis tartarice, videlicet quod dixistis mercatoribus, quod adhereant ad marittimam cum suis rebus, et non respondistis si precepistis, quod non debeant personaliter intrare, vel res suas ponere in castris parcium illarum. Idcirco ex auctoritate nostri maioris consilii precepimus vobis, ut cuilibet vestrum sub pena personarum et habere, quod ullo modo audeatis intrare, vel res seu mercaciones vestras ponere in castris predictis. Et precepimus vobis et cuilibet vestrum in solidum, quod simile preceptum ex parte nostra facere debeatis omnibus nostris mercatoribus, qui sunt in illis partibus, quod non debeant intrare, vel res ponere in castris predictis sub predicta pena. Et scribatur nobis per vestras litteras, die quando et quibus mercatoribus mandatum fecerint supradictum, et similiter novis que habebitis in partibus vestris.

Lett. Comm. Lev. 1361—80 fol. 50.

Die xxvi junii. Ser Frane de Bodaça, ser Perçe de Petragna, Ticoçius aurifex, Bandassa de Branota in minori consilio sono campane more solito congregato facti fuerunt ad faciendam ratam expensam et eius quod deficit creditoribus Crançe Ruhich.

Die xxvii mensis junii. In consilio maiori *ball.* lxi. Ser Blasius de Babalio — *ball. 0,* ser Grube de Mençe — *ball. 0 (cassi).*

Ser Johannes Nicole de Gondola — *ball.* xliiii, remansit.

Prima pars est, quod dominus rector cum parvo consilio possit facere oficiales tres, sicut poterat facere secundum formam statuti veteris, entibus vii in numero dicti consilii, non obstante statuto novo loquente quod debeant esse viii. Et istud statutum novum sit cassum, et vetus remaneat in sua firmitate. *Capt. per* lv.

Prima pars est, de faciendo graciam ser Clime de Dersa, quod possit ire Stagnum ad uxorem eius, que est infirma et possit ibi stare eundo et redeundo diebus decem, scribendo comiti Stagni, ut notificet si uxor eius est infirma vel non, et si esset sana, quod illico reverti debeat Ragusium sub pena ordinata. *Capt. per* lii.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse soldare homines lxxxx pro isto mense Julii, et dare eis de soldo quam melius poterit ut bona custodia fiat. Et quod non possit dari alicui dupla guardia. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo graciam Francisco Cancelario, quod possit ire ad sanctum Franciscum de Asissio, non lucrando soldum de tempore quo stabit extra. *Capt. per omnes.*

Die xxvii junii. Ser Michael de Dersa — *ball.* xxxviii, remansit procurator s. Marie.

Ser Johannes de Grede — *ball.* xlviii.

Ser Mate de Ribiça — *ball.* xlv, remansit vicarius.

Die xxviii junii. Savinus de Getaldo factus fuit milex et socius domini rectoris.

Mateus de Georgio factus fuit officialis ad getum Çere.

Die xxviii junii. In consilio maiori *ball.* lxiii. Prima pars est de minuendo numerum maioris consilii per totum mensem Julii, ut possint fieri consilio *(cassum).*

Ser Pasche de Ragnina — *ball.* xxxvi, ser Grube Mençe — *ball.* xliii, remanserunt consiliarii.

Prima pars est, quod quilibet de maiori consilio et rogatorum venire debeat ad consilium, quando pulsabitur, sub pena perperorum v pro quolibet et qualibet vice. Et nulla excusacio valeat nisi iaceret infirmus; quam penam rector exigere teneatur. Et si non exigeret ab aliquo, qui caderet ad dictam penam, conputetur in eius soldo. Et hec pars debeat durare per totum mensem Julii proximum. *Capt. per* xlviii.

Ser Johannes N. de Gondola — *ball.* l, remansit procurator sancte Marie.

Prima pars est de dando magistro Christofalo physico pro uno anno de salario ducatos ducentos. *Capt. per* xlviii.

Prima pars est, quod salinarii Stagni possint venire ad standum ad Plaucham in domo comunis pro isto anno. *Capt. per pmnes.*

Die primo julii. In consilio maiori *ball.* lxi. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio accipiendi de pecunia salis comunis, usque ad summam de perperis iiic pro expensis salinarum de Stagno qui iperp. iiic debeant scribi et restitui de pecunia massarie, et ipsi massarie debeant restitui postmodum a doana maiori. — *Captum per* lviii.

Prima pars est de faciendo graciam Blasio de Caboga capetaneo Terstenice, quod possit ire per aliquos dies spaciando per scopula prope Puntam Stagni, et usque Curçulam, semper redeundo ad Punctam; videlicet octo dies stando extra Punctam et postmodum tantum in Puncta. *Capt. per ball.* xliiii.

Die ii julii. In minori consilio sono campane more solito congregato.

Blasius de Mençe factus fuit salinarius in Ragusio. — Frane de Bodaça dominus de nocte.

Die IIII Julii. Maroe de Lampre de Mençe fuit factus scribanus salinariorum de Stagno in minori consilio sono campane more solito congregato.

Pasche de Bonda supra fontegum.

Die VI Julii. Laur. de Bodaça factus fuit salinarius in Ragusio.

Die VII Julii. In consilio maiori *ball.* LL. Ser Andreas de Benessa — *ball.* XL, remansit rector pro mense Julii.

Prima pars est, quod quicunque fuerit electus salinarius, non possit se excusare pro aliquo alio officio quod haberet, set debeat habere utrumque officium, et habeat ultra salarium consuetum perperos x de pluri. *Capt. per* LV.

Prima pars est de faciendo tres oficiales, qui debeant habere secum scriptores ad registrandum omnia testamenta priusquam dentur epitropis illorum testamentorum; et pro registro cuiuslibet testamenti epitropi debeant solvere grossos IIII, quorum grossorum II habebit scriptor et duos grossos habebunt dicti oficiales; et omnes illi epitropi, qui receperunt de cancellaria aliqua testamenta, teneantur illa restituere dictis officialibus ad registrandum ipsa sub pena de perperis v pro quolibet et qualibet vice, qua requisiti fuerint pro parte officialium predictorum. — *Captum per omnes.*[1]

Die xvii decembris. In consilio rogatorum *ball.* xxxviii. Prima pars est de respondendo istis duobus ambaxiatoribus domini imperatoris et comittisse horetenus et per literam, secundum quod fuit arrengatum. *Capt. per omnes.*

Die xviiii decembris. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, quod die Iovis proxime futura post festum Nativitatis dominice proxime futurum, ser Johannes de Bona debeat dare iura sua in minori consilio super eo, quod sibi petitur per Mateum de Georgio pro racionibus quondam Martholi de Georgio.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum, quod illi perperi c quos habent camerarii comunis in deposito, dimissos a Domagna de Iscriça, heredibus Marci de Bagas de Catharo, debeant dari Benesse de Benessa pro parte denariorum, quos debet recipere a comuni pro emptione parcium illorum de Bisti, quam fecit.

Die xxi decembris. Andreas de Benessa factus fuit loco rectoris in questione, quam ipse dominus rector movere intendit contra Parve de Bona matrem Serghi de Bona.

Die xxvii decembris. Marinus de Slavçe advocatus Marusse filie quondam Pauli de Resti et olim uxoris Matchi de Resti, nomine dicte Marusse refutavit lectum dicti sui mariti.

Die xxviii decembris. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, de donando pro sdravica Poverschi perperos x.

Item in dicto minori consilio captum fuit, de portando ad maius consilium, quod quilibet qui aducet Ragusium de furmento usque ad terminum per maius consilium statuendum, habere debeat pro quolibet stareo grossos i.

Ser Blasius de Babalio, ser Nicola de Çavernicho et Georgius de Georgio in minori consilio sono campane more solito congregato facti fuerunt officiales, ad emendum de sale quantum erit necessarium comuni pro minori precio, quo poterunt, usque ad summam de perperis xx inferius pro quolibet centenario grosso.

Die xxviii decembris. Per ser Savinum de Bonda locumtenens domini rectoris ser Grube de Mençe cum parvo consilio fuit determinatum et preceptum Marino de Slavçe advocato tutorum heredis Martholi de Georgio, quod debeat requirere Johannem Pauli de Gondola tercium tutorem, ut sit simul cum Grube de Mençe et Gaya matre dicti heredis ad prosequendum iura dicti heredis quondam Johannem de Bona, qui Johannes de Gondola si interesse voluerit ipsi domini tutores videlicet Grube et Gaya debeant die iovis proximo futuro prosequi in isto minori consilio iura sua contra dictum Johannem de Bona, cui fuerit preceptum, ut venire debeat ad consilium supradictum dicto die iovis celebrandum.

Die xxviii decembris. In consilio maiori *ball.* lxxx. Rectores mensis Januarii: Ser Michael de Babalio *ball. 0,* ser Johannes de Tudisio *ball.* xliii, remansit rector pro mense Januarii, ser Symon de Resti *ball. 0.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, de emendo bladum in comuni, et posse accipere mutuo usque in ducatos mille iiic pro dicto, de denariis pupillorum aut viduarum; dando eis de proficuo quantum videbitur racionabile dictis domino rectori et parvo consilio; et hec libertas durare debeat usque ad sanctum Michaelem. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse dare cuilibet volenti se obligare conducendi furmentum Ragusium ad illum terminum, qui videbitur dictis domino rectori et parvo consilio, grossum i pro staria. *Capt. per omnes.*

Bampnitum per Allegrinum.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, dandi licenciam cuicumque Ragusium voluerit facere menam cum istis Januensibus, qui dicuntur habere furmentum, ut faciat venire ipsos Ragusium non obstante aliquo statuto loquente in contrarium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando Blaxio de Miorino expeditori domini rectoris ultra perperos lx quos habebat, perperos xx pro i pari vestium pro isto anno. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium pitropis Dyme Mutina. posse vendere casale et possessionem illam de molinis, in quam intravit Marinus de Radeno pro debito, et solvere dicto Marino debitum suum et maritare filiam dicti Dyme cum illo quod superabundabit et cum domo ipsius Dyme cum illa condicione, quod domus non possit vendi. — *Captum per* lxxv.

Blaxius de Grede in minori consilio sono campane more solito congregato, ex auctoritate eis data a maiori consilio, die secunda mensis Septembris proxime preteriti, promisit et se obligavit domino rectori et parvo consilio debere dare comuni Ragusii, usque per totum mensem marcii proximum, sine Dei impedimento, milliaria salis vi usque in viii, ad racionem yperperorum xviiii, cum hac condicione, quod vendito sale comunis, quem habet ad presens, et miliare uno salis sancti Blaxii xii, debeat vendi sal ipsius Blaxii, et debeat habere solucionem suam de denariis dicti salis. Et intelligatur ad mensuram grossam. Et dictus sal Blaxii debet esse primus post illum comunis et sancti Blaxii, conducto in Ragusio ad pontem, si dictus sal fuerit necessarius comuni. Et si comune emeret alium salem, quod non possit vendi ante salem dicti Blaxii.

Cassum de voluntate parcium.

Vnuçe de Matessa in dicto minori consilio se obligavit, debere facere conduci Ragusium usque per totum mensem aprilis staria viic furmenti cum hac condictione, quod comune teneatur et debeat sibi dare de quolibet stario grossum unum, et dominus rector cum parvo consilio promisit sibi dare dictum grossum pro quolibet stario. Cum hac condicione, quod ipse cadat comuni de quolibet stario furmenti, quod non faceret conduci Ragusium ad dictum terminum, de grossis iii.

In dicto minori censilio captum fuit et firmatum de eundo, die mercurii proxima futura ad consilium rogatorum pro facto homicidii, quod fecerunt homines Neneçi.

Die xx septembris. Nuy Blaxio de Babalio, rector de Ragusa, iudeèi et consellieri de la dita terra, comettemo a ti Marino de Stefano oreveso, che al nome de Dio debi andare a Zara, a savere et per sentir quando lo nostro signor messer lo re de Hungaria die vignire a Zara. Et çonçando ti a Zara, debi presentare le lettere a li rectori de Zara et a ser Daniele de Vanchaso, li quali debi saludare per parte nostra chomo nostri fradeli et amisi.

Anchora te comandemo, che de Zara non te debi partire infin a tanto che tu non presentirasi et saverasi certamente, che lo nostro signor messer lo re sia in via per vignire a la marina; et sapiando tu certamente, che elo è in via, de presente debi vignire a Ragusa cum i barcha armada al plu tosto che tu poraii, non indusiando in alguna parte.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 50.

Die xx septembris. Registrum littere destinate domino Francisco de Georgio. Amice carissime grata salutacione premissa. Quia Marinum Stephani latorem presencium nostrum civem dilectum, ad vestram amiciciam et civitatem Jadre personaliter transmittimus exploraturum et sciturum de tempore futuri adventus serenissimi domini nostri domini regis Hungarie ad civitatem Jadre supradictam. Idcirco amiciciam vestram tenore presencium deprecamur, quatenus, nostri amoris intuitu, de novis que sciveritis ad presens de dicto adventu domini nostri, eundem Marinum dignemini, si placeat, informare; et quandocunque sciveritis certitudinaliter eundem dominum nostrum esse in itinere veniendi ad civitatem Jadre supradictam, per unam barcham, si erit possibile, vel per specialem nuncium per terram, vestris litteris dignemini nos, si placeat, informare nostris sumptibus vobis concito erogandis.

Lett. Comm. Lev. 1361—80 fol. 51.

Die xxiii novembris. Registrum littere responsorie misse ducali domino Veneciarum.

Serenissime domine, debita recomandacione premissa. Excellencie vestre tenore presencium facimus manifestum, quod vestras recepimus litteras in effectu continentes, quod durante rebellione pheudatorum vestre insule Cretensis contra statum vestrum, que nobis tamquam vestris benevolis displicet ultra modum, omnibus subditis nostris imponere deberemus efficaciter in mandatis, ut nisi dicti vestri pheudati ad gremium vestre gracie revertantur, quod in brevi futurum speramus, domino concedente, ab eundo, mittendo vel conversando cum ipsis abstineant, et ab omni eorum favore et auxilio desistere debeant; quoquomodo quibus quidem litteris, propter rebellionem hujusmodi nobis multum displicentibus, ut prefertur, lectis et puplicatis in nostris consiliis ordinatis. Paratos nos offerimus vestre excellencie supradicte, non solum in premissis sed in singulis aliis nobis pos-

sibilibus, vobis quomodolibet placituris, reservato honore nostri domini, vestrum beneplacitum viriliter adimplere.

Lett. Com. Lev. 1361—80 fol. 52.

Die xxvii novembris. Registrum littere destinate domine regine Apulie. Majestati vestre humiliter exponimus per presentes, quod nuper a Leone Castanea de Borento vestro magistro portulano Apulie recepimus litteras in effectum continentes, cum quondam inclitus princeps dominus Stephanus rex Raxie causa devocionis providisset ecclesie beati Nicole de Baro de cc yperperis annuatim per suum patens privilegium, per suum filium nunc regem Rassie confirmatum, supra quodam tributo quod ab universitate nostra recipit et nos requisiti ad dandum dictam pecuniam canonicis et capitulo dicte ecclesie huc usque derogaverimus, dignaremur pro reverencia dicti sancti et intuitu vestre reginalis majestatis, cui querelam de premissis dicti canonici jam fecerunt, debitam satisfactionem ipsis facere et eundem Leonem de omnibus que faciendum duxerimus, super premissis per nostras speciales litteras informare, ut vestre maiestati reginali denotet supradicta, super quibus litteris facta responsione debita Leoni magistro portulano predicto pro nostra excusacione et innocencia de predictis maiestati vestre ad informacionem debitam denotamus, quod si rex Rassie dictis canonicis per suum privilegium premissa concesserit ut prefertur, non pro tanto consequitur, salva reverencia canonicorum et capituli ecclesie supradicte, quod nos sumus obbligati et teneamur illis dare exinde yperperos supradictos, eo quod semper rex Raxie habuit et habet pro pecunia dictri tributi anno quolibet sibi danda speciale pactum nobiscum continue observatum, quod aliquem denarium dicti tributi alicui non tradamus nisi illi prope (?) tantummodo que cum suis specialibus litteris sclavicis et latinis pro dando tributo hujusmodi in festo sancti Demetrii, Ragusium adveniret et aliter dando quicquid daremus totaliter perderemus. Et si in privilegio supradicto contingat, quod non credimus contineri, quod rex Raxie obliget nos seu precipiat solvere pecuniam supradictam, salva ipsius regis reverencia, nunquam poterit nec potest obligare nos seu precipere quoquomodo eo, quod nunquam fuit nec est noster dominus qui supra nos istam habeat potestatem. Quare vestre reginali maiestati humiliter suplicamus, quatenus Dei et iusticie intuitu nos in premissis habendo renovabiliter excusatos, dictis canonicis indebite contra Deum et iusticiam nos molestare cupientibus in premissis audienciam si placeat non tradatis. Nam aliter petere similia adceptaveri et vestra reginalis maiestas de premissis a nobis prout nunc veridice informata, illos in suis peticionibus minime exaudivit. Nam ob reverenciam dicti sancti et intuitum vestre reginalis majestatis et amorem amicicie et fidei ortodoxe, multo libentius daremus pecuniam dicti tributi canonicis et capitulo supradictis, si venirent ad nos anno quolibet cum litteris regis Rassie ordinacionis, quam caloxaris scismaticis quibus pro parte domini regis Rassie quidem damus omni anno tributi pecuniam supradictam. Sed revera si daremus aliquid dictis canonicis tam pro privilegio, quam quacumque occasione alia sine specialibus litteris regis Rassie ut prefertur amitteremus totaliter et oporteret nos solvere iterato. Dignetur vestra reginalis maiestas nobis respondere si placeat in premisssis.

Lett. Comm. Lev. 1361—80 fol. 52.

In nomine domini amen. Nuy Nicola de Saracha rector de Ragusa cum lo piçolo conseio per auctoritade del maior conseio, chomettemo a ti Clime de Dersa nobile et dilecto çitadino nostro, che al nome de Dio tu debi andare a li çentili homeni Straçimiri et a Çura de Balsa o chi li serà, et quelli chomo amici nostri charissimi, et çitadini debili saludare per parte nostra et de tuta la terra cum quele belle parole che a ti parera che se convegna.

Et fata la salutacione debili dire chomo nuy reçevesimo la lor carta per lo abado de Reteç, et intendesimo le parole che ello ne dise per parte vostra, bene et saviamentre. E pero à mandado mi da vuy a deverve reçevere in sui çitadini et a far unione cum vuy ad insembre contra li nostri inimici, et a darne sacramento che vuy çure cum li nostri çentili homeni, a mi per nome de tuta la terra, chomo lo rector cum lo suo consello ha çurado al abado de Retez, per nostro nome per parte de la terra nostra. Et de questo sacramento debi far fare una littera simile et per quello muedo, che nuy havemo fatto a lor; la qual littera nuy ti havemo data che debi dare a loro: çoe che elli debia essere cum noy et noy cum loro, sì in tempo de guerra chomo in tempo de paxe, et che elli possa cum li soi homeni, vegnire a Ragusa et deponere et salvare le sue chose et quelle trahere de Ragusa liberamente, sichomo Ragusei et çitadini nostri.

Et fatto lo sacramento, debi procurare, quanto tu say et poy, cum li dicti Straçimiri et Çura, che elli debia andare sovra li Catharini inimisi nostri per terra, cum lo so poder a destruçione et consumamento loro. Et faremo tamen nuy per mare quello che potremo contra li dicti Catharini, et che li debia desradigare et consumare le loro vigne et tutto lo suo contado.

Anchora ti chomettemo che tu li debie dir: che nuy havemo per certa novella, che Voyslavo se sforça de haver a le sue mani la strada de Budoa per suo dextro et de li nostri inimiçi Catharini. Et se ello habesse Budoa in le sue mani, a vuy serà destruçione et dampno grandissimo, et conforto de li dicti nostri inimisi. Et nuy desiderando tutto quello che fosse loro bene et acressemento, li consellemo et confortemo che li debia mettere tal guardia in lo castello de Budoa et in quella contrada, che non possa essere tolto da sua mano.

Anchora te chomettemo che tu debi procurar cum li dicti Straçimir et Çura che per bene nostro a lor piaqua de fare si che sale non se venda per nessuno muedo a Ploça et questo procura de optenir quanto che tu poy; che questo sera a nuy grandessemo dextro per li fatti nostri.

Anchora ti chomettemo, che habi ad memoria de dire a li diti Straçimir et Çura, che li piaqua de far pagare quelli a chi tolse le lor chose, chomo elli ha proferto. Et quelly a chi ha tolto sono le çedule a ti date de lor mani scritte.

Lett. com. Lev. 1361—80. fol. 29.

Littere Citatorie et Incanti.

1363.

Die xxvii januarii. Indictione prima. De mandato domini rectoris ser Savini de Bonda incantatum fuit lutamem sancti Luche per Allegrinum preconem comunis pluribus diebus per civitatem. Et quia non inventus fuit qui plus dare velet, datum et deliberatum fuit per dominum rectorem et parvum consilium in publica concione Dymitrio de Mençe pro uno anno pro yperperis xxiii. Qui annus incipit dio xviii Januarii miiiclxiii.

Die prima decembris. Martholiça de Çrieva, Martholus de Theodisio, camerarii comunis receperunt a Grube de Mençe solvente nomine uxoris dicti quondam Demetrii pro integra solucione yperperi xxiii.

(Marg. adscript). Cassum quia solvit.

Eodem die. De mandato domini rectoris ser Savini de Bonda per Allegrinum preconem comunis incantata fuit doana becharie Stagni pluribus diebus per civitatem. Et quia non inventus fuit, qui plus dare velet, per dominum rectorem et parvum consilium in publica concione data et deliberata fuit Junio Bisti de Bona pro uno anno, cum pactis, condicionibus consuetis pro yperperis centum quinquaginta. Et incipit annus de xxii mensis Januarii.

Lucas de Bona camarlengus fuit confessus et contentus habuisse et recepisse pro conpleta solucione istius doane a Junio Bisti de Bona iperperos xlvi.

(Marg. adscript.). Cassum quia solvit.

Die xvii februarii. Ex parte dominacionis misse fuerunt littere citatorie Radeno Bratoslavich aurifici ad peticionem Martini de Sorgo cuius littere tenor talis est.

Jachobus de Georgio, rector Ragusii, cum suis judicibus tibi Radeno Bratoslavich salutem et omne bonum. Scias, quod Martinus de Sorgo venit coram nobis cum i carta notarii facta in miiiclxi indictione xiiii die tercia Novembris, per quam apparet, quod tu fuisti confessus et contentus super te et super omnia bona tua, usque ad iiii menses proximos futuros, te obligas dare et solvere dicto Martino ducatos auri xxxv. Et sit de presenti viagio, et si ultra dictum terminum *etc.* renuncians *etc.* petens et requirens a nobis, quatenus debemus te facere citari Et idcirco tibi precipiendo mandamus, quatenus, recepta hac litera, infra i mensem debeas venire Ragusium, aut mittere tuum legiptimum procuratorem, ad respondendum domino Martino supra dicta carta. Sciens, quod si non veneris ad dictum terminum, quod nos procedemus contra te et tua bona, tua absencia non obstante. De cuius littere presentacione istis ii cursoribus dabimus plenam fidem.

Die xxiiii februarii. Geysa Força cursor, Petrus Cerincho cursor, cursores retulerunt et dixerunt per sacramentum coram domino rectore ser Jacobo de Georgio et iuratis iudicibus ser Johanne de Bona et ser Michaele de Dersa, presentasse literam tenoris suprascripti in Stagno, Radeno die dominica xviiii mensis Februarii.

Die ii marcii. Ex parte domini rectoris, ser Nicole de Grede, et eius curie misse fuerunt littere citatorie Radomiri de Catassio, ad peticionem Martini de Sorgo, qui comparuit cum uno instrumento scripto manu Gofredi quondam ser Parini de Pistorio iurati notarii comunis Ragusii in millesimo iiiclx Indictione xiii die x mensis Septembris, per quod apparet, quod ipsum Radomirum et omnia ejus bona obligavit, ad dandum et solvendum usque ad iiii menses proxime venturos Marino de Sorgo ducatos de auro trecentos octuaginta quatuor renuncians *etc.*, prout in dicto instrumento plenius continetur, petens et requirens a dictis domino rectore et iudicibus dominum Radomirum per suas litteras citari debere. Quapropter prefatus dominus rector, cum dictis iudicibus, habito respectu ad distanciam loci, ut dicitur morari ipse Radomirus, dedit eidem Radomiro terminum duorum mensium ad veniendum et conparendum coram ipsis in Ragusio ad respondendum eidem Martino de Jure, alioquin ellapso termino, procedetur contra ipsum et omnia eius bona secundum formam dicti insrumenti, eius absentem non obstante; de cujus littere presentacione dabitur plena fides portatoribus infrascriptis.

Crançe cursor, Badissa cursor, per sacramentum retulerunt coram domino rectore et omnibus iudicibus, quod ipsi presentaverunt dictam literam Radomilo in Precho die x mensis Marcii.

Die xxi aprilis. Ex parte domini rectoris ser Laurencii de Volcasso, et iuratis iudicibus ser Johannis de Bona, ser Johannis Pauli de Gondola et ser Jacobi de Mençe misse fuerunt littere capitaneo Duracii et comunitati terre eiusdem. Quarum tenor talis est.

Amici humanissimi salutacione premissa. Si bene recolimus, per vestras litteras nobis denotastis, quod quidam noster civis emerat a Blaxio Matarango unam barcham cujusdam vestri civis que violenter accepta fuerat eidem. Quam quidem barcham illico fecimus intromitti et trahi in terra. Et vobis nostris litteris significavimus, quod deberitis mittere Ragusium illum, cujus erat ipsa barcha, vel eius legiptimum procuratorem ad utendum iure suo coram nobis, quare eidem parati eramus dare iuris et iusticie complementum. Et vos ipsum non misistis. Quapropter velitis et vobis placeat illi civi vestro, cujus dicitis esse barcham, precipere ut veniat vel mittat coram nobis usque per totum mensem Madii proxime venienti. Et si ipse vel eius legiptimus procurator non veniret Ragusium ad utendum iure suo coram nobis de dicta barcha, ipsam ellapso dicto termino emptori libere restituemus, quoniam vigilantibus et non dormientibus jura subveniunt. Que quidem littera suprascripta destinata fuit ad peticionem Slavçe de Antibaro.

Die vii mensis madii. A. domini miiiclxiii. Indictione prima. De mandato domini rectoris, ser Marini de Mençe et parvi consilii per Ale-

grinum preconem pluribus diebus fuit incantatum per civitatem perecium Omble cum suis iuribus consuetis; et quia non fuit inventus qui plus dare vellet, datum fuit et deliberatum, cum omnibus suis iuribus consuetis, Radoste Gerdenovich de Ombla presenti et ementi pro tribus annis proxime futuris, ad racionem de yperperis triginta octo pro quolibet anno, per dominum rectorem supradictum, cum suo parvo consilio in puplica concione, more solito congregato. — Giucus de Marculino constituit se pleçiam et pagatorem pro dicto Radosta.

MIIICLXIIII. Cherve de Çamagno camarlengus fuit confessus habuisse a dicto Radosta yperp. XXXVIII.

DIE XXV APRILIS MIIICLXIII. Climoe Bisti de Bona, Çiucus de Volçe, camarlengi comunis, fuerunt confessi habuisse a dicto Radosta pro secundo anno yperperos XXXVIII.

Pascha de Mençe, Junius de Sorgo, Dragoe Vite de Goçe, camarlengi comunis fuerunt confessi, habuisse a domino Radosta pro conpleta solucione yperp. XLII et grossos II et follaros XX *(cassum)*.

DIE XXVIII MENSIS SEPTEMBRIS. Anno domini MIIICLXIII. Indictione prima. De mandato domini rectoris ser Blaxii de Babalio, et parvi consilii ex auctoritate eis data a maiori consilio, per Alegrinum preconem comunis incantata fuit dohana vini, secundum pacta consueta, pluribus diebus per civitatem. Et quia non inventus fuit, qui plus dare vellet, data et deliberata fuit Petro de Prodanello, pro uno anno proximo futuro, per dictum dominum rectorem et parvum consilium in puplica concione, more solito, secundum pacta ipsius dohane, pro yperperis quinquemilia et quadringentis.

Grube de Mençe se constituit pleçium pro dicto Petro.

(Marg. adscript.) Cassum quia solvit.

DIE XXV MENSIS OCTOBRIS. Hec est copia unius littere destinate ser Andree de Luchari vice comiti Stagni, cujus tenor per omnia talis est Çoan de Puzlo de Gondola, rector de Ragusa, cum li nostri iudici. Al nobile et savio Andrea de Lucharo in pe'[1] del conte de Stagno salude et tuto bene. — Chometemote che tu debi chomandar a Laure fio de Domo de Syruga, lo qual è in Stagno a la guardia, che debia mandar suo procurador a responder a Perve uxor de german de Syruga in fina a di XV, viçuda questa letera, la qual Perve domanda la sua dota segondo che appar per I sua carta de nodar fata per man de Çoan de Juni de iperperi CXXX. Et fato chomandamento detto debine scriver, quando tu averay fato lo chomandamento. Sapiendo che s' ello non mandara lo suo procurador al dito termene, nuy procederemo a la sentencia segondo che ne parera de raxion, la sua absencia non obstante.

---

[1] Id quod: in pie' = in autorità di.

Die . . . .[1] mensis novembris. Hec est copia unius littere citatorie misse Martholo de Tuidisio, cuius tenor per omnia talis est.

Blasio de Mençe, luogotenente de misser lo rector de Ragusa, Ser Jachomo de Mençe, Nicola de Grede et Marin de Goçe iudesi dela dicta terra. Al nobele et savio Martholo de Tuidisio, nostro citadino de Ragusa, salute cum sincero amor. Cafranussa fiola, chi fo de ser Vita de Sorgo, ha mossa questione davanti de nuy contra de ti et de Blasio de Sorgo sicho epitropi de lo ditto Vita et tudori del suo herede, et ad prosequir la ditta question è necessaria la tua presencia over de tuo legitimo procurador sovra ço. Perço ad peticion de la dita Franussa, a la qual justicia non podemo denegar, te çetamo et chomandemoti che infra di xv proximi, chi dene vignir da lo di de la presentaçion de questo nostro comandamento, chi ti sera fatta, davanti a numerare, personalmente over per tuo legitimo procurador debi partirte da Veneçia per vegnir et comparer a Ragusa davanti de nuy ad prosequir la dicta question, altramente la tua contumacia over absentia non obstante, procederemo in la dicta question, sicho ademanda l' orden de la rason; et de la presentacion de questo nostro comandamento daremo plena fe a aportadori d' esso.

Fata a Ragusa di xxi de novembris.

1363.

De Possessionibus

(in Vol. Reformationum a. 1363. e parte adversa posteriori).

Stanislaus de Breno per sacramentum dixit, quod est quedam via, que vadit de infra et . . . . . dani nobis, que semper fuit, et hec via de supra semper fuit. Interrogatus cuius fuit illud terrenum in quo est pastin(at)um Ruschi respondit: — Çive de Sorento possedit ipsum et Rusche nunc possedit.

Possessio Cherve de Grede. Goden Radechnich de Breno testis iuratus de veritate dicenda et interrogatus, quod ipse scit de confinibus possessionis illius de Grede, coram x. Judicibus suo sacramento dixit se terrenum scire de predictis, quum recedendo ab aqua, que est super Georgio ibat quedam via versus Ponentem, per sub bregum, qui super nagerias illorum de Grede, et se extendebat per sub i negeriam magnam, quam nunc possedunt Grupsie, et ibat recte ad vineam Andree de Bonda, et totum illud, quod erat supra viam ipsam versus montem erat Sclavorum.

---

[1] Data deest, sed intelligitur ut infra xxi nov.

Item fuit interrogatus de confinibus possessionis Blaxii de Mençe, respondit, quod possessio predicta se extendebat versus montem usque ad I lapidem magnum, qui nunc est in dicta possessione, et abinde supra erat Sclauorum.

Mate Mençii de Mençe testis iuratus de veritate dicenda, et interrogatus per x iudices, quod ipse scit de confinibus de Sagineç suo sacramento dixit, quod illa possessio, quam habet frater meus, ibi aliquandum seminabamus, usque sub aquam, que est sub ecclesia sancti Georgii, et aliquando non, et nos faciebamus nos patronos et Sclavi faciebant se patronos terrarum, que sunt sub orto usque ad lapidem.

Item fuit interrogatus si sciebat unde ibat via a Gredez usque ad sanctum Georgium respondidit: — Ego recordor, quod via ibat recte ab possessione Nicole de Sorgo usque ad arbores Martoliçe de Çereua. Et ab illa arbore ibat recte usque ad ecclesiam sancti Georgii secundum quod audivi a Vladimiro Sclauo, et audivi a Milceno Grupsich, quod omnes terras supra vineas laborabamus, sed sunt Sclauorum.

Item interrogatus fuit si ipse sciebat aliquid de confinibus de Gredez et de Vergato respondit: — Audivi dici a rusticis quod ab ecclesia supra sancti Vidi erat Sclavorum et quod Lucas de Gredez Sclavus dederat illas terras monasterio.

Item dixit, quod audivit dici a Muliça, quod erat quidam lapis in vinea eius, qui erat confinis Sclavorum, qui lapis constiterat supra ad faciendum fragni ducatos II.

Item dixit, quod ipse vidit I cartam Radosclauo Metiglauich in qua continebatur, quod possessio ipsius Radosclaui, quam accepit a monasterio, confinat ex parte montis cum terris Sclauorum, que possessio est IIII. *(quatuor)* soldorum.

Item interrogatus fuit, si ipse sciebat aliquid de confinibus Omble respondit: — Non.

Item fuit interrogatus de confinibus Curile, respondit: Ego recordor quod Nicus de Scucilcha vendidit Dragichindol pro perperis L mihi cum omnibus costeriis.

Saginez.

Per omnes existentes cum domino comite dictum fuit a culmo montis, qui est supra II lapides existentes supra possessionem illorum de Grimano, que confinat cum una vinea, que fuit Sclavorum et vadit usque ad viam communis tresam.

Bogoe Dobrichnich per sacramentum dixit coram x iudicibus, quod homines Pasche de Saraka semper laboraverunt usque ad Colcum; que possessio nunc est Phylippe. Et a Colco supra est communis.

Vlacus a Bonda per sacramentum, quod possessio Nichi de Grimano in sursum, versus montem, usque ad Colcum et a Colco supra, erat Sclavorum. Et possessio Phylippe de Mençe venit usque montem cum illis confinibus Colci et vadit versus figarias Nichi de Grimano recta linea. Liuban Falcon dixit sicut Vlacus a Bonta.

Possessio Vlachi a Bonta vadit ab arbore recte sicut uadunt vites; que possessio est in Colco, usque ad patagum et ab inde supra est communis.

Blaxius de Mençe. Petrus de Gisla.

Liubanus Falconus de Breno per sacramentum dixit, quod incipiendo a confinibus Blaxii a Bonta eundo usque sub aquam sancti Georgii recte, fuit totum Sclavorum. Interrogatus quo hec scit, respondit, quod vidi Sclavos pastinare papones.

Rufinus Spilonçich coram x iudicibus suo sacramento dixit, quod sub aqua sancti Georgii erat i ortus Sclavorum, et supra ecclesiam sancti Georgii erat i domus Sclavorum.

Craneç homo Maroe Martolice de Breno per sacramentum dixit: Ego recordor, quod sub ecclesia sancti Georgii sub aqua habebat quidam Radenus Sclavus i ortum.

Petragna de Savini de Bonta dixit, quod ipse vidit Sclauos seminare circa ecclesiam sancti Georgii, sed quousque duraret terrenum Sclauorum, nescivit dicere.

Radoslauus Grupsich dixit sicut Liubanus et terrenum plus quod uadit confinis ab aqua usque ad viam communis.

Vita de Lucaro dixit, quod ipse vidit i ortum Sclauorum sub aqua sancti Georgii.

Petrus de Gisla dixit, quod recordatur quod sub aqua sancti Georgii erat quidam ortus Sclauorum, et ab orto usque ad lapidem sub orto seminant bot . . . sclavi; qui lapis est in vinea Blaxii de Mençe, et vadit recte ad angulum illorum de Grede.

Medoe Grupsich.

Petragna Savini de Bonda dixit, quod ipse recordatur, quod domus Grupsich erant magis infra, quam sint nostre et via erat supra domos illorum Grupsich, et terrenum quoddam erat supra domos erat Sclavorum.

Jache de Mençe dixit, quod ipse recordatur, quod sub domos per passus xxx erat terrenum vacuum et quod ubi est quedam domus, erat quedam ecclesia Sclauorum.

Vita de Resti dixit, quod recordatur, quod domus Grupsich erant magis infra quam sint nostre, et via erat supra domus et ubi est quedam domus, erat quedam ecclesia Sclavorum, et quod domus predictorum Grupsich erant longe a domibus Sclavorum per i balistram.

Pale de Getaldo dixit sicut Vita.

Margaritus de Trepagna dixit sicut Vita.

Vita de Lucaro dixit *(sicut)* Vita.

Maroe Lampre de Mençe dixit, quod domus Grupsich erant infra longe a brego per i archatum, et uia erat supra dictas domos. Et illud terrenum, quod erat supra dictas domus erat Sclauorum.

Liubanus Falconus do Breno dixit, quod domus Grupsich erant magis infra, quam sint nostre, et possessio, quam tenent ipsi Grupsich a Melita se extendebant usque ad bregum Maroe Marini de Spanaldo. Et confinabat ex parte Levantis cum Rate, et via ibat supra domus dictorum Grupsich et terrenum, quod est supra domus ipsorum erat Sclavorum.

Maroe de la Ortera fuit repertum recte eundo cum recto maserie Michael de Mençe secundum suam consuetudinem.

Possessio Michaelis de Mençe reperta fuit esse in suo loco, secundum suam antiquitatem, et nichil est occupatum.

Possessio Maroe Lampre de Mençe fuit reperta esse magis infra, quam possessio Michaelis de Mençe passuum II et nichil est occupatum.

Et terrenum, quod est supra istas III possessiones fuit Sclauorum secundum dictum Vite de Lucarce, et Pale de Getaldo et Vite de Resti.

Possessio Tripe de Stilo.

Maroe Lampre de Mençe dixit, quod sunt anni xxv, quod quando Sclavi squasabant nuces, veniebant etiam ad squasandum nuces illius arboris, que est in dicta possessione.

Sorota Macoseuich dixit, quod recordatur, quod Marinus de Stillo habebat possessionem suam usque ad maseriam superiorem et sub maseria erant domus XII rusticorum.

Radosta Grupsich dixit, quod recordatur, quod quando fuit scomfita Breni pater eius morabatur in I domo dicti Marini de Stilo, qui domus erat sub dicta maseria superiori.

Possessio Bogde de Usigna confinat cum Sclavis.

Possessio Boni de Benvenuta.

Matia de Ribiça dixit, quod ab annis quinque citra pastinavit terras, que vacue erant intra maseriam.

Nicola de Grede dixit, quod erat quedam maseria, que ibat iuxta figarios, tam vinee Boni, quam illius de Bradus et erant terre non pastinate.

Çive de Bona dixit, quod ostendit I instrumentum, qualiter dicitur esse quedam via communis inter vineam Bogde de Usigna et Boni de Benvenuta.

Mate de Ribica dixit, quod recordatur, quod a figaris Domagne de Iscriça citra versus montem, non erat aliqua maseria sed terre vacue et hoc fuit iam sunt anni xv.

Possessio Maroe Radeni.

Vita de Resti dixit, quod iam sunt anni xxx, quod via communis erat longe a vinea Sclavorum, sed nescit quantum.

Vita de Bacante dixit sicut Vita.

Matia de Ribiça dixit, quod via communis erat magis infra perlibet passuum xx et versus vineam Sclavorum; et illud terrenum vacuum erat Sclauorum.

Pale de Getaldo dixit, quod via erat magis infra passuum xxx et illud terrenum, quod erat supra viam erat Sclavorum.

Kalenda de Buçignolo dixit, quod ipse recordatur, quod vinea dicti Maroe versus ponentem erat totum terrenum vacuum, sed cuius erat . . . *(cetera desiderantur).*

Possessio Maroe Macossevich,

Possessio Perveni Macossevich,

Possessio Aniçe filie Ivanichi de Coa,

Possessio Cranislavi Petrarii,

Possessio Perveni de Macos,

Possessio Brate de Sipancha,

Possessio Cranislavi Petrarii,

Possessio Radeni Matoscevich,

Possessio Maroe Matoscevich,

Possessio Jure Matoscevich,

Possessio Radoste Bratulich.

Ser Vita de Sorgo dixit, quod omnes isti occupaverunt, sed nescit dicere quantum videlicet de iure Sclauorum.

Vita de Bacante dixit, quod via Sclavorum erat supra aquam et domus illorum Matosevich erant sub uia predicta et supra ipsam sunt vites pastinate.

Vita de Resti dixit, quod via Sclavorum ibat ubi facte sunt vinee et supra viam plantatam sunt vites pastinate.

Matia de Ribiça dixit, quod via Sclavorum erat illa, per quam Matosevich nunc vadunt ad suum chasale, que est occupata et supra dictam viam sunt pastinate vites.

Petragna Savini de Bonda dixit sicut Vita de Bacante. Nicola de Grede dixit sicut Vita de Bacante.

Margo de Trepagna dixit sicut Vita de Bacante. Pale de Getaldo dixit sicut Vita de Bacante.

Orse de Çamagna dixit, quod via Sclavorum erat paulo inferius, quam est occupata.

Possessio Syme de Bodaça posita iuxta Matosevich.

Matia de Ribiça dixit, quod partes possessionis Syme de Bodaça erant terre, sunt anni xxiiii aut circa; et via Sclavorum ibat recte ad viam Matosevich antiquam, que via nunc est occupata per dictum Syme, et supra viam predictam erat Sclavorum prout dicebatur et ab illa via superius est pastinatum.

Vita de Resti dixit, quod sunt ab annis xxviii vel circa, quod ipse vidit quandam viam, que vocabatur via communis, et illa via erat multum plus inferius, et tunc erant terre steriles sub dictam viam et supra viam, sed cuius erant dicte terre vacue, que erant supra viam, sed cuius nesciebat. Et illa via nunc est occupata per Syme de Bodaça et sunt facte vites supra ipsam.

Vita de Bacante dixit, quod sunt circa anni xxiiii, quod vidi quandam maseriam supra possessionem Syme de Bodaça; si maseria, que est nunc, est illa, quam vidi prius, nescio.

Orse de Çamagno dixit, quod via communis erat magis infra, sed quantum nescit. Interrogatus cuius erat terrenum quod erat supra viam predictam, dixit quod nescit.

Kalenda de Buçigno[1] dixit, quod sibi videtur, quod sit occupatum de terreno Sclavorum a capite Ponentis usque ad nogerias, et dixit, quod sibi videbatur, quod via ibat recte usque ad dictas nogerias Sclavorum.

Vita de Sorgo dixit, quod via ibat recte ad viam Matosevich, que via est occupata et pastinata per Syme de Bodaça. Interrogatus cuius erat terrenum, quod erat supra viam. Respondit: — Sclavorum.

Pale de Getaldo dixit sicut Orse de Çamagno.

Possessio Ruschi de Sorento.

Vita de Bacante dixit, quod videtur sibi, quod a maseria que *(est)* iuxta figarios supra sit occupatum per Ruscum de Sorento, quod terrenum non erat dicti Ruschi, sed cuius erat dixit se nescire.

Ser Marinus de Bona, dixit quod circa temporis mortalitatis recordatur, quod vidit sub maseria, que est supra figarios Ruschi, quod erat quedam domus, et ab illa maseria supra dicebatur quod erat Sclavorum.

Johannes Pauli de Gondola dixit, quod tempore domini Marchi Monaceni tunc comitis Ragusii venit dictus dominus comes cum parvo consilio ad uidendum confines possessionis dicti Ruschi cum Dabisco sluga, qui dicebat dictum Ruscum occupasse de terreno Sclavorum, et ibi fuerunt multi veteres tam Sclavi, quam Ragusey, tunc dictum fuit, quod ipse Ruscus aliquid occupaverat de terreno Sclavorum, et ostendebatur, quod minor pars pastini novi erat de terreno Sclavorum.

Vita de Resti dixit, quod ipse recordatur, tempore quo ipse conversabatur in contrata ista erant terre steriles, et ibat via iuxta quandam maseriam, nescio ubi sit, in vinea dicti Ruschi, et supra dictam maseriam erant terre steriles, sed cuius erant dicte terre, nescio; et in dictis terris sunt vites pastinate.

Matia de Ribiça dixit, quod recordatur, quod erat quedam via supra maseriam, que est iuxta figarios, que via ibat ad Macosevich et supra dictam viam erant terre steriles, que sunt nunc pastinate, sed cuius erant dicte terre nescit.

Possessio Naroe de Martoliça.

Petragna Savinj de Bonta dixit, quod ipse recordatur, quod nemus erat, ubi vites sunt, et quod sibi videtur, quod via communis erat magis infra, quam sit nunc, sed cuius esset dictum nemus dixit, quod nesciebat. Et hoc fuit iam sunt anni L.

Vita de Sorgo dixit, quod est circa annos XLVIII in L, quod fuit cum ser Marino de Çereva sub ripas, que sunt inferius et dixi sibi: — Cur non facis pastinare usque ad fontanam. Et ipse mihi respondidit, non audeo, quia non est meum. Interrogatus ubi erat via, respondit, quod via erat magis infra et incipiebat a quodam lapide albo, qui est in vinea, et veniebat ultra ad viam Macosevich.

---

[1] Intellige: ***Buçignolo.***

Syme de Bodaça dixit, quod recordatur, quod hic erant terre que seminabantur et patronati accipiebant semen et nunquam vidit, quod Sclavi haberent ad faciendum in dictis terris.

Margo de Trepagna dixit, quod recordatur, quod ubi sunt vites nunc erant terre; sed cuius erant dicte terre, non scivit dicere. Interrogatus ubi erat via antiquitus respondit, erat magis infra.

Vita de Bacante dixit sicut Margo.

Kallenda de Buçignolo dixit, quod fuit semel cum exercitu et vidit, quod erant terre steriles supra viam, que via erat magis infra, et ibat ad viam illorum de Macosevich, sed cuius erant dicte terre, dixit se nescire.

Mate de Ribiça dixit, quod via ibat supra domum Palçe, que est in vinea Çive de Sorento, et supra viam erant terre steriles, sed cuius erant, dixit se nescire.

Matia de Ribiça dixit, quod ubi est domus Palçe in vinea Çive de Sorento terrenum erat Sclavorum et ibi incipiebat via et veniebat versus Levantem et supra viam erant terre, sed cuius erant dicte terre nescit.

Pale de Getaldo dixit, quod iuxta pirum, qui est in vinea Çive de Sorento erat quedam domus Sclauorum et via erat sub domum et veniebat ultra versus Levantem, et supra viam erant terre steriles.

Possessio Tome de Mençe.

Pale de Getaldo dixit, quod erat quedam domus Sclavorum et que est nunc in vinea Çive de Sorento. Et sub illa domo erat via et supra viam erant terre steriles, quas nescivit dicere cuius erant.

Matia de Ribiça dixit, quod illa domus, que est ad presens supra vineam Çive de Sorento erat Sclavorum et super domum erat via, que ibat destese versus Levantem per vineam Tome de Mençe.

Possessio Çive de Sorento.

Kallenda de Bucignolo dixit, quod Çive de Sorento emit solidos VIII de terra vel VIIII ab illis de Scoçe pro perperis LXXX vel LXXXX ad racionem perp. X solidos. Et supra illas terras erant vinee Sclavorum, quas tenebat Ruçerius et in ipsis stabant Gracianich.

Matia de Ribiça dixit, quod patagus magnus ibat prius per terras ubi modo sunt vinee Çive de Sorento, et via ibat super domum que est in vinea dicti Çive et sub brego erat domus Sclavorum.

Vita de Bacante dixit sicut Matia.

Pale dixit sicut Matia.

Pribislavus Gracianich testes iuratus coram X iudicibus suo sacramento dixit, quod via comunis ibat supra domum Phylippe de Mençe usque ad Matosevich et terrenum supra viam nescio cuius erat. Et hec recordor III annis ante mortalitatem.

Gradislavus dixit sicut Pribislavus.

Nifficus de Galoç suo sacramento dixit, quod recordatur, quod erat I via ultra patagum, qui est sub monte de Gredez, per quam ibatur supra dognam glavinam del colco Marinj de Çereua, et totum terrenum, quod erat supra viam, erat Sclavorum.

Bogaveç Obradovich Guerçius testis iuratus per sacramentum dixit coram VIII ex X iudicibus, quod ubi est nunc casale Çive de Sorento erant terre Sclavorum, et domus Sclavorum erant sub colcho ubi sunt nunc vites plantate.

Bodenus Radochnich de Breno testis examinatus per X iudices de confinibus dicte possessionis suo sacramento dixit, quod possessio, quam Çive de Sorento *(emit?)* a Mate de Scoçe erat versus Levantem ultra patagum, que possessio se extendebat versus montem usque ad viam, que erat iuxta quendam pirum. Et a patago versus ponentem totum erat Sclavorum. Et ista via ibat ad aquam de Mravineç, et supra dictam viam erat Sclavorum.

Cranoe homo Nicole de Sorgo per sacramentum dixit sicut Bodenus in totum et per totum.

Possessio Nicole de Sorgo.

Matia de Ribiça dixit, quod sint circa anni XXIIII, seminabantur illas terras, que sunt a latere tramontano, illi de Breno et dabant partem Sclavis. Et dixit, quod rex Raxie dedit ser Margarito de Crosio circum circa montem de Gradez ab I. patago ad alium. Et dictus ser Margaritus possedit nomine Sclavorum usque in vitam suam.

Peruien(u)s Matoseuich de Breno per sacramentum dixit quod Vladimir Sclavus tenuit illud terrenum, quod est ultra patagum versus Tramontanam, quod est pastinatum nunc per Nicolam de Sorgo. Et postea illud terrenum datum fuit per regem ser Margarito de Crosio et retinuit ipsum II annis. Et per multas manus gencium fructus dicti terreni recipiebatur. Et Bratosclauus de Usegna retinuit dictum terrenum per manus Vladimiri. Et per ser Margaritum de Crosio dicebat istud terrenum datum fuit mihi per regem. Et illi de Martinussio dicebant imo meum est.

Milcenus Osrichnich homo Kallende de Buçignolo per sacramentum dixit, quod tempore Vladimiri super illo terreno, quod est pastinatum ultra patagum, stabant II domus vilanorum de Tribigna, qui laborabant dictum terrenum nomine Vladimiri.

Nicola de Caboga testis iuratus de veritate dicenda et interrogatus, quod ipse scit de confinibus possessionis ser Marini de Mençe. suo sacramento dixit: Ego tamquam procurator Mathehi et Georgi de Bodaça, quum vendite fuerunt iste terre dicto ser Marino, ego veni ad istum locum cum Orse de Bodaça, et dixi ei: tu scis de confinibus istius possessionis. Ego nichil scio. Da confines prout tibi uidetur. Et ipse dedit confines versus Ponentem usque ad quasdam glaviças, quem locum nescio ubi scit. Et dixi ei: vade et fac cartam prout tibi videtur. Et tunc vidi, quod ibat unus patagus iuxta montem castri, de quo patago exibat I patagus parvus, qui ibat tresus versus Tramontanam et descendebat in alium patagum magnum, qui est de monte. Et iuxta glaviças magnas ibat I alius patagus, qui ibat versus patagum magnum tresus. Et dictus Orse fecit fieri cartam me nesciente quomodo posuisset confines. —

Mate de . . . .

Rufimus de Glavato testis iuratus de veritate dicenda et interrogatus, quod ipse scit de confinibus possessionis Marini de Mençe, coram dictis

iudicibus, suo sacramento dixit quod a monte Castri versus aquam desenj totum erat Sclavorum. Et conductus ad locum dixit quod totum illud quod est laboratum sub castro possidebatur per illos de Bodaça. Et in plano ubi sunt vites dixit quod a carbonario, qui est sub gaisis ubi est I lapes eundo versus patagum, et ab illo carbonario versus Tramontanam erat Sclavorum. Et ab inde infra possidebat per illos de Bodaça, sed nescio cuius erat.

Dragus Sirone testis iuratus de veritate dicenda et interrogatus, quod ipse scit de confinibus dicte possessionis, coram x iudices suo sacramento dixit quod illud terrenum, quod est sub montem Castri datum fuit Orsaçio de Bodaça ad possidendum per Vladimirum Sclavum.

Milcenus homo Clime de Dersa coram ser Vita de Restì et ser Michaelis de Proculo per sacramentum dixit, quod ipse recordatur, quod rustici Orsacij de Bodaça seminabant istum planum et dicebant, quod erat Orsacij, sed cuius erat nescio. Et similiter dixit de terreno superiori.

Possessio Marini de Mençe.

Goden Radochnich de Breno per sacramentum dixit, quod erat I casale Orsaçi de Bodaça ad vineam veterem ipsius. Et ubi est plantata vinea nova, erant terre et vocabatur ille locus terre Poliçe, sed nescio quousque se extendebant ille terre. Et homines casalis dicti Orsaçi dicebant quod ille terre erant Orsaçi, et non permittebant aliquem pasculare in dictis terris.

Petragna Savinj de Bonta dixit, quod iam sunt anni L, quod fuit cum Niffico Orsaçij de Bodaça in I suo chasali, quod erat sub ripas versus Levantem, in quo casali erant domus VI et non vidi vineas nisi de super. Et de sub versus monte sive Tramontanam erant terre steriles. Si dicte terre erant de patrimonio ipsius Niffici Orsacij, aut alterius Ragusey, vel Sclavorum nescio.

Mate de Ribiça dixit, quod iam sunt anni XII quod filii Niffichi et Frane de Bodaça me rogaverunt, quod venirem ad passandum istas terras, quas emit Marinus Junij de Mençe, et sicut feci et inveni inter terras bonas et vineas sollidorum circa LXXXX simul aliis terris de medio mallis. Et istud passacium fuit de I colcho ad aliud, et dicta colcha remanebant extra passa(cium), sed ipsi dicebant, quod etiam illud terrenum, quod erat extra colcha, erat suum.

Interrogatus dixit, quod erat I patagum, quod currebat inter colchum et montem ubi est nunc castrum dicti Marini de Mençe. Qui Mate ostendidit x iudicibus ad oculum, illud quod ipse passavit.

Margus de Trepagna dixit, quod sunt anni XXX, quod ipse coversabatur contrata ista et uidit, quod erat nemus inter colchum et montem castri Marini de Mençe, et per medium dicti nemoris erat unum patagum ubi est nunc carbonarius.

Vita de Bacante dixit, quod quum ipse conversabatur in ista contrata dicebatur, quod illud quod erat super montem, erat Orsacij, et illud terrenum, quod est sub castrum Marini Junij de Mençe erat nemus usque ad desenum, sed cuius erat non audivi dici.

Vita de Resti dixit, quod ipse recordatur, quod in medio castri Marini de Mençe et colchum ibat I patagum, unde vadit nunc carbonarius,

et totum erat nemus; cuius erat non scit. Sed dicebat quod illud, quod erat super monte erat Orsacij de Bodaça, verum a latere castri. Et inter II monteselos ibat unum aliud patagum.

Pale de Getaldo dixit sicut Vita.

Micus Nalis de Proculo testis iuratus de veritate dicenda et interrogatus, quod ipse scit de confinibus dicte possessionis, suo sacramento dixit. Ego recordor, quod inter colcos ibat I via et patagum I et audivi dici a Georgio et Matcho de Bodaça, quod a patago versus montem castri, erat suum. Et ab alio latere nescio cuius erat, que via ibat iusta montem de Gredez.

Nifficus de Galoç testis iuratus de veritate dicenda coram dictis x iudicibus suo sacramento dixit, quod recordatur, quod erat quidam arbor, ubi erat quedam ecclesia Sclauorum ultra patagum, qui arbor dicebat esse in terreno Sclavorum. Et vidi seminare sub aqua Desienj Sclavos. Et in illo terreno mihi videtur, quod sunt pastinate vites, et patagus ibat inter montem castri Marini de Mençe et colchum; et modicum terreni erat ultra patagum, versus castrum. Et a patago versus montem seminabatur per Sclavos prout mihi dixit Stefanus de Ledineço, quem inveni ibi arare.

Mateus Crisignich testis iuratus de veritate dicenda et interrogatus, quod ipse scit de confinibus dicte possessionis, coram dictis x iudicibus suo sacramento dixit, quod domus Sclavorum erant in Gredez, que vocabatur Stançich et Dobrogostich. Et ibat via quedam usque decenum iuxta quendam locum, ubi fuit quedam domus. Et ex parte montis castri de pelago erant casali Orsacij de Bodaça. Interrogatus cuius erat dictum terrenum dixit, quod nesciebat.

Sladenus Magudenich homo archiepiscopi, testis iuratus de veritate dicenda, et interrogatus quod ipse scit de confinibus dicte possessionis, suo sacramento dixit, quod iuxta chasale Orsaçij de Bodaça ibat quedam via, que ibat ad decenum de sub et terre que erant sub casali, seminabantur per vilanos dicti Orsacij ultra viam. Interrogatus cui dabant testum, dixit nescio. Et a latere Gredez non scit si seminabatur.

Pasche de Ragnina testis iuratus de veritate dicenda, et interrogatus, quod ipse scit de confinibus dicte possessionis coram Mico de Proculo et Vita de Tuduisio de x iudicibus destinatis per alios socios suo sacramento dixit, quod ipse audivit dici a Syme de Bodaça, quod incipiendo a punta colchi, versus quedam spela, eundo recta linea ad arborem, qui erat in plano tunc, qui est iuxta montem de Gredez erat suum. Et ab inde supra, versus montem erat Sclavorum. Sed Çive de Cranca dicebat, quod confinis dicte possessionis ibat a punta montis de Gredez, ibat recta linea usque ad puntam colchi a spela. Et ab illo confine versus montem erat Sclavorum. Et tunc non erat aliqua vitis in isto terreno. Et valura, que est inter montem de Gredeç et montem castri Marini de Mençe, dicebat Syme de Bodaça, quod erat patrimonii sui.

Bogaveç Obradovich Guerçius testis iuratus de ueritate dicenda et per VII iudicibus Nicola de Saracha, Vita de Bacante et Micho de Proculo tunc absentibus de x iudicibus, interrogatus quod ipse scit de confinibus Sclavorum circa Gredez, suo sacramento dixit: Ego recordor, quod Sclavi tenebant et seminabant a patago, qui discendit ab ecclesia sancti Lazari

usque ad patagum alium, qui erat sub villa Orsacij de Bodaça. Et totum terrenum, quod est intra istos duos patagos pertinebat ad Gredez, qui erat terre Sclavorum.

Ser Matias de Ribiça coram dictis iudicibus constitutus et interrogatus, unde ibat patagus de possessione inferiori, suo sacramento dixit quod toto tempore sue recordacionis ibat sicut vadit nunc ad presens.

   „ XVI. Djela Petra Zoranića, Antuna Sasina i Savka Gučetića Bendeviševića. 1888. Ciena 2 for. 50 nvč.
   „ XVII. Djela Jurja Barakovića. 1889. Ciena 3 fr.
   „ XVIII. Pjesni razlike Dinka Ranine. 1891. Ciena 2 for. 50 nč.
   „ XIX. Djela Gjona Gjora Palmotića. 1892. Ciena 50 nvč.
   „ XX. Crkvena prikazańa starohrvatska XVI. i XVII. vijeka. 1893. Ciena 2 for. 50 nč.
3. **Starine.** Knj. I—XXVII. 1869—1895. Ciena I. knjizi 1 fr. 25 nč. Knj. VII., X., XXI., XXII., XXIII., XXIV., XXV. i XXVI. po 2 for., ostalim po 1 for. 50 nvč.

MONUMENTA

SPECTANTIA

HISTORIAM SLAVORUM MERIDIONALIUM

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM ET ARTIUM SLAVORUM MERIDIONALIUM.

VOLUMEN VIGESIMUM OCTAVUM.

ZAGRABIAE 1896.

EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.

MONUMENTA RAGUSINA.

LIBRI REFORMATIONUM.

TOMUS IV.

A. 1364.—1396.

COLLEGIT ET DIGESSIT

JOSEPHUS GELCICH.

ZAGRABIAE 1896.

IN TABERNA LIBRARIA EIUSDEM SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.

1364.

Die primo mensis januarii. Item[1] in dicto minori consilio captum fuit de dando arbitrium domino rectori et illis ii qui erunt secum ad exigendum, quod possint ponere penam et penas, quam exigent prout eis videbitur.

Item in dicto minori consilio captum fuit, quod officiales supra laboratores possint facere poni in carceribus de sub postatis confacientibus ordinibus, sed non accipere eis penam.

Die iii januarii. *Rogatorum ball.* xxxi. Prima pars est de scribendo Sencho lamentando supra Mençe, qui interfici et percuti fecit nostros homines de Malfo. *Capt. per omnes.*

Die v januarii. Qui quidem Martolus de Tuidisio respondit per suam specialem literam dominio hic apositam.

Die vi januarii. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum de donando domino archiepiscopo antibarensi unum ensenium de perperis x.

Die viiii januarii *ball.* lx. Prima pars est de dando plenum et liberum arbitrium domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum posse tenere illum modum et viam, qui et que eis videbitur melius prout maius consilium facere possit in omnibus et per omnia in questione et diffamacione quam frater Nicolaus de Tragurio, qui dicebat se et appellabat se abbatem monasterii Crome, proposuit in Curia Romana contra nos et civitatem nostram, prout vos audivistis nunc legi hinc. *Captum per* lviiii.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, quod possit tenere illum modum qui eis videbitur, ut tanta mala

---

[1] Deleta haec reformacio: „In minori consilio . . . captum fuit, quod nullus de minori consilio possit recedere de dicto consilio postquam intraverit dominus rector, sub pena perp. i sine licencia dni. rectori“. *(In margine:* „cassum de mandato dicti consilii“.)

que fiunt de nocte, fieri non possint: et quod illi mallefactores valeant reperiri, sicut maius consilium facere posset. Que libertas durare debeat usque ad sanctum Michaelem proximum. *Capt. per* LVIIII.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse dare I speciario forensi, illud quod eis videbitur de salario pro II annis dando ei de salario in anno a duc. XXV inferius *(cassum)*.

Die predicto. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, quod duo ex consiliariis simul cum camerariis debeant extrahere debita camere in uno quaterno, que possunt exigi et recuperari.

Die x mensis predicti. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum de dando arbitrium domino rectori et illis duobus de parvo consilio, qui erunt secum ad exigendum introytum comuni, quod possit ponere penam et penas usque ad summam de perperis x, quando exigent prout eis videbitur expedire.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum, quod Vita de Bagauce debeat solvere affictum stacionis quondam Junij de Ragnina et Pauli de Getaldo pro eo, quod habuit res ipsorum positas in dicta stacione.

Ser Petrus de Prodanello, Ser Blasius de Grede, Ser Pasche de Ragnina, Ser Stiepe de Georgio facti fuerunt in minori consilio sono campane more solito congregato, officiales ad inquirendum de male factoribus more consueto per totum mensem februarii proxime futurum.

Die XII januarii. Ser Jacobus de Mençe, Ser Junius de Grede, Ser Blasius de Grede in minori consilio sono campane more solito congregato, dati fuerunt extimatores dotis prime uxoris quondam Nicole de Lucaro.

Die predicto. Bogdanus Boboycya in minori consilio sono campane more solito congregato, obligavit[1] se usque ad duos menses proxime futuros aducere Ragusium sine iusto impedimento staria frumenti IIICL sub pena de grossis III pro quolibet stario. Et dictum consilium promisit sibi dare pro quolibet stario grossum I.

Die XIII januarii. Ser Pale de Sorgo, Ser Georgius de Georgio, Ser Blasius de Mençe, Ser Andre de Binçola in minori consilio sono campane more solito congregato, facti fuerunt ad sedendum cum camberlengis et extrahendum debita comunis que possunt solvi, in uno quaterno, quod quaternum debeant aducere ad parvum consilium sub pena unius ducati pro quolibet; — et similiter de camerariis, quod omni die debeant ipsi officiales bini sedere ad extrahendum dicta debita.

---

[1] MCCCLXIIII fuerunt aducta pro domino Bogdano staria IIICVII frumenti. Item conduci fecit staria XLIII.

Ser Jacobus de Georgio, Ser Mathe de Bodaça facti fuerunt ad dandum vineas de Gressiepesech ad laborandum, et de inveniendo rusticos ad standum in Gressiepesech.

Ser Blasius de Mençe factus fuit rector loco ser Johannis de Tudisio, qui non potest sedere in questione Frane filie quondam Vite de Sorgo.

Ser Andreas de Binçola factus fuit rector loco ser Johannis de Tudisio, qui non potest sedere in questione Give de Georgio cum thesaurariis.

Die xiiii januarii. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum de dando libertatem ser Johanni Pauli de Gondola et ser Marino de Goçe tutoribus Junij Marini de Sorgo posse dare dicto Junio de proficuo denarios quos habet comune de suis a perperis mvc inferius, prout videbitur dictis tutoribus, ut possit exercere mercaciones et se assuefacere ad benefaciendum, non obstante providimentum testamenti patris dicti Junij.

Item captum fuit, quod dicti perperi mvc debeant eis scribi ad salem comunis post illos qui sunt scripti, usque ad diem presentem.

Eodem die. Item in dicto minori consilio captum fuit de dando licenciam Bogauçe a cupis, posse accipere ad medietatem unam possessionem puncellarum in Breno, cum illis pactis et condictionibus, que eis videbuntur, non dando de terreno cupporum.

Item in dicto minori consilio captum fuit, quod scribatur ad salem comunis filiis Galli yperperi viiiicxii et grossi viii pro proficuo eorum denariorum et pro ducatis cl, quos dederant ad massariam comunis; qui ducati cl fuerunt comunis pro tempore preterito.

Die predicto. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum de dando annuatim de proficuo anno quolibet vii pro centenario Marusse nepti illorum de Vladimiro pro denariis qui sibi fuerunt accepti in comune.

Die xvii januarii. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum quod sepum oneratum in navigiis debeat exonerari et introduci Ragusium.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum super facto aurificum fraudancium dohanam de ipsorum laboreriis, quod dohanarii dohane maioris possint inquirere et promittere accusantibus ipsos aurifices fraudantes ius dohane.

Die xviii januarii. Justiciariis in minori consilio sono campane more solito congregato fuit data libertas, quod possint ponere penam usque ad perperos x faciendo ipsorum officium cuicumque ipsis videbitur, quod impediat officium ipsorum.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum de accipiendo de denariis pupillorum quondam Vite de Resti, perperos mcc, quos dicti pupilli habent in dohana vini.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum de dando sindico eligendo pro blado, pro salario suo et expensis suis et famuli sui perperos xxx pro quolibet mense.

Die xviii januarii. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, quod denarii quondam Sime de Lo Vetrano non recipiantur in comune.

Die xviiii mensis januarii. Anno domini mccclxiii. Indictione prima. De mandato domini rectoris ser Savini de Bonda et minoris consilii per Allegrinum preconem comunis incantata fuit pluribus diebus per civitatem gabella piscarie et quia non inventus fuit qui plus dare vellet, data et deliberata fuit Stoyco beccario per dictum dominum rectorem et parvum consilium in puplica concione, cum pactis et condicionibus consuetis, pro uno anno, pro trecentis septuaginta. Et incipit annus die xx dicti mensis Januarii. Et hoc de consensu et voluntate ser Johannis de Tuidisio, ser Johannis de Bona et ser Nicole de Çavernicho procuratorum monasterii Sancte Clare.

Vita de Bagante constituit se pleçium pro dicto Stoyco beccario.

(Margin adscript.) Cassum quia solvit.

Die xx januarii *ball.* lxiii. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse dare licenciam extrahendi de Ragusio caseum et sepum, quantum eis videbitur, ut terra non remaneat diffulcita, et ut doana non remaneat decepta, que pars durare debeat usque ad Pascha proximum. *Capt. per ball.* lxi.

Prima pars est, quod ille partes, que captae fuerunt de scriptis cancelarie debitorum moriencium in lecto, essent valide in ista moria, dato quod non esset denunciatum debitori morienti in lecto; et de auctoritate auctenticandi testamenta sint casse. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse extrahere Georgium de Bodaça de comitatu Laguste, et ipsum ponere ad aliud officium in servicium comunis. *Capt. per omnes.*

Georgius de Bodaça in minori consilio factus fuit sindicus ad Drenali.

Prima pars est de dando licenciam Petro de Benessa scribanus doane maioris, quod *(possit)* facere facta sua et exire de dicto officio, et quod alius loco eius elligi debeat.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum, quod ipsi debeant mittere viavia ad Volchasinum et ad illos de Balsa unum vel duos nobiles homines prout eis videbitur ad tractandum et procurandum, quod caminum mercatorum sit appertum in eundo ed reddeundo; cum illis expensis et cum illa commissione, et cum illis penis, que eis videbuntur, ac inveniendi pecuniam pro expensis fiendis occasione predicta, videlicet pro expensis equorum et ominis et salarii, sicut maius consilium facere posset. *Capt. per* lx.

Rogatorum ball. xxxiii. Prima pars est de mittendo i nobilem hominem ad illos de Balsa et ad Volcasinum. *Capt. per* xxvii.

Prima pars est de dando illi qui ibit iii famulos. *Capt. per* xxv.

Prima pars est de dando de salario illi, qui ibit ad Volcasinum et ad illos de Balsa perperos c. *Capt. per ball.* xxiiii.

Prima pars est, quod ille, qui fuerit ellectus non possit refutare nec habere aliquam excusacionem si vadit per plateam, sub pena perperorum c; quam penam solvere debeat et non possit recedere de castello, si non solverit penam. *Capt. per* xxvii.

Prima pars est de dando illi, qui ibit pro expensis suis famulorum et equorum omni die perperos iii. Et si minus expenderet teneatur restituere comuni. *Capt. per* xxv.

Prima pars est de scribendo omnes equos qui sunt in Ragusio et in districtu, et accipere v per sortem. *Capt. per* xxvii.

Prima pars est de dando cuilibet famulo in mense perperos iii. *Capt. per* xxxii.

Ser Jacobus de Mençe *ball.* xviiii, remansit ad eundum ad illos de Balsa et Volcasium.

Die predicto. Mathe Petri de Ragnina in minori consilio sono campane more solito congregato data fuit licencia, quod possit trahere de de Ragusio miliaria duo casei solvendo doanam consuetam.

Maroe de Crosi simili modo in dicto minori consilio data fuit licencia, quod possit trahere casei miliare i.

Angelo de Maxi simili modo in dicto consilio fuit data licencia, quod possit trahere casei miliaria iii.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum quod libra candelarum sepi non possit vendi ultra follaros xviii sub pena ordinata.

Blasio de Radoano simili modo data fuit licencia, quod possit extrahere de Ragusio miliaria viii casei et iii sepi. Et omnibus supradictis, quibus fuit data licencia fuit condicio posita, quod debeant cum primis navigiis ituris mittere caseum supradictum.

Georgio de Georgio simili modo et forma data fuit licencia, quod possit trahere miliaria v sepi et casei, cum pacto et condicione, quod ipse Georgius et Blasius de Radoano teneantur munire staciones suas candelis de sepo usque ad Pasca proximo futurum, et vendere ad racionem de folliariis xviii quamlibet libram, sub pena de perperis xxv pro quolibet ipsorum; set. forensibus vendant melius quod poterunt, ad que ipsi Georgius et Blasius votuntarie se obligarunt.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum, quod nulla persona audeat vel presumat onerare in Ragusio vel eius districtu caseum vel sepum in aliquo navigio magno aut parvo, sine licencia dohaneriorum sub pena de perperis c pro quolibet contrafaciente; et quicunque accusabit aliquem contrafacientem habeat medietatem pene, si per eius accusam poterit veritas reperiri.

Bampnitum per Allegrinum preconem die xx *Januarii.*

Item in dicto consilio captum fuit et firmatum quod quelibet pars, que oneraverit caseum vel sepum in aliquo navigio, quod est in portu Ragusii vel eius districtu, infra tres dies proxime futuras debeat illud significare domino rectori sub pena de perperis c pro quolibet contra-

faciente et ammittendi caseum vel sepum; et quicunque accusaverit aliquem contrafacientem, habeat medietatem pene si per eius accusam veritas poterit reperiri et tenebitur de credencia.

Bampnitum per Alegrinum preconem.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum quod quelibet persona, que habet aliquam quantitatem sepi, debeat illam significare domino rectori infra tres dies proxime futuras sub pena de perperis xxv et ammittendi sepum pro quolibet contrafaciente; et quicunque accusaverit aliquem contrafacientem, habeat medietatem pene si per eius accusam veritas poterit reperiri, et tenebitur de credencia.

Bampnitum per Alegrinum preconem.

Paulucius speciarius dixit domino rectori, se habere de sepo milliaria duo.

Die xxiii januarii. *Rogatorum ball.* xxxi Prima pars est de dando de salario Maroe Stephi aurificis pro suo labore perperos l cum suo famulo. *Capt. per consilium* xx.

Secunda pars est quod parvum consilium debeat ipsas commissiones firmare et ipsas reducere ad istud consilium. *Capt. per* xxv.

Prima pars est de accipiendo de denariis salis pro salario ambaxiatoris et famulorum, et pro expensis hominis et equorum perperos iiic et emere equos v et scribere denarios ipsorum in doana. — *Captum per omnes.*

Maroe Bochdanich de Calamota in minori consilio data fuit licencia extrahendi de Ragusio libras m casei et libras viiic sepi, solvendo doanam.

Bratano in dicto minori consilio data fuit licencia extrahendi de Ragusio libras mviiic casey solvendo doanam.

Ruscus Nepos Marini de Sorento factus fuit scribanus super barcosio Marini de Bochdano.

Mençe de Calamota fuit data licencia extrahendi libras m cassey.

Die xxiiii januatii. Martolus de Goçe in minori consilio dixit se habere milliaria . . . sepi.

Pasche de Gravoxio, Predoe boter in minori consilio facti fuerunt tutores uxoris Pripçe Sestanovich, et Milocium Sason heredibus Radetchi Petrovich.

Nicola de Palmota, Marinus de Slavçe, Franciscus cancelarius, in minori consilio facti fuerunt tutores filie Radenj Qualenovich aurificis.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum quod omnes litere sclavice mittende a comuni Ragusii, que videbuntur domino rectori et parvo consilio registrande, quod debeantur registrari in uno quaterno.

Die xxvi januarii. *Rogatorum ball.* xxx. Prima pars est quod commissio facta ser Jacobo de Mençe stat bene. *Capt. per omnes.*

Prima pars de addendo dicto ambaxiatori equum i et famulum i. — *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando dicto ambaxiatori in çafrano, pipere, gumatis et confectionibus perperos xxx; quas res presentare debeat pro parte sua illis dominis, ad quos ire debet. *Capt. per omnes.*

Die xxvi januarii. Milosius famulus Philippe, Bochdanus de Milichna, Bachdaxa de Braneta in minori consilio facti fuerunt tutores heredis Tolve Visigachia.

Die xxvii januarii. *Rogatorum ball.* xxx. Prima pars est, quod litera hic lecta, que destinari debet ad curiam romanam contra abbatem, stat bene. Et quod fieri debeat sindicatus ad plenum ad opponendum et contradicendum dicto abbati, et ad excusandum comunitatem nostram. *Capt. per omnes.*

Die xxvii januarii. Çivcus de Schariço in minori consilio factus fuit scribanus super barchosio cuius est patronus Micovile de Jadra.

Maroe de Perviça fuit factus scribanus super barchosio Ponçe de Calamota in minori consilio suprascripto.

Die xxviiii januarii *ball.* lxviii. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse mittere sindicatum ad salariandum magistrum Michaelem cyroicum pro duobus annis cum salario ducatorum in anno. *Capt. per omnes.*

Rector: Ser Nifficus de Galoç *ball.* xlviiii remansit rector pro mense Februarii proximo.

Comes Laguste: Ser Laure de Mençe *ball.* xlii remansit comes Laguste.

Ser Blasius de Caboga *ball. (0),* ser Nixa de Caboga *ball. (0).*

Die xxx januarii. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum quod denarii scripti in sale tutoribus heredum Marini de Śorgo de proficuo denariorum ipsius Marini, qui sunt in comuni, debeant scribi Çuncho filio dicti Marini de Sorgo eodem modo, quo scripti fuerunt dictis tutoribus et hoc de voluntate ipsorum tutorum presencium, videlicet Johannis de Gondola et Marini de Goçe.

Die iii februarii. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, quod isto sero debeant claudi volte ecclesie sancte Marie Maioris, et debeant aperiri per thesaurarios in matutinis.

Die viii februarii. Mathe Nicole de Mençe in minori consilio sono campane more solito congregato factus fuit capitaneus illius maris de Stagno.

Die x februarii *ball.* lxx. Comes Laguste: Ser Mateus de Bodaça *ball.* xxxvi remansit comes Laguste.

Prima pars est de faciendo capitaneo in Tresteniça cum salario et condictionibus consuetis. *Capt. per* lxviii.

Capitaneus Trestenice: Ser Nixa de Caboga *ball.* LI remansit capitaneus Trestenice.

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio faciendi I scribanum de populo ad pondus farine iuxta officiales, qui habere debeat illam partem, que videbitur domino rectori et parvo consilio.

EODEM DIE. Vlacus de Caboga, Johannes de Grede in minori consilio facti fuerunt tutores Nixe Marchi de Mençe.

DIE XI FEBRUARII. Tutoribus Nixe quondam Marchi de Mençe suprascriptis in minori consilio sono campane more solito congregato, data fuit licencia, quod ipsi possint consentire concordio quod facient pitropi Domagne de Mençe in summiis et super summiis, quas ipsi pitropi Domagne de Mençe habent super bonis condam ser Nicole de Buchia, et quod eorum consensus valeat et sit firmus.

EODEM DIE. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum quod accipi debeant mutuo de denariis domorum, quot defficiunt ser Jacobo de Mençe ambaxiatori, et dicti denarii debeant restitui de primis denariis salis.

DIE XII FEBRUARII. *Rogatorum ball.* XXXI. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, quod possint respondere domino imperatori Sclavonie per literas ad ambaxiatam factam per eius ambaxiatorem, secundum quod fuerit arrengatum per meliorem modum et pulchriorem, qui videbitur eis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo I donum ambaxiatori domini imperatoris de *br(achii)* XV de cotraio. *Capt. per omnes.*

EODEM DIE. In minori consilio sono campane more solito congregato data fuit licencia ser Marino Junij de Mençe et ser Grube de Mençe pitropis et commissarii Pauli de Mençe ac tutoribus heredum ipsius, quod possint vendere de bonis dicti Pauli pro solvendo et satisfaciendo debita ipsius Pauli videlicet de illis bonis, que eis videbuntur esse cum minori dapno dictorum pupillorum.

DIE XVII JANUARII *ball.* LX. Prima pars est de concedendo domino nostro naturali domino regi Hungarie nostras galeas per illum modum per quem petivit ambaxiator dicti domini nostri. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum, mittendi nostras galeas omnibus opportunitatibus suis, et inveniendi pecuniam opportunam pro premissis, unde melius ipsis videbitur expedire, obligando bona comunis et dando illud proficuum, quod eis videbitur fore iustum. *Capt. per omnes.*

Ser Grube de Mençe, ser Michael de Babalio, ser Jacobus de Sorgo facti fuerunt in minori consilio ad inveniendum et inquirendum unde possunt comode haberi denarii.

Die xviii februarii. Lone de Dersa, Lucas de armis, Ivan Ogrea, Radicha Bogdanich facti fuerunt tutores heredum Milçe fratris Nadichne Bogdanich.

Die xx februarii. *Rogatorum ball.* xxx. Prima pars est de mittendo i nostrum cursorem cum nostris literis ad dominum imperatorem Sclavonie cum cursore Dragoslavi pro facto tributi. *Capt. per* xxvii.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse facere instrumentum tutoribus heredum Milce Bochdanich, de perperis vic dando eis de proficuo v pro centenario, et omnibus aliis a quibus accipient mutuo denarii necessarii comuni pro galea et ambaxiata mittenda domino nostro. *Capt. per omnes.*

Die xxi mensis februarii. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, quod salinarii comunis possint ponere penam de perperis l cuicumque patrono barchosii ipsis videbitur pro faciendo aportari de Stagno Ragusium sal comunis.

Die xxvi februarii *ball.* lxxi. Ser Michael de Babalio *ball.* xlvi remansit rector pro mense marcii.

Prima pars est de faciendo graciam magistro Cobelo ciroyco, quod possit ire in Appuleam pro i mense non lucrando soldum, et iste mensis conputetur in suo anno. *Capt. per omnes.*

Blasius Radovani in minori consilio sono *etc.* congregato, se obligavit debere facere venire Ragusium staria vc frumenti usque per totum mensem madii proximi, sub pena grossorum iii pro stario quolibet. Et dictum minus consilium promisit ei dare pro quolibet stario grossum i.

Blasius predictus conducere fecit staria clxxx.

Item conduci fecit staria iiclxxxvi.

Item fecit conduci staria cii.

Cassum quia solvit.

Die xxvii februarii. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum de accipiendo pro galea comunis sepum Paulucii Speciarii.

Toma de Isola obligavit conducere Ragusium usque per totum mensem aprilis staria c furmenti sub pena grossorum iii pro quolibet stario. Conduxit staria cii de mense presenti.

Die ultima februarii *ball.* lxiii Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio dispergendi totum furmentum comunis in civitate ad illud precium et cum illo ordine, quod videbitur dicto domino rectori et parvo consilio, quod precium statim solvi debeat. *Capt. per ball.* lx.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum, inveniendi usque ad perperos mc mutuo si poterunt invenire, et si non poterunt invenire, quod possint facere unum impromptum generale, secundum ordinem antiquum, ponendo pos-

sessiones IIII pro I cum illo ordine, qui videbitur dicto consilio. *Rogatorum. Capt. per* LVI.

DIE PRIMO MARCII. In minori consilio sono campane more solito congreato captum fuit de dando Tuodoro de Vrego grossum I de quolibet stario furmenti, quod ipse faciet conduci Ragusium.

DIE SECUNDO MARCII. *Rogatorum ball.* XXXIII. Prima pars est de accipiendo istos perperos MCCCC chaloiari mutuo et nichilominus, quod fieri debeant V officiales, qui debeant scribere et extimare bona uniuscuiusque tam mobilia quam immobilia, secundum modum antiquum, ut si casus accideret quod caloiarus vellet dictos suos denarios, quod illico possint haberi ab illis qui fuerint scripti. Et si caloiarus tardaret ad veniendum pro dictis suis denariis, quod dicti denarii accipi debeant a sale post tesaurum. Et quod hec pars de accipiendo dictos denarios a sale post tesaurum, pro restituendo eidem caloiaro non possit revocari per aliquem, nec arreganre quod revocetur, sub pena perperorum M. Et pro istis denariis debeat obligari comune pitropis Made de Bona, qui habebat dictos denarios in deposito de conservando ipsos pitropos et bona dicti Marini sine dampno. *Capt. per* XXVIII.

Prima pars est de faciendo III nobiles homines, qui debeant cogitare et invenire aliquem alium modum per quem haberi possint denarii necessarii comuni. Et quicquid invenerint reducere debeant ad istud consilium. *Capt. per omnes.*

Ser Symon de Reste, ser Johennes p. de Gondola, ser Nifficus de Galeç, ser Jacobus de Sorgo, ser Petrus de Bauxela officiales ad scribendum bona mobilia et stabilia uniuscuiusque.

Ser Grube de Mençe, ser Paulus de Baraba, ser Blasius de Grede officiales ad inveniendum et cogitandum modum inveniendi peccunias.

(DIE XXVIIII MARCII SUPRADICTI. Dominus rector Michael de Babalio cum suo parvo consilio sono campane more solito congregato, perceperunt Savino de Bonda, Johanni de Bona et Luxe de Bona epitropis quondam Marini de Bona, ut sub pena de ducatis auri centum pro quolibet, debeant dare de mutuo comuni perperos VIIIC de pecunia caloyari data in deposito secundum partem suprascriptam).

DIE IIII MARCII *ball.* XL. Prima pars est de bampniendo perpetualiter de Ragusio et eius districtu, Iuane et Mateum fratres calegarios de Spalato, et quod si venirent unquam Ragusium vel eius districtum et caperentur, quod debeat eis erui occulos omnes de capitibus ipsorum. Et quod eis terminus usque ad cras per totum diem ad exeundum de civitate et eius districtu sub dicta pena. Et hec eis sit propter innorme delictum, quod ipsi commiserunt in Ragusio, presumentes capere Allegretum Mançinum et derobantes ipsum, quod nunquam repertum fuit fore factum per aliquem in Ragusio ita presumptuose, et quod gridetur in III *(tribus)* locis. *Capt. per* LVIIII.

Bampnitum per Allegrinum preconem.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio faciendi IIII officiales ad salinas Stagni, qui stare debeant in dicto officio donec erit tempus faciendi salem; quorum duo stare debeant ad mensem ad dictas salinas. Et illi II qui stabunt ad salinas habere debeant ambo grossos X in die, et illi II qui stabunt in Ragusio habere debeant ambo grossos II. Et scribanus I fieri debeat, qui stare debeat per totum annum ad servicium dictarum salinarum et salis, qui habere debeat de salario quantum videbitur parvo consilio a perperis LX inferius. Qui IIII officiales extrahi possint de omni officio. Et non possint refutare sub pena statuti. *Capt. per omnes.*

Et qui fuerint ellecti non possint extrahi de dicto officio, donec fuerit tempus faciendi salem in illo anno.

Die IIII marcii. Maroe Grube de Ragnina, Junius Çive de Georgio, Silvester de Macedauro, Vita de Bobalio officiales super salinas Stagni.

Dominus Marinus de Glavato factus fuit scribanus ad salinas et ad salem dictarum salinarum.

Nixe aurifici in minori consilio data fuit licençia posse extrahere de Ragusio libras M casey solvendo doanam.

Die VI marcii. *Rogatorum ball.* XXXII. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse restringere navigia quod non vadant versus Levantem donec eis videbitur et poterunt scire nova de ligno piratarum, quod iussum fuit. *Capt. per omnes.*

Die V mensis marcii, secunde indicionis. Blasius de Grede in minori consilio promisit et obligavit se mutuare comuni Ragusii, usque ad dies XV proxime futuras yperperos VIC, et hoc ideo quia dictum consilium promisit sibi et firmavit accipere de sale ipsius Blasii usque ad summam de sex miliaribus pro precio specificato in concordio emptionis dicti salis inter comune et Blasium supradictum; de quibus yperperis VIC. comune debet solvere ad expensas ipsius Blasii totum naulum dicti salis portandi usque ad pontem Ragusii, ad risicum et expensas dicti Blasii, ad raçionem de perperis III inferius pro quolibet centenario, et si plus daret comune pro naulo, quod solvat de suo proprio. Et tantum precium dicti salis, quantum si qui denarii superfuerint de dictis perperis VIC, soluto naulo, tocius predicti salis conducendi debeant solvi et dari ipsi Blasio de suo sale, quando vendetur. Et si casus accideret, quod dictus sal dimicteretur seu de Stagno haberi non posset, quod absit, quod dicti yperperi VIC debeant ipsi Blasio restitui sine mora.

Dicto *m(illesimo),* die VII marcii prefatus Blasius pro dicta obligacione mutuavit comuni et dedit Luxe de Bona camerario comunis recipienti pro dicto comuni, ducatos auri ducentos sexaginta septem.

Cassum de voluntate parcium.

Die VI marcii. Lucas ab armis, Pasqua de Gravoxio in minori consilio facti fuerunt supra biscotum comunis.

Lauriça Bogeni in dicto minori consilio factus fuit scribanus supra barcosium Bogoe Çugnevich.

Bogoe Çugnevich in dicto minori consilio data fuit licencia extrahendi de Ragusio libras VIC casey, solvendo doanam.

Item captum fuit et firmatum in dicto minori consilio, ex auctoritate eis data a maiori consilio, dandi domino Marino de Glavato de salario pro scribano salinarum et salis Stagni pro I anno perperos LX.

Die predicto VII marcii. Volcheç Goyslavich, in minori consilio sono campane more solito congregato, fuit assumptus ad salarium comunis pro famulo domini rectoris cum salario aliorum famulorum in defectu Gineç.

Die VII marcii. Georgio Jacobi de Georgio in minori consilio sono campane more solito congregato data fuit licencia ut possit extrahere de Ragusio a quinque usque ad sex miliaria casei.

Grube de Mençe, Andreas de Georgio, Dimiter de Benessa in dicto minori consilio facti fuerunt ad distribuendum frumentum comunis, qui debet dari et distribui in civitate, prout videbitur ipsis a septem stareis pro pluri et uno ad minus.

Ivano Ogreya, Ticoçio aurifici in minori consilio sono *etc.* congregato, promissum fuit de dando eis grossum I pro stario furmenti, quod facient apportari Ragusium usque per totum mensem Aprilis proximi. Et ipsi promisserunt facere apportari staria CXXX. Et si non facerent apportari dictam quantitatem furmenti Apuleiensis ad dictum terminum, sine Dei et dominacionis impedimento, quod cadat comuni de quolibet stario de grossis III.

Qui secundum relacionem fondecariorum fecere apportari staria CXXVI.

Cassum quia eis solutum fuit.

Die X dicti mensis. In minori consilio captum fuit et firmatum quod carnes mutonine castrate vendantur ad racionem de follaris VII pro qualibet libra; et alie carnes pro racione per totum mensem Aprilis proxime futurum.

Bampnitum per Allegrinum preconem comuni.

Die XI marcii. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum, quod frumentum comunis dispergendum debeat solvi per totum presentem mensem Marcii.

Die predicto. Blasius de Grede factus fuit salinarius

Die XIIII marcii *ball.* LXII. Prima pars est de accipiendo partes Sylvestri de Macedauro et Andre filii Dome de Mençe de manibus illorum, qui emerunt ipsas, et de denariis facere instrumentum eis super comune, dando eis de proficuo quantum datur aliis, qui debent habere a comuni, videlicet perperos V pro centenario, et faciendi ista instrumenta, habeat libertatem dominus rector cum parvo consilio. *Capt. per* LX.

Rogatorum ball. xxxii. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio aptandi galeam prout eis videbitur expedire. *Capt. per omnes.*

Die xiiii marcii. Ser Nicola de Grede, ser Blasius de Mençe in minori consilio sono campane more solito congregato, facti fuerunt tutores Rade filie Orse de Bissiga.

Blasius Radoani in minori consilio sono campane more solito congregato, *(factus)* fuit tutor filie Luxe Heliasii de la Punta, qui iuravit iuxta Milach Radoslavich.

Çive Pauli de Gondola in dicto minori consilio, factus fuit superstans galearum iuxta Savinum de Bonda, Marinum de Goçe et Georgium Jacobi de Georgio.

Vita de Goçe se obligavit minori consilio de faciendo conduci Ragusium usque per totum mensem Aprilis proximum de suo furmento staria iic sine Dei impedimento, et per dictum minus consilium promissum fuit sibi dari de denariis comunis grossum i pro stario.

Die x aprilis. Qui Vita conducere fecit Ragusium staria iii furmenti secundum relacionem fontegariorum.

Die xviii marcii. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum de emendo mileum Dimci de Benessa et Maroe de Ragnina ad racionem de grossis viii pro quolibet stario, et dare ipsis solucionem de dinariis exigendis de frumento comunis disperso.

Item in dicto consilio captum fuit et firmatum de dando Georgio Jacobi de Georgio in dohana maiori pro aliquibus serviciis perperos xii et grossos viii.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum de vendendo ordeum comunis ad racionem de grossis ii pro coppello cum excomputacione dohane in dictis ii grossis, in domo sancti Luce quibuscumque volentibus emere.

Johannes de Grede, Andreas de Georgio in dicto minori consilio facti fuerunt tutores Dechusse filie quondam Mençii Petri de Mençe.

Die xviii marcii. Raynaldus de Stambertis in minori consilio sono campane more solito congregato, obligavit se facere conduci Ragusium usque per totum mensem Madii proxime futurum staria frumenti m sub pena de grossis iii pro quolibet stario grossum i.

Die xxvii Aprilis Raynaldus conduci fecit starea cccxxvii frumenti.

Jachay filius Chaloiani Paretich de Drenali in minori consilio se obligavit facere apportari Ragusium usque per totum mensem Aprilis proximi, staria frumenti cl de quo habere debeat a comuni grossum i pro stario. Et si non faceret apportari ad dictum terminum cadat comuni de grossis iii pro stario.

Cassum quia fuit adductus et solutus.

Die xxi marcii. *Rogatorum ball.* xxxii. Prima pars de donando Johanni Stechato protovistiario domini imperatoris Sclavonie. *Captum per ball.* xxii.

Prima para est de donando Johanni Stecchato protevistiario I donum perperorum XL *(cassum).*

Secunda pars est de perperis XXX. *Capt. per ball.* XX.

DIE XXVI MARCII. Çivcho de Mençe in minori consilio data fuit licencia quod possit extrahere de Ragusio miliaria casei II solvendo doanam.

Ser Jacobus de Georgio *ball.* XLVIII remansit rector mensis Aprilis.

Prima pars est de mutando modum custodie çivitatis, et si capietur ista pars, preco ponetur pars per quem modum. *Capt. per* XLI.

Prima pars est de faciendo IIII dominos de nocte, et IIII capitaneis mensis omni mense, cum illis custodibus, qui dabuntur prius. Et debeant custodire omni nocte ad II. Et debeant habere illas auctoritates, quas habebant prius. *Capt. per* XXXVIII.

Prima pars est de dando licenciam domino rectori et parvo consilio, faciendi fieri I domum comiti insularum in Çupana super terreno Crome; dando pro illo terreno Crome pro quanto poterunt se concordare, vel aliorum.[1] Que domus laborari debeat de bampnis Çupane. *Capt. per omnes.*

DIE PREDICTO. Andreas de Georgio in minori consilio factus fuit tutor heredum quondam ser Marcholi de Georgio.

Dechusse filie quondam Mençii de Petro de Mençe, Junio de Grede et Andree de Georgio, tutoribus suis data fuit licencia in minori consilio supradicto, quod possint facere donacionem de domo dicti Mençii, quam ipsa Dechussa extraxit a Jacobo de Grampa, Slave de Vole de Volçe.

DIE PRIMO APRILIS. Mathe de Mençe, Sergo de Poça in minori consilio sono campane more solito congregato, facti fuerunt ad dispergendum III staria ordei, rusticis de Breno et Çoncheto et Vergato.

Kalenda de Boçignolo, Mate de Ribiça in dicto minori consilio simili modo facti fuerunt ad dispergendum staria IIC ordei rusticis de Ombla, Gravossio et Malfo.

DIE II APRILIS. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum, quod usque ad medietatem presentis mensis aprilis non exaudiatur aliquis, qui vellet aliquam utilitatem pro aducendo frumentum Ragusium, nec detur I grossus pro stario sicut dabatur.

Çivcho Daboevich in dicto minori consilio factus fuit scribanus barchosii Pauloni de Calamota.

Ambaxiatori domini regis Cipri captum fuit de donando unum ensenium de perperis IIII.

Milossius Priemilovich factus fuit scribanus in barchosio Marini Bogdanich de Calamota.

---

[1] Sic in orig. cod. Archivii Ragusiri. Intellige vero: *„super terreno Crome vel aliorum; dando etc. . . . concordare.* —

Die iiii aprilis *ball* lxviiii. Prima pars est, quod fieri debeat crida, quod nullus Raguseus nec de districtu Ragusii, audeat vel presumat ire per mare nec per terram cum aliquo forensi, cum soldo nec sine soldo sub pena ad voluntatem dominacionis. *Capt. per omnes.*

Bampnitum per Allegrinum.

Prima pars est, quod nullum navigium de Ragusio nec de districtu audeat nel presumat ire ad aliquod viagium sine licencia domini rectoris et ii ad minus de parvo consilio, sub pena ad voluntatem dominacionis. Et intelligatur extra districtum Ragusii. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo officiales ad ponendum mentem, quod aliquis non accipiat soldum alicuius forensis per mare nec per terram; et quod aliquod navigium de Ragusio nec forensium audeat levare de gentibus regni Hungarie. *Capt. per omnes.*

Secunda pars est de faciendo iiii alios officiales, quibus committatur hoc officium sive angaria. *Capt. per* xlv.

Ser Michael de Babalio, ser Paulus de Baraba, ser Andreas de Georgio, ser Symcus de Benessa officiales ad suprascripto.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios xxxviii de faciendo iiii dominos de nocte et quatuor capitaneos mensis, omni mense, cum illis custodibus, qui dabantur prius, et debeant custodire omni nocte bini, et debeant habere illas auctoritates quas habebant prius.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de dando licenciam domino rectori et parvo consilio faciendi fieri unam domum comiti insularum in Çuppana super terreno Crome dando pro illo terreno pro quanto poterunt se concordare vel aliorum, que domus laborari debeat de bampnis Çuppane.

Andreas de Georgio in minori consilio sono campane more solito congregato, factus fuit tutor heredum quondam ser Martholi de Georgio.

Dechusse filie quondam Mençy de Petro de Mençe, et Junio de Grede et Andree de Georgio tutoribus suis, data fuit licencia in minori consilio; supradicto quod possint facere donacionem de domo dicti Mençii quam ipsa Dechussa extitit a Jacobo de Grampa domine Slave de Vole de Volçe.

Die iiii aprilis. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxviiii, captum fuit et firmatum per omnes, quod fieri debeat grida, quod nullus Raguseus vel de districtu Ragusii audeat vel presumat ire per mare *(vel)* per terram cum aliquo forensi cum soldo vel sine soldo, sub pena ad voluntatem dominacionis. *Captum per omnes.*

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, quod nullum navigium de Ragusio vel de districtu audeat vel presumat ire ad aliquod viagium sine licencia domini rectoris et ii ad minus de parvo consilio, sub pena ad voluntatem dominacionis. Et intelligantur extra districtum Ragusii.

Die v aprilis. Andre de Domce de Mençe in minori consilio sono campane more solito congregato, data fuit licencia quod possit ire

Catharum et ibi facere aliqua facta sua, infra spacium duorum mensium proxime futurorum, infra quem terminum debeat redire Ragusium vel ire ad partes Sclavonie cum suis mercacionibus prout ipse fecit supplicacionem.
Qui reversus fuit ad terminum et se presentavit dominacioni.

Die xii aprilis. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum de accipiendo salem condam Laurencii de Volcasso, illum qui est in Ragusio ad racionem perperorum xx. centenarium modiorum salis ad mensuram grossam. Et illum, qui est in Stagno ad racionem perperorum xvi centenarium modiorum ad mensuram grossam, qui accipi debeat in Stagno ad expensas comunis, cum hac condicione, quod vendito sale comunis et s. Blasii et Blasii de Grede, si dicta quantitas salis erit necessaria comuni, comune teneatur illum sale accipere. Et si comune emeret alium salem, non possit ipsum vendere ante istum salem dicti Laurencii. Cuius salis solucio fieri debeat de denariis, qui extrahentur de ipso usque ad conpletam solucionem. Quem salem comune teneatur accipere usque ad medium mensis Junii proxime venturi, si non haberent de suo sale novo.
Ser Savinus de Bonda, ser Johannes Pauli de Gondola, ser Marinus de Mençe tutores heredis quondam Laurencii de Volcasso fecerunt vendicionem domino rectori et parvo consilio ementibus vice et nomine comunis Ragusii de toto sale condam dicti Laurencii, qui est in Ragusio et in Stagno cum pactis et condicionibus suprascriptis atque preciis, et cum hac condicione, quod si comune non haberet de suo sale novo ante dictum terminum, et non accepisset istum salem, quod non possit vendere alium salem ante istum, si indigeret comune de sale.

Die x aprilis. Helias Radenovich, Matcho Rusinovich in minori consilio factus fuit scribanus super barcosio de Calamota; qui iuravit.

Die xi aprilis. Ser Johannes de Gondola, ser Marinus de Mençe, ser Michael de Babalio in minori consilio sono campane more solito congregato, facti fuerunt officiales ad scribendum et ordinandum decenas pro custodia civitatis pro navigiis transituris.

Die xiii aprilis. Pierçe de Çrieva, Pale de Baraba et Chervoe de Çamagno in minori consilio sono campane more solito congregato, facti fuerunt tutores Maroe filii Orse de Zamagno, iuxta ipsum Orse patrem illius.
Jache de Sorgo, Dobre de Chalich capitanei sancti Laurencii.

Die xvi aprilis. *Rogatorum ball.* xxxii. Prima pars est de faciendo bampnum secundum litteram domini. *Capt. per* xxviiii.
Cum serenissimus princeps dominus noster dominus rex Hungarie miserit suas litteras domino rectori, consilio et comuni Ragusii inter cetera continentes, nobis precipiendo ut non emamus in antea fruges cuiuscumque generis existant de regno et terris suis educere ad terras alienas, in portu nostro, et quod hoc faciamus in civitate nostra et nostro districtu

puplice promulgari. Et si quis post huiusmodi publicacionem fruges de regno et terris suis vendentes et educentes invenerimus, illos tales in rebus et personis puniamus absque omni conpassione, et aliud pro nostra gracia non facturi.

Bampnitum per Johannem de Bononia.

Die xviii mensis aprilis. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxv, captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de faciendo graciam magistro Cristoforo physico, eundi in Apulia pro quibusdam factis suis, non lucrando soldum in illis diebus quibus steterit eundo et redeundo.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes consiliaros, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, claudendi arsenatum per illum modum qui videbitur eis, et inveniendi pecuniam ad faciendum predicta.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios lxii, quod quicumque franget et faciet aliquid foramen de novo in muris circa civitatem per ripas, cadat ad penam de perperis vc; qui si fuerit inventus stare debeat in carceribus et inde exire non possit, donec non solverit dictam penam. Et in hoc casu tam femine quam masculi possint esse testes, et dictis earum debeat adhiberi fides, prout videbitur domino rectori et iudicibus adhibendi fidem; et si vicinia non daret illum vel illam, qui vel que fecisset illud foramen de novo, solvere teneatur comuni perperos xxv tota ruga.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios lxii, de prohiciendo in terram gayfos illis de Stillo et illum qui est iuxta illos, et claudere portas domorum Sime de Grede et Nichifori de Ragnina de calçe et lapidibus; et dominus rector cum parvo consilio possit providere illis quibus prohicentur gayfi secundum quod videbitur eis de iure, et similiter illis quibus claudentur subterranea.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse mictere pro uno protomagistro pro arsenatu, et pro uno magistro balistario, et pro uno magistro qui sciat facere ferra verrettonorum, cum illo salario et pro illo tempore que videbuntur eis.

Die predicto. Ser Johannes de Bona, ser Junius Bisti de Bona, ser Savinus de Poça, Pave Marini de Bona in minori consilio sono campane more solito congregato, facti fuerunt tutores heredum quondam Junij Marini de Bona.

Die xx aprilis. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit, quod domus de fusollis que est iusta murum comunis debeat separari a muro comunis per totum mensem madii proximi, sub pena ad voluntatem dominacionis.

Die predicto. Radoste Çimbalo in dicto minori consilio facta fuit gracia quod possit facere unam domum ligneaminis prope domum

Velci sartoris, in terreno comunis in Stagno, longitudinis trium passuum et amplitudinis duorum passuum; cum condicione quod non possit facere ibi tabernam, et si ille locus fuerit necessarius comuni ad omne mandatum et requisicionem comunis teneatur prohicere dictam domum, et aufferre inde ligneamen suum.

Die xxiii mensis aprilis. Tutoribus heredum quondam Laurencii de Volcasso in minori consilio sono campane more solito congregato data fuit licencia, quod possint se compromittere in iudices arbitros arbitratores *etc.* pro questione dicti heredis cum sorore sua, uxore Triphonis de Buchia.

Die xxvi aprilis. In consilio rogatorum sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt consiliarii xxxv, captum fuit et firmatum per omnes, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse mittere galeas Jadram, cum tot hominibus quot videbuntur cum illis barcis et cum illo soldo et facere inde aportari de remis nostris comunis, qui sunt ibi Ragusium, quot videbuntur eis, ac faciendo stare ibi ad custodiam galearum quot homines videbuntur esse necessarii, et de expensis necessariis pro predictis adimplendis.

Die x julii. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt consiliari lx, captum fuit et firmatum per lviii ipsorum consiliariorum, quod minus consilium non possit facere aliquem nobilem hominem de Catharo de Dulcinio et de Antibaro civem Ragusii, nisi veniat Ragusium cum familia sua ad habitandum; de aliis autem hominibus possit minus consilium facere cives prout eis videbitur pro bono et augmento civitatis nostre, secundum antiquam consuetudinem.

Die xviii julii. In maiori consilio sono campane more solito congregato, data fuit licencia ser Vite de Çamagno vicecomiti insularum posse ire ad Stagnum pro suis negotiis et ibi stare quatuor diebus.

Mathias Russin de Calamota et Uxor Gregorii cugnata dicti Mathei in minori consilio sono campane more solito congregato, dati et facti fuerunt tutores heredibus dicti Gregorii.

Ser Andreas de Benessa . . . *(cetera desiderantur).*

Die xxiii dicti mensis. In minori consilio sono campane more solito congregato, fuit adsumptus famulus domini rectoris sicut alii famuli.

Die primo augusto. Per ser Johannem de Bona honorabilem rectorem Ragusii et suos iudices ser Blasius de Baballio et ser Nicolam de Çavernico captum fuit, quod die lune proxime venture, per totam diem debeant deliberare duo possessiones Mençii, Petro de Mençe, una in Gravosio et alia in Breno, et hoc ad peticionem Petri de Çereva.

Die secundo augusti. Give filius quondam Mathei de Mençe in minori consilio sono campane more solito congregato, absolutus fuit a

tutoribus, ut a modo in antea possit facere omnia facta sicut pater familias, et persona sui iuris sine alicujus tutoris condicione.

A. d. MCCCLXIIII indic. secunda die predicta. Georgius magister et calcin, in minori consilio sono campane more solito congregato fuit factus civis Ragusinus; qui iuravit et debet habere a comuni omni anno iperperos x, et est liberus et absolutus ut alii qui sunt cives.

DIE VIII DICTI MENSIS AUGUSTI. Syme de Sessa et Rainaldus Stamberto dati fuerunt tutores Dimchi filii Kalende de Vetrano una cum Çussa de Vergo et — et de mussi in minori consilio sono camqane more solito congregato.

DIE XVII AUGUSTI. In minori consilio sono campane more solito congregato, Pasche filius quondam Mathei de Mençe absolutus fuit a tutoria et cassus est de tutoria ab hodie in antea.

DIE XIII DICTI MENSIS. Milgostus preco comunis retulit se mandato domini rectoris ser Johanis de Bona, gridasse in locis solitis, quod nulla persona terrigena vel forensis, debeat receptare in domo sua vel alibi nec elevare per mare vel per terram Liubnam famulam Laurençii de Bodaça que aufugit ab eo; et quis haberet, debeat illam presentare sub pena ordinata, que exportavit ab eo valore iperperorum centum inter denarios et alias res.

DIE XXV AUGUSTI. Alegrinus preco comunis retulit se mandato domini rectoris ser Johannes de Bona, gridasse in locis solitis, quod nulla persona debeat receptare in sua domo vel alibi Maroe famulum Milchani de Juncheto, nec elevare *(eum)* per mare nec per terram sub pena ordinata; qui exportavit yperperos XII.

DIE XXVI AUGUSTI. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, quod donetur Maroe Pasqueti de Çuppana yperperos x pro officio quod ipse fecit quando comes non erat in Çuppana, qui debeantur abatti de comdemnacione quam solvere tenetur comuni.

Item yperperi duo donentur sibi pro eo quod debet ire ad Stagnum, ad videndum de barcheta, quod deficit pro eius labore.

DIE XXVII AUGUSTI. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit de adcipiendo ad imprestum de calcina que est super insulam monasterii lacromensis, pro laborando murum comunis, de licencia domini Archiepiscopi; et illam restituere post vendemias statim, et propterea de faciendo calçinaria super insulam lacromensem et restituendo illam eidem monasterio tantum videlicet quantum fuerit illa que adciperit pro comuni. Et reverendus in Christo pater et dominus Hugo, Dei et apostolice sedis gracia Archiepiscopus Ragusinus concessit omnibus.

Die xxviii augusti. Janneç Petroevich protomagister in minori consilio sono campane more solito congregato, factus fuit cives qui iuravit ad sancta Dei Evangelia esse fidelis et facere omnes factionis reales et personales, et subire omnia honera realia et personalia prout et sicut alii cives faciunt et facere tenentur.

Milgostus gridavit. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit et firmatum, quod nullus de consilio rogatorum debeat scedere de Ragusio sub pena yperperorum quinquaginta, et qui fuerit in Ragusio, debeat venire ad consilium rogatorum, quando sonat ad consilium sub dicta pena.

Die xxx mensis augusti. Anno domini millesimo trecentessimo sexagesimo iiii indictione secunda.

Magister Victor de ser Bona romanus in minori consilio sono campane more solito congregato, ex balia et auctoritate eidem concessa et data a maiori et generali consilio dicte civitatis, adsumptus fuit prothomagister comunis cum salario librarum xii grossorum in anno et domus arsanatus pro statio eius cum hac condicione, quod ipse teneatur servire comuni in omnibus oportunis de omni magisterio, quod ipse scit et in Ragusio et in districto, ad omnem voluntatem et mandatum dominacionis Ragusii, et esse fidelis in omnibus et per omnia de eo quod sciet et potuerit secundum suprascripta; et quod quando non erit de quod laborare pro comuni, quod ipse possit laborare extra arsanatum specialibus personis et quidquid interim dum laboraret specialibus personis lucraretur, sit ipsius prothomagistri. Et fuit iuratus ad sancta Dei evangelia, corporaliter tactis scripturis, coram domino rectore ser Johanne de Bona et eius minori consilio pro uno anno, qui annus incipit primo die mensis septembris proxime venturi.

Die quarto mensis septembris. In minori consilio sono campane more solito congregato, facta et reddita fuit racio pro Lone de Dersa de omni eo, quod dictus Lone recepit de avere comunis pro viaço, quod fecit ad Anconam pro emptione vini et de expensis per eundem factis, dicta occasione inventum fuit tantum expendisse quantum recepit dicta occasione; computando in ista racione ducatos xx qui dati fuerunt sibi pro provisione sui laboris, et pro uno famulo quem portavit secum.

In dicto minori consilio captum fuit et firmatum, quod de tanto plumbo, quantum ser Marinus de Mençe fecerit venire Ragusium vel ad Slanum, habeat graciam adcipiendi salem comunis, et habeat terminum trium mensium a die qua adceperit ipsum salem ad solvendum comuni pro sale quod accepit; veruntamen si dictus ser Marinus fecerit ipsum plumbum exhonerari ad Slanum, quod ipse debeat venire Ragusium ad elevandum ipsum salem suis expensis.

Die xxvii marcii. Registrum littere misse ducali dominio Veneciarum pro sex bubus quos nobis abstulerunt de Dubrave homines ligni, cuius erat supracomitus Johannes Arduyni.

Serenissime domine. Vestre ducali excellencie tenore presencium facimus manifestum, quod homines ligni vestri, cuius erat supracomitus Jo-

hannes Arduyni, transeundo nuper per Punctam nostram de Stagno, die videlicet xviii presentis mensis Marcii de quodam loco dicte Puncte, qui Dubrave nuncupatur, sex boves violenter nostris hominibus abstulerunt et multos veretonos projicerunt in ipsos satagentes boves illis defendere supradictos; quam disrobationem nedum factam contra nos vestros cordiales amicos, set etiam si facta fuisset contra quoscumque alios infallibiliter credimus eidem vestre excellencie nimium displicere. Quare eidem vestre excellencie supplicamus, quatenus supra premissis de salutari remedio providendo et satisfactionem debitam si placeat faciendo, ita vestris supracomitis per nostras partes transeuntibus precipere dignemini si libebit, ut disrobationem seu lesionem aliquam ibidem facere non presumant, eo quod omnes vestri homines ut honorabiles fratres et amici, ubique in nostro districtu a nostratibus pertractantur et ipsorum aliqui in eodem nostro districtu aliquando offendere non postponunt.

Lett. com. Lev. 1361—80. fol. 53.

Die vii madii. Exemplum commissionis facte de Maroe de Radeno, qui fuit missus ad dominum Nicolaum Cech banum Dalmacie, per dominum rectorem ser Savinum de Resti et parvum consilium, ex auctoritate ipsis concessa per consilium rogatorum.

Nuy Simon de Resti, rector de Ragusa, cum lo piçolo consello per auctoritade a nuy data da lo consello de li pregati, comettemo a ti Maroe de Radeno, nostro amado cetadino, che al nome de Dio et de misser sancto Blasio, debi andare da parte nostra et de tuta la terra a misser lo bano de Dalmacia et de Croacia; et fattoli lo saludo cum quella reverencia, che li conviene da parte nostra et de tuta la terra, li debi presentar la nostra lettera de credença.

Et quando ello ti dara audiençia, et tu per lo più ornato et savio muedo che saveray, li debi dir: Misser lo bano, lo comune de Ragusa, per diverse sue littere et per Jachomo de Mençe, chi fo suo ambassadore a la vostra signoria, se mando lamentando plusor fiate de le offese, iniurie et damnaçi, chi à sobstegnudi da li homeni subiecti a la vostra signoria, et ca contra quelli malefactori non fo fatta punisone et tegnudo quello rimedio, che se conviene per la vostra signoria. Cum reverencia, non sa lo commun de Ragusa, per che occasione li dicti malefactori et specialmente quelli de la crayna çamay non hanno cessato, ne cessano a robare, ferire et anchidere li homeni della Ponta nostra de Stagno, tollere loro li animali, che fo de gentili homeni de Ragusa et finalmente lor fanno tutto quello che fariano a lor mortali inimisi. Et de ço troppo si day a stranio lo comune de Ragusa, ca semo tuti suta una signoria, et deveriamo essere da li vostri homeni subietti a la vostra signoria, defisi et guardati. Et in lo nostro tempo semo stati pluy offesi et damnaçati, ca çamai per li tempi passati quando non erano tegnudi de volerni quello bene, che ni deveno voler rasonebelmente al presente per honore del nostro comune signore. Et sovra ço ben haveriamo possudo et poriamo providere de quello, che se convenera de fare a li diti malefactori, ma per honor de la vostra signoria, ca sono homeni del vostro tener, non volsemo far novita nessuna, ma recurimmo a vuy, chomo signor loro, che façati loro quella iusticia che se conviene.

Et per ço lo comune de Ragusa supplica a la vostra signoria cum speçial baldeça, che vi piaqua far provisione contra li diti malefactori de morte et de le feride de li homeni, satisfacione de li dapni et arobarie chi hanno fatte; et cum lo vostro senso et descretione, se vi piase, debie poner tale remedio et ordene sovra quisti excessi, che li diti malefactori siano cum iusticia punidi; li homeni de Ragusa habiano satisfacione de li lor dapni; et de ço çascuni altri de quelle contrade remagnano cussi spaventadi et stremiti, che non tanto a nuy chi semo cum essi de una signoria, ma a çascuni altri çamay non presumano de fare tali chose. Et chosi vuy façando plaseri a Dio et a messer lo re nostro signore, conpleri la iusticia et aquistari laude et honore; et nessuno offeso havera occasione de murmurare che non possi optegnire iusticia da la vostra signoria.

Et se vuy, chi siti in luogo del nostro signore in questi porti, non possimo remedio in queste chose per le multiplicate et grave offese, che cotidianamente ni se fa da li homeni de la vostra signoria, de necessa ni scouvenera de lamentarne al nostro signore, messer lo re, chi provedera sovra ço et de quello chi fara bisogno.

Et al più chi staray, se fara bisogno, in corte de messer lo bano, debi stare di VIII, et despuo ademanda lettera de resposta da ditto messer lo bano et pilla licencia et vieni a Ragusa.

Lett. Com. Lev. 1361—80 fol. 54.

Die II mensis junii. Registrum littere destinate Cherve de Mora ad peticionem Benesse de Benessa.

Pietro de Prodanello rectore de Ragusa, Savino de Bonda, Nicola de Grede, Blasio de Babalio, Nicola de Çavernicho et Marino de Goçe, iurati iudesi de la dicta terra, a ti Cherve de Mora nostro çetadino de Ragusa salutem cum sincero amor. Ca per parte de Benesse de Benessa ni fo facta fe, ca tu reçevesti da Nixa de Goçe in san Dimitrii uno paro de bisaçe cum argento de Martinusso de Proclo, debitore del dicto Benessa; sichome ordeno al dicto Nixa Stepe de Sorgo lettera da Ragusa, per ço volemo et chomandemo, sub pena a nostra voluntate, che debi tignire per mano de la signoria sequestrate le dicte bisaçe cum lo argento, et ad nessuna persona le debi dar sença nostro chomandamento. Et se el te fosse stado ordenado de mandar lo ditto argento a Ragusa, et tu lo debi mandare in mano nostra; et debini scrivere ordenadamente quanta quantitade e de arçento, et cum che condeçion ti e stato dato a ti questo arçento; et non fare altro.

Galeç Paulovich, Priboe Radenovich cursores iurati.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 54.

Die II julii. Galeç Paulovich, Priboe Radenovich supradicti aduxerunt responsionem a dicto Cherve per suam litteram specialem, quomodo ipse habet sequestratum dictum par de bisaçiis cum duobus grupis argenti, prout patet per suam litteram hic appositam.

Die XX mensis junii. Copia comissionis fatta Leonardo de Dersa.

Nuy Piero de Prodanello rectore de Ragusa cum lo piçolo consello, per auctoritate a nuy data da lo gran consello, comettemo a ti Leonardo

de Dersa, nostro amado cetadino che al nome de Dio et de messer sancto Blasio debi andare da parte nostra et de tuta la terra in Anchona, et siando la spiaray et savaray dove potray haver mellori vini et per mellor merchado; et dove in uno de questi due luogi potray haver mellori vini et per millor merchado, et tu debi comparare quattro millia quinqua de vino de cima de vino de questi VIIICLXXXX ducati, che ti havemo dati; et de quello chi ti manchara, a la compara de questo vino, et tu debi obbligare lo comune per quanto ti parera, fin a suma de ducati 600, come ti havemo fatto lo sindicato. Et se potray haver navilio per adure questo vino, bene quidem; altramente, et tu al più tosto chi potray, debi cargare questa barcha, cum la quale tu vay; et mandala a Ragusa, et scrivini ordenadamente de omne chosa.

Lett. Comm. Lev. 1361—80 fol. 54.

Die III julii. Per dominum rectorem ser Marinum de Mençe et parvum consilium sono campane more solito congrègatum, fuit scriptum dicto Leonardo, quod si in Anchona vel in Rechanato non poterit habere de vino, secundum commissionem sibi factam, quod alibi ubicumque meliora vina et pro meliori foro poterit invenire, debeat emere de vino, ut civitas in brevi habeat suum intentum.

Die ultimo novembris. Copia commissionis fatte ser Jacobo de Georgio capetaneo gallee que ivit pro matre, uxore et filio quondam Poveresci cum sua familia, est haec:

Nuy Nicola de Grede rectore de Ragusa cum lo piçolo consello, per auctoritate a nuy data dal consello de li pregati, chomettemo a vuy ser Jachomo de Çorçi, capitanio de la nostra galia, et a Pale de Sorgo et Dobre de Calichi, tuoi conselieri, che al nome de Dio et de messer santo Blasio, debie gire cum la nostra galia fin al castello de Budoa, non pognando scala in terra; et siando a provo lo dito castello debie mandare cum lor salvamento uno over duy boni homeni de puovolo cum la barcha nostra al dito castello, dando a saver a la matre, a la uxor et a lo fio de Povereseho, ca segondo la requesta, chi fo fatta da lor parte al comune de Ragusa, per uno lor correro, la citade de Ragusa de presente armo questa gallea, et mandala per tollere la matre, la uxor et lo fio de Povrescho cum le loro chose et loro homeni in salvamento che volono vignire a Ragusa.

Et se la matre, la uxor et lo fio de Povrescho, cum la lor familla et lor homeni et lor chose, volono vignire cum la galia nostra a Ragusa, et vuy li debie reçevere et adure a Ragusa cum le loro chose et maserie et cum le armi de le lor persone, çoe de tutti quelli che vegnera cum la galia. Et ordenati dextramente, et façati tollere le nose de la spingarda che e al Castello.

Et se trovari l armada de li navili de Catharo a lo assedio del castello, et vuy li debie saludare chomo amisi nostri. Et se elli ni volesse dare alguno impaçamento de parole o de fatto, et vuy lor debie dire: Signori de Catharo. Nuy semo vegnudi per tollere et dare salvamento a li nostri çetadini, chomo vuy faressi lo simili per li vostri. Et per ço

ve pregiemo, chomo parenti et amisi, che ne lage far li fatti nostri, et non ne de inpaçamento. Et tanto cum lo lor inpaçamento, quanto sença, debie reçevere li sovraditi in galea, sicho e sovradeto. Et se li Catharini vi fesse alguna offensione, et vuy ve debie defendere.

Et se vuy presenteri ca lo castello deve vignire in mano de Catharini, et vuy ordene cum li homeni de Poverscho et façe poner fuogo al mangano, che e al Castello et felo abrusare.

Et se la matre, la uxor, lo fio de Poverscho vuy non trovare al castello de Budoa, et vuy debie gere cum la galia fin al lugo, dove havareti novella de quelli del castello, ch elle fosse, extendandove fin a san Nicola de Oldrini in qua verso Ragusa, et debie mandar uno homo over II de povolo cum la barcha in terra fin ad esse digando lor sicho o deto de sòvra in lo primo capitolo. Et condollando avanti tuto et agravandove assa del contrario che venne a Povrescho nostro amigo fidelissimo et fradello, et chomo de la sua morte ha grande dollo tuta la çetade de Ragusa. Et non debie lagare nessuno homo in terra, salvo quello uno over II de povolo che mandaray a la matre et a la uxor de Povreschi sicho e deto. Et se ello non volesse vignire cum la galia a Ragusa, et vuy habiando la lor resposta, debie tornar a Ragusa.

Et se Balsa de Balsa fosse alla marina in quelle parti, dovo vuy andareti cum la nostra galia, et vuy li debie mandare uno nostro bono homo de povolo discreto et experto chi vi parera. Et mandalo salutando da parte de tuta la terra et da parte nostra, condollandoli assa, tanto del contrario che adevene a Çura suo frare, quanto del contrario de la morte de Povrescho, suo servidore et nostro fidel amigo et çetadino, chomo la nostra çetade de questi II contrary e assa dolorosa; cum quello parole dulci de firmar amestade, chè sia ad honore et acrescimonto de la nostra terra. Et feli fare lo presento da parte nostra.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 55.

Littere Citatorie.

1364.

Die VIII januarii. Hec est copia littere citatorie misse Paulo Quirino ad peticionem Nixe de Gondola.

Johannes de Tuidisio rector comunis Ragusii, et iurati iudices civitatis eiusdem ser Paulo Quirino honorabili civi Venetiarum salutem et dilectionem sinceram. Quia Nixa quondam Niffici de Gondola propter iura. que habet de domo cum terreno vacuo quondam Petri Nicole de Buchia, que emit vestro nomine quondam bone memorie ser Petrus Quirino frater vester, petit cum instancia coram nobis pecuniam empcionis dicte possesionis a vobis deponi in camera nostri comunis secundum ordines nostre terre, quos ordines vos credimus non latere. Idcirco ad peticionem dicti Nixe vobis precipimus et mandamus, quatenus receptis presentibus, infra duos menses proxime futuros, personaliter vel per procuratorem legiptimum debeatis coram nobis Ragusii in iudicio conparere responsuri de iure dicto

Nixe civi nostro super premissis, alioquin vestra contumacia vel absentia non obstante, procedemus in causa, prout iura nostrorum ordinum postulant et requirunt. Has autem nostras litteras ad cautelam dicti Nixe fecimus registrari, de quarum presentacione latoribus ipsarum dabimus plenam fidem.

Die xxi mensis junii. Dominus rector ser Petrus de Prodanello cum suis iuratis iudicibus ser Savino de Bonda, ser Nicolao de Grede, ser Blasio de Babalio, ser Nicolao de Çavernicho determinaverunt ad peticionem dicti Nixe de Gondola, quod prefatum terrenum vacuum dicti quondam Petri Nicole de Bucchia debeat vendi pro eo, quod dictus ser Paulus Quirino non conparuit nec alius loco sui ad deponendum in cancellaria comunis pecuniam emptionis dicte domus et terreni infra terminum sibi datum.

Die xx mensis januarii. Ind. secunda. De mandato domini rectoris ser Johannis de Tuidisio per Alegrinum preconem comunis pluribus diebus incantata fuit per civitatem more solito dohana piscarie et quia non fuit inventus, qui plus dare vellet, data fuit et deliberata per dominum rectorem et parvum consilium, ad sonum campane, in puplica concione more solito congregatum, cum pactibus et condicionibus consuetis Palme Miltunich, pro uno anno proximo futuro, pro yperperis iicl. Et incipit annus die xxi dicti mensis januarii.

Blasius Clementis de Sorento constituit se plegium et pagatorem pro dicto Palma.

(Marg. adscr.) Cassum quia solvit domine abbatisse.

Hec est copia unius littere citatorie destinate Nico de Cranislavo ad peticionem Jache de Sorgo.

Çoan de Tuidisio rector de Ragusa, cum li nostri iudice. A ti Nicho de Cranislavo salute et tuto bene. Sapi che Jacomo de Sorgo si vene avanti de nuy cum i scrito de bambasio fato in miiiclxii a di ii de Setembrio in presencia de Polo de Çorçi de Andrea, fio de Mate de Babalio, de Jacomo de Radomir et de Radich Bogavçich, per lo qual apar, che tu die dar al dito Jacomo ducati d' oro clxxxxv a termene de mesi viiii *etc.* chomo in lo dicto scrito se contien. Epero, veçudo lo dito scrito, et examinado alguni de li diti guarenti, a peticion del dito Jacomo, te mandemo chomandando, che, reçevudo questa letera, debi vignir a Ragusa infra i mese, o mandar tuo legiptimo procurator sovra de ço. Et se al dito termeno non vignirasi a Ragusa, o non mandarasi tuo legiptimo procurador, nuy procederemo contra de ti et de li tui beni, chomo ne parerà de raxion. Et dela presentacion de questa letera daremo plena fe a questi portadori.

Die xxviii marcii. Radovçe Radostich, Çiucus Celadinich portatores dictarum literarum coram domino rectore ser Mchaele de Babalio et iuratis iudicibus ser Nicola de Grede et ser Blasio de Babalio per sacramentum testificaverunt, quod ipsi presentaverunt dicto Nico litteram infrascripti tenoris die xxviiii Februarii.

Die xx mensis marcii. Ind. secunda. De mandato domini rectoris ser Michaelis de Babalio, per Alegrinum preconem comunis, fuit incantata more solito per civitatem dohana beccarie de Stagno cum pactis et condicionibus consuetis pluribus diebus. Et quia non fuit inventum, qui plus dare vellet, data fuit et deliberata per eundem dominum rectorem et parvum consilium in puplica concione Laurencio de Churuleo pro uno anno proximo futuro cum pactis et condicionibus consuetis pro iperperis centum, et incipit annus die sabbati sancto dicti mensis Marcii.

A. domini mccclxiii. Ind. secunda. Ex parte domini rectoris ser Michaelis de Babalio honorabilis rectoris Ragusii et iuratorum iudicum ser Nicole de Grede et ser Nicole de Çavarnigo ad peticionem Matey de Baseio, misse fuerunt littere citatorie Belice Scepcovich quarum tenor per omnia talis est.

Michel de Babalio rector comunis Ragusii cum iuratis iudicibus ser Nicola de Grede et ser Nicola de Çavernigo, tibi Belice Stepcovich salutem et omne bonum . . . *(cetera desiderantur)*.

Die xviiii septembris. Indictione secunda. Ex parte domini rectoris ser Marini de Goçe et suorum iudicum, ad peticionem Luce de Bona epitropi et comessarii quondam Vite de Tuidisio missa fuit una littera per infrascriptum, tenoris infrascripti.

Marinus de Goçe rector comunis Ragusii et iudices civitatis eiusdem, nobilibus et sapientibus viris iudicibus et consiliariis civitatis Dulcinii salutem et dilectionem sinceram. Quia Lucas de Bona tamquam epitropus et comissarius quondam Vite de Tuidisio comparuit coram nobis asserendo, quia habet certa pignora, que fuerunt inpignorata a quondam Petro Marini cive vestro eidem Vite, pro quibus ipse Lucas petit solucionem, alioquin vellet, quod venderentur pignora supradicta, que ipse Lucas asserit habere pro signo ducatorum auri cxxviii et grossi i. Idcirco pro conservacione iurium heredum et successorum dicti quondam Petri vos intime deprecamur, quatenus vobis placeat hoc intimare heredibus suprascriptis et ipsi precipere, ut infra dies xx a die fiendi ipsis huius precepti, in antea numerandorum, venire debeant vel mittere Ragusium pro redemptioni signorum et pignorum predictorum, aliter, elapso termino supradicto, vendentur secundum ordines nostre terre. Et scribatis nobis, si placeat, per vestras litteras et responsionem ipsorum heredum ordinate; hanc autem litteram ad cautelam dicti Luce fecimus registrari, de cuius presentacione dabimus fidem Bratoslavo barcarolo portatori ipsius.

Die xxviii septembris. Indictione secunda. De mandato domini rectoris ser Marini de Goçe et parvi consilii per Allegrinum preconem comunis incantata fuit doana vini pro uno anno cum pactis et condicionibus consuetis, pluribus diebus per civitatem, et quia non inventus fuit, qui plus dare vellet, data et deliberata fuit per dominum rectorem et parvum consilium in puplica concione Marino filio Vite de Bacante cum pactis et condicionibus consuetis pro uno anno pro yperperis sex mille.

Mateus filius Vite de Georgio se constituit pro ipso Maroe plecium.

Die viii decembris. miiiclxv. Stepe de Çamagno, Pasche de Mençe camerlengi comunis fuerunt confessi et contenti habuisse et recepisse a dicto Maroe emptore pro doana vini suprascripta yperperos iiiimviiiic.

Die xxi decembris miiiclxv. Grube de Mençe, Petrus de Çrieva procuratores sancti Blasii de Platea fuerunt confessi habuisse et recepisse a dicto Maroe emptore de anno preterito yperperos mille.

Die predicto. Pasche de Mençe, Stephanus de Çamagno camerarii comunis fuerunt confessi habuisse a dicto Maroe emptore yperperos centum.

(Marg. adscript.) Cassum quia solvit.

Die vigesimo octavo mensis septembris. Ind. secunda. De mandato domini rectoris ser Marini de Goçe per Alegrinum preconem comunis pluribus diebus more solito incantata fuit per civitatem dohana maior cum suis iuribus, pactis et condicionibus consuetis. Et quia non fuit inventus, qui plus dare vellet, data fuit et deliberata per eundem dominum rectorem et parvum consilium in puplica concione Junio quondam Bisti de Bona cum suis iuribus, pactis et condicionibus consuetis, pro uno anno proximo futuro pro yperperis decem milia.

Jacobus de Sorgo et Dobre de Calichi constituerunt se pleçios pro Junio supradicto.

(Margin. adscript.) Cassum quia solvit secundum relacionem camarlengariorum.

Anno domini millesimo trecento sexagesimoquarto de mense septembris.

Nomina officialium electorum per totum annum sequentem.

Judices: Ser Joh. de Bona, ser Joh. de Gondola, ser Marinus Junii de Mençe, ser Jacobus de Sorgo, ser Nicolaus de Caboga.

Consiliarii parvi consilii: Ser Joh. de Tiudisio, ser Simeon de Resti ser Nifficus de Galloç, ser Pasche de Ragnina,[1] ser Michael de Babalio, ser Petrus de Çrieva.

Vicarius: Ser Silvester de Macedauro.

Advocatores comunis: Ser Savinus de Bonda, ser Georgius Jacobi de Georgio, ser Paulus de Baraba.

Advocati maioris curie: Ser Blasius de Mençe, ser Stiepe de Georgio, ser Laurencius de Bodaça, ser Audreas de Ragnina.

Camararii comunis: Ser Andre de Sorgo, ser Climoe Bisti de Bona, ser Çiucus de Volçe.

Miles: Ser Tripe de Bodaça.

Judices parve curie: Ser Margus de Trepagna, ser Michael Dragota, ser Michael de Mlascagna.

---

[1] Cassus et sub dat. die xxvi Novembris loco sui ser Blasius de Grede.

Advocati parve curie: Ser Marinus de Bona, ser Germanus de Germano.

Passatores extra civitate: Ser Nicola de Grede, ser Marinus de Slavçe, ser Andreas Binçola.

Passatores in civitate *(Nomina desiderantur).*

Salinarii et ad affictus exigendum: Ser Pascha de Bonda, ser Matheus de Georgio, ser Grube de Mençe.

Supra portum: Ser Mathe de Ragnina, ser Gauchus de Getaldo, ser Marchus de Chatena.

Supra Çecham: Ser Pale de Sorgo, ser Blasius de Babalio, ser Laure Lampre de Mençe, ser Ilcus de Bonda.

Justiciarii: Ser Marinus de Bagante, ser Marinus de Ragnina.

Judices parcium Puncte: Ser Vitcus de Babalio, ser Andreas de Lucari, ser Clemens de Dersa.

Supra gectum cere: Ser Palçe de Palmota, ser Michus de Nicoliça.

Massarii bladi comunis: Ser Blasius de Sorgo, ser Andreas de Georgio, ser Stepcus de Lucari.

Supra arma comunis: Ser Kalenda de Buçignolo, ser Matheus de Ribiça.

Procuratores Crome: Ser Petrus de Prodanello, ser Nicola de Palmota.

Supra laboreria turrium: Ser Çivcus de Sorgo, ser Jacobus de Georgio, ser Nixa de Gondola.

Missete comunis: Pasche de Risa, Comitus Munellus, Antonius de Gaçaro, Marinus de Slani.

Supra custodes: Çonchus Martholi de Çrieva, Lampriça de Sorgo.

Supra fondecum Bladi: Ser Frane de Bodaça, ser Junius Give de Georgio.

Supra pondus farine: Ser Nixa Marci de Mençe, ser Vole de Battalo.

Rogatorum consilium: Ser Johannes de Bona, ser Joh. de Gondola, ser Marinus Junii de Mençe, ser Jacobus de Sorgo, ser Nicola de Chaboga, ser Joh. de Tiudisio, ser Simon de Resti, ser Nifficus de Galloç, ser Pasche de Ragnina, ser Michael de Babalio, ser Petrus de Çrieva, ser Savinus de Bonda, ser Nicola de Çavernicho, ser Petrus de Prodanello, ser Blasius de Babalio, ser Stiepe de Georgio, ser Paulus de Sorgo, ser Blasius de Mençe, ser Andreas de Binçola, ser Georgius de Georgio, ser Cherve de Çamagno, ser Blasius de Grede, ser Jacobus de Georgio, ser Kalenda de Bocignolo, ser Nicola de Palmota, ser Petragna Helie de Bonda, ser Benessa de Benessa, ser Paulus de Baraba, ser Andreas de Ragnina, ser Grube de Mençe, ser Dobre de Calich, ser Mathe de Ribiça, ser Junius Bisti de Bona, ser Frane de Bodaça, ser Pasche de Bonda, ser Blasius de Caboga, ser Stiepe de Sorgo, ser Dimcus de Benessa, ser Micus Nicoliçe de Martinussio, ser Clemens de Dersa, ser Andreas de Georgio, ser Vita de Georgio, ser Nicola Marini de Mençe, ser Blasius de Sorgo, ser Ilchus de Bonda, ser Vita de Goçe.

Die ultima septembris. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii xxxiii, captum fuit et firmatum per omnes, de faciendo tres nobiles homines, qui debeant cogitare et invenire modum unde possit haberi denarii necessarii pro ambassiata itura ad dominum nostrum dominum regem Hungarie, et cum eo quod invenerint venire debeant die mercurii proximo ad istud consilium rogatorum.

Vita de Georgio, Blasius de Grede, Georgius de Georgio facti fuerunt ad inveniendum dictam pecuniam.

Die ii octobris. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, de dando unicuique aducturo frumentum ad civitatem Ragusii usque ad festum nativitatis dominice proximum futurum, pro quolibet stario frumenti grossum unum de comuni.

(Marg. adscript.) — Bampnitum per Milgostum preconem.

Die predicto. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato in quo interfuerunt consiliarii xxx captum fuit et firmatum per xxii dictorum consiliariorum, de accipiendo de denariis Vite de Resti, quos habet Paulus de Baraba perperos viic mutuo pro expedicione ambaxiate iture ad dominum nostrum dominum regem Hungarie, dando pro dictis denariis de proficuo ad racionem v pro centenario.

Item in dicto consilio rogatorum captum fuit, et firmatum per omnes consiliarios, de scribendo in dohana maiori pro laborerio turrium omni mense perperos cl pro denariis acceptis de vino, qui erant deputati pro dicto laborerio.

Die predicto. In minori consilio captum fuit, de accipiendo pro comuni arborem de choe que est in Arsena.

Nixa de Cuyançe, Radoslavus Milenovich, Radoslava uxor quondam Radmili in minori consilio sono campane *etc.* congregato, facti fuerunt tutores Miloslave filie quondam dicti Radmili Prellubich de Ombla.

Die v dicti mensis. Ratcho filius Stoyci marenarii fuit factus scribanus in barchosio Matei de Russino de Calamota in minori consilio sono campane more solito congregato.

Ratcho Sloglavich fuit factus scribanus in barchosio Dobroni marenarii.

Die vii mensis predicti. Antonius de Montello, Moscoleus Sellopolus aurifices de Candia, se presentaverunt in parvo consilio sono campane *etc.* congregato, ad ipsorum cautelam, quia sunt confinati ut dixerunt a dominio ducali Veneciarum.

Martholiça filius Marini de Çereva in minori consilio factus fuit scribanus dohane maioris.

Unuçe de Matessa in dicto minori consilio factus fuit scribanus ad bechariam.

Die x octobris. In rogatorum consilio sono campane *etc.* congregato in quo interfuerunt consiliarii xxxiii captum fuit et firmatum per

omnes de dicto consilio, de dando in commissionem ambassiatoribus nostris ituris ad serenissimum principem dominum nostrum naturalem, dominum regem Hungarie tria capitula infrascripta.

Primum capitulum est, quod debeant inclinare et se presentare regie magestati sue pro parte tocius terre secundum tenorem litterarum suarum.

Secundum quod debeant notificare de galeis nostris et suplicare ut nobis restituantur, cum illis pulchris verbis que videbuntur.

Tercium est quod debeant eidem explicare de robacionibus et molestiis quas cotidie nobis inferunt illi de Dalmissa et de Desna, et supplicare de remedio competenti superinde.

Item in dicto consilio rogatorum captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio de faciendo aliquam recordacionem ultra commissionem ambaxiatoribus de aliquibus que eis videbuntur fore utilia pro bono statu Ragusii, quod debeant respondere pro parte sua, set non pro parte comunitatis super hiis de quibus interrogati fuerint ultra commissionem.

Item in dicto consilio rogatorum captum fuit et firmatum de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse mictere dona aliquibus nostris amicis de tanto quantum presentaverunt alii ambaxiatores et illismet personis.

Item in dicto consilio rogatorum captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de scribendo domino Penestrino de facto loci Lacromone explorando qualiter a principio ille locus fuit edificatus, et quomodo a principio ibi fuerunt pauperes et postea Monachi, et per nos dati procuratore pro bono et augmento ac devocione maxima quam habemus erga illum locum, et quod habet narrare debeat summo pontifici, et quicquid summus pontifex mandabit nobis superinde sumus parati obedire, nichilominus si voluerit de veritate informare, reperietur quod nos utimus veritate.

Die xii octobris. Blasius de Slavco de Luca in maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxii exclusis omnibus qui non debuerunt, nec potuerunt interesse occasione parentele per xxxvii ipsorum consiliariorum, factus fuit capitaneus Tresteniçe.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios lxi, de retinendo ad custodiam Stagni custodes xxx eo modo quo steterunt anno preterito; et quod ad faciendum eis solucionem gabella fundeci sit ad hoc deputata, cum gabella becharie Stagni, et illud quod deficiet accipi debeat de dohana maiori.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio faciendi fieri unam vachetam sicut est illa que est in Stagno pro custodia illius loci, et posse accipere denarios pro dicta vacheta fienda, unde potuerint de denariis comunis.

Item in dicto consilio captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de dando licencia Theodoro cancellario ire Brundusium pro certis factis suis

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio posse

mictere pro uno prothomagistro arsenatus et pro uno magistro balistarum cum illis pactis et condictione que eis videbuntur.

Die xiiii octobris. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, de accipiendo pro comuni domum quam dominus Paulus cancellarius fieri fecit in Stagno super terreno comunis, et quod scribantur in dohana maiori perp. cxxxvi quos expendidit in ipsa, pro solucione dicte domus.

Menescalco qui ibit cum ambaxiatoribus in Ungariam in minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit de donando perp. x ultra soldum.

Die xv octobris. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod dominus rector ponat penam de perperis centum cuilibet illorum navigiorum, que dicent ei ser Marinus de Mençe, et ser Michael de Babalio, et ser Petrus de Çrieva, quod possint ire pro milleo aducendo Ragusium.

Milatchus Tolani in minori consilio sono campane more solito congregato factus fuit scribanus in barchosio Dechoe de Ysola.

Die xvi dicti mensis. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxii, captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, quod ponatur bampnum secundum preceptum serenissimi principis domini nostri regis Hungarie, quod nulla persona de Ragusio nec eius districtu, vel qui pro Raguseo se appellat audeat ire modo aliquo cum aliqua armata vel navigio Januensium nec Venetorum sub pena incarcerandi et puniendi ad voluntatem regie maiestatis, nec aliquis alius undecuique sit audeat transire per Ragusium, nec per eius districtum causa eundi ad stipendium dictorum Januensium nec Venetorum, sub dicta pena.

Bampnitum per A(legrinum).

Blasius de Babalio, Blasius de Grede, Georgius de Georgio in minori consilio *etc.* congregato facti fuerunt ad ponendum mentem, quod aliquis de Ragusio vel de suo districtu non audeat ire ad exercitum Januensium nec Venetorum, et quod, quando aliquid navigium de Ragusio recedet quod debeant scribere omnes marenarios, causa sciendi si revertentur; et quod eciam ponant mentem, quod aliquis forensis non transeat per terram ad eundum ad exercitum sive armatam predictorum. Et quod ire debeant circumcirca civitatem ad videndum si expediat fieri aliquas scalas vel aliud, pro securitate et fortificacione civitatis.

Die xvi octobris. Crançe Miletich in dicto minori consilio sono campane *etc.* congregato fuit assumptus pro famulo domini rectoris loco Goyslavi.

Milacus Osraenich in minori consilio *etc.* factus fuit civis Ragusii si ipse habitabit in Ragusio vel eius districtu cum familia sua; qui iuravit esse fidelis Ragusii.

Item in dicto minori consilio captum fuit de portando ad maius consilium peticionem Marci de Baseyo.

Die xviii octobris. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxii, captum fuit et firmatum per lx dictorum consiliariorum quod propter aliquas mercaciones ser Grube de Mençe acceptas in Dolcinio mitti possit unus ambaxiator cum salario yperperorum l et expensis, et quod mutuentur de denariis comunis quot fuerint necessarii ei pro dicta ambaxiata, dando pignus secundum consuetudinem.

Marco de Baseyo qui fuit inobediens mandatis Ragusii propter guerram quam habebamus cum Catharo, in dicto maiori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de faciendo graciam et modo quo facta fuit Silvestro de Macedauro.

Die xviiii octobris. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod accipiatur domus cum stacione illorum de Çrieva, ubi moratur Goffredus notarius comunis pro yperperis xxii in anno.

In dicto minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum quod nullum navigium Ragusinorum vel hominum sui districtus audeat recedere et ire extra districtum Ragusii sine licencia Blasii de Babalio, Blasii de Grede et Georgii de Georgio, vel aliorum ipsorum sub pena ad voluntatem dominii Ragusini.

Die xx mensis octobris. In consilio rogatorum sono campane more solito congregato, in quo interfuerunt consiliarii xxxvi, captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de dando in commissione Laure de Mençe, qui vadit ambaxiator ad Karolum pro facto salis accepti Grube de Mençe; qui debeat rogare Karolum pro parte nostra, ut placeat ei dimictere Juram de Balsa amicum nostrum, cum illis pulchris verbis, que sue discrecioni videbuntur convenire super inde, et quod debeat primo incipere loqui de facto Jure et postea de facto salis.

Çurassio de Milchus in minori consilio *etc.* congregato captum fuit et firmatum, de dando fidem pro comuni, quod possit venire Ragusium, et stare et recedere ad velle suum.

Die xxii octobris In maiori consilio sono campanarum *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxv, captum fuit et firmatum per lxiiii ipsorum consiliariorum, ad hoc ut melior custodia habeatur et fiat de loco illius maris Narenti, quod fiat unus bonus capitaneus cum salario yperperorum centum pro mensibus sex et paregio, qui tenere debeat ad suum soldum et expensas famulos duos de armis ultra famulum pareçii: cum hac condicione quod dictus capitaneus in istud mare venire non possit nisi semel in hebdomada, et ibi stare de mane usque ad horam terciarum et non plus sub pena de perperis xxv, pro qualibet vice. Qui capitaneus eligi debeat per maius consilium. Et illos duos famulos debeat presentare

parvo consilio ad videndum si sunt sufficientes aut non. Qui capitaneus possit refutare sine pena sicut comes Stagni.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios LXIIII de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, de faciendo ut possit haberi aqua in illo mari aut per modum Zusterne aut Spongie, prout eis melius videbitur, sicut maius consilium facere posset.

In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato in quo interfuerunt consiliarii XXX, captum fuit et firmatum per XXV ipsorum consiliariorum, de suprasedendo de faciendo aliquam novitatem supra facto novorum que habentur de illis de Crayna. Et scribere comiti Stagni et capitaneo Tresteniçe, quod habeant bonam custodiam, et quod presenciant si ista nova sunt vera aut non, et nobis scribant.

Junius Risti de Bona in minori consilio sono campane *etc.* congregato, factus fuit tutor heredibus Vite de Resti loco Johannis de Grede.

Jacobus de Sorgo factus fuit tutor heredibus Nixe de Lucari loco Johannis de Grede.

In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, de mutuando domino Archiepiscopo cisternam sancte Marie, donec placuerit domino rectori et parvo consilio.

Die XXIII dicti mensis octobris. Ser Savinus de Bonda, ser Marinus de Mençe in minori consilio *etc.* facti fuerunt officiales ad dandum ordinem et faciendum fieri barchetam pro Stagno.

Ser Johannes de Tuidisio factus fuit loco rectoris ser Nicole de Çavernicho, in questione quam movere intendunt heredes Martolice de Çrieva Pasche filio quondam Mathei de Mençe.

Vochsa filius Stephani de Calamota, Maroe filius Bogoe de Calamota in minori consilio *etc.* facti fuerunt tutores Bositcho filio Luce de Calamota; quibus tutoribus data fuit licencia posse dare aliis possessionem quam dedit Maroe de Çona, prout melius eis videbitur pro bono pupilli. Qui tutores iuraverunt.

In minori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit et firmatum, quod nulla persona audeat extrahere sepum de Ragusio sine licencia parvi consilii, sub pena perdendi sepum et perp. unum de pluri.

Die XXVII octobris. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii XXX, captum fuit et firmatum per XVIII ipsorum consiliariorum de dando perperos IIM tributi domine comitisse, secundum quod scribit dominus imperator.

Die XXVIII octobris. Ser Marinus de Ragnina in maiori consilio *etc.* in quo interfuerunt consiliarii LXIII, per XXXVIII ipsorum, exclusis omnibus qui non debuerunt nec potuerunt interesse occasione parentele, factus fuit capitaneus illius maris Narenti.

Item in dicto maiori consilio captum fuit et firmatum per consiliarios XL de dando libertatem domino rectori et parvo consilio de accipiendo istos qui fuerunt, vel alios in capitaneos Breni et Omble, cum illo salario quod habuerunt pro uno anno.

Die xxviii octobris. Stiepcho de Luccaro in minori consilio sono campane *etc.* congregato, fuit absolutum subiectione suorum tutorum, ut a modo possit ordinare et disponere de factis suis, sicut quilibet homo liber et sui iuris.

Nixa Marini de Mençe in minori consilio sono campane *etc.* congregato, factus fuit tutor Nixe Marci de Mençe loco Johannis de Grede.

Blasius de Mençe, loco ser Marini de Mençe, factus fuit tutor heredum quondam Pale de Mençe in dicto minori consilio, in questione quam movere intendit uxor dicti Pale ad petendum parchivium suum.

In minori consilio sono campane *etc.* congregato, facti fuerunt ad scribendum omnes homines de armis de Ragusio:

Matehus de Georgio, Andre de Ragnina, — Pusterule;
Junius de Georgio, Andre de Binçola, — sancte Marie;
Ilcus de Bonda, Nixa Marini de Mençe, — sancti Petri et Castelli;
Andre de Georgio, Grube de Mençe, — sancti Blasii;
Georgius de Georgio, Blasius de Grede, — sancti Nicole.

Die ultimo octobris. Çiuco de Calamota in minori consilio sono campane *etc.* congregato facta fuit gracia, quod ipse possit ire in Apulia cum mercatoribus cum hac condicione, quod ipse debeat reverti Ragusium et non capere aliud viagium, et cum fuerit reversus Ragusium, quod debeat ire Stagnum ad cargandum de sale comunis.

Die predicto. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lx, captum fuit et firmatum per omnes, de faciendo unum rectorem loco ser Savini de Bonda, qui est infirmitate gravatus et non potest venire ad faciendum regimen, et habere ipsum excusatum, qui iuravit, non posse venire ad faciendum regimen.

Ser Nicola de Grede in dicto maiori consilio, exclusis omnibus qui non debuerunt, nec potuerunt interesse occasione parentelle, factus fuit rector comunis Ragusii pro mense novembris proximo futuro.

Die primo novembris. Liubislavus Prilluborich, Braicho et Bogich eius filii, et Radoslavus suus gener in minori consilio sono campane more solito congregato facti fuerunt cives Ragusii. Qui iuraverunt fidelitatem sicut ceteri Ragusini.

Die ii dicti mensis. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod nichil debeat abbatti pro sfrido salis descargati ad comerclum, pro quo salinarii petunt sfridum.

In dicto minori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit et firmatum de faciendo graciam Mathe quondam Petri de Ragnina, quod possit extrahere de Ragusio duas partes sepi, quod habet ad presens, et terciam partem debeat dare uni illorum staçonariorum qui sunt obligati ad faciendum candelas, quem sibi dixerit dominus rector.

Die IIII novembris. Andree de Georgio in minori consilio sono campane more solito congregato facta fuit gracia, quod possit extrahere de Ragusio, duo miliaria sepi.

Ser Simon de Resti fuit factus loco rectoris in questione quam movet Petrus de Çrieva contra heredes Nixe de Lucaro.

Die V novembris. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii LXVI captum fuit et firmatum per LVI ipsorum consiliariorum, quod aliquis patronus navigii non audeat portare in eius navigio caseum neque sepum sine licencia parvi consilii, sub pena de perperis C pro quolibet et qualibet vice; et scribanus sub pena de perperis L, et quilibet marinariorum de perperis XXV. Et si quis accusabit aliquem contrafacientem, habeat medietatem pene si per eius accusam veritas poterit reperiri, et tenebitur de credencia; salvo quod possit portare pro mensa de caseo.

Item in dicto maiori consilio, captum fuit et firmatum per consiliarios LXIIII, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio de accipiendo ad salarium comunis unum scribanum sclavonicum cum illo salario quod videbitur eis.

Savinus de Bonda in minori consilio sono campane *etc.* factus fuit tutor heredum Petri de Poça.

In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii XXXVI, captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, possendi scribere literas Karlo Pervossio et Junio de Sabasto, et comunitati Dulcinii super facto salis accepti ser Grube de Mençe per illum modum, qui videbitur eis, et ipsas mittere per unum cursorem.

Nicus Dragani in minori consilio sono campane more solito congregato, assumptus fuit pro scribano Sclavonico, cum illo salario quod habebat frater eius. Et pro scribano parve curie similiter in minori consilio die predicto post prandium celebrato.

Die X novembris. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii XXXII, captum fuit et firmatum per omnes illos consiliarios de mictendo ad dominum nostrum, dominum regem Hungarie, lamentando de robariis et dampnis factis nostris mercatoribus conversantibus in partibus Hungarie.

Item in dicto consilio rogatorum captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de mittendo lamentando per unum bonum hominem ad equum cum uno famulo.

Item in dicto consilio rogatorum captum fuit et firmatum per omnes consiliarios, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, eligendi unum bonum hominem de populo cum famulo et expensis, et faciendo commissionem prout eis videbitur expedire.

Die XI novembris. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii XXXIII, captum fuit et firmatum

per xxviii ipsorum consiliariorum, de non accipiendo pignus illis qui fuerunt dampnificati in Sremia.

Item in dicto consilio rogatorum captum fuit et firmatum per consiliarios xxi de mictendo unum cursorem ad sanctum Dimitrium, ad sciendum veritatem de istis robacionibus et dampnis factis nostris mercatoribus, et tenere hominem paratum donec revertetur cursor.

Die xvi dicti mensis. Domino rectori et duobus iudicibus, sive consiliariis sedentibus cum ipso ad exigendum debita dohane maioris, data fuit licencia a minori consilio sono campane *etc.* congregato, quod possint ponere penam a xxv perperis inferius, cuicumque ipsis videbitur et placebit, causa exigendi debita supradicta.

Die xviiii dicti mensis. Mare uxor Johannis de Gondola in minori consilio sono campane *etc.* congregato, facta fuit tutrix Dragoe filii sui. Cui Mare data fuit licencia, quod possit obligare cum omni pacto et condicione possessionem que emetur in Ragusio vel suo districtu pro ipso Dragoe pro fienda solucione precii possessionis predicte; que Mare interrogata per me Theodorum cancellarium fuit contenta.

Die xxii mensis novembris. Junius quondam Çive de Georgio in minori consilio *etc.* factus fuit tutor Nixe quondam Marci de Mençe.

Die sequenti. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod dominus rector cum suis iudicibus debeant examinare et iudicare Giuchum Longum.

Tvertcho Scitarich, Miros Cetanich, Osercho Milossevich, Stanoe Milossevich, Chervatino Tvertcovich et Stoyco Tvertcovich data fuit licencia in minori consilio sono campane *etc.* congregato, quod possint accipere ad medietatem secundum consuetudines Ragusii, ad pastinandum terras quas habet a capitulo presbiter Petrus de Gleya in Ombla, cum pactis et condicionibus, prout partes poterunt concordare.

Die xxv novembris. In consilio rogatorum, sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii xxxxii captum fuit et firmatum, de respondendo domino Jacobo de Cesanis, prout arrengatum fuit, videlicet quod illud quod promisimus domino nostro naturali, domino regi Hungarie de galeis, adimplevimus et ipsas habetis Jadre prout scitis.

In minori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit de concedendo domino Jacobo de Cesanis, illum medicum de physica, qui de sua voluntate ire voluerit deliberando salarium in Ragusio, ita quod non possit stare pro dicto domino Jacobo extra Ragusium ultra dies xv sine iusto impedimento.

In dicto minori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit et firmatum ad peticionem Grube de Mençe, quod debeant sequestrari bona Dulcinensium existencia in Ragusio, quousque consilium rogatorum determinet de premissis.

Ser Blasius de Babalio in maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii LXII exclusis omnibus, qui non debuerunt nec potuerunt interesse occasione parentele, factus fuit rector comunis Ragusii pro mense decembris proxime futuro.

DIE XXVI NOVEMBRIS. In minori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit et firmatum de faciendo aptari campanile et campana monasterii Crome, pro absolucione quam fecit venire dominus archiepiscopus pro iniuria illata abbati, ad expensas comunis.

DIE ULTIMA NOVEMBRIS. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliaris XXXII, captum fuit et firmatum per omnes de affidando abbatem Crome, ut veniat Stagnum ad componendum cum domino archiepiscopo et nobiscum, et ipso veniente quod mictatur unus nobilis homo vel plures, prout videbitur parvo consilio, cum uno homine domini archiepiscopi, ad tractandum cum ipso de concordia, et illud quod facere poterunt cum ipso de concordia, reduci debeat ad istud consilium ad confirmandum.

DIE IIII DECEMBRIS. In minori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit et firmatum de dando patrono navigii de Lesna, de centenario salis quod apportabit de Stagno Ragusium, ipso dante suo sacramento perp. IIII.

Item in dicto minori consilio captum et firmatum, quod tam homines de pede, quam homines de remo, qui fefellerunt de galea capi debeant et poni in carceribus, et si non possent reperiri, quod accipiantur de bonis ipsorum pignus yperperorum XXV pro quolibet.

In minori consilio *etc.* captum fuit et firmatum, quod quelibet persona, cui reperietur pecunia falsa de culneo Ragusii, pro quolibet grosso falso sibi invento solvere debeat grossos VI, et illi grossi falsi debeant incidi. Et nichilominus iudicium sit reservatum dominio de factore et culneatore dictorum grossorum falsorum; et quicunque accusaverit aliquem habentem de dictis grossis falsis, habeat medietatem pene, si per eius accusam veritas poterit reperiri. et tenebitur de credencia.

(Margini adscriptum). Bampnitum per Allegrinum preconem comunis.

Ser Blasius de Grede factus fuit vicerector in questionibus Michaelis de Babalio, cum thesaurariis sancte Marie et cum suis rusticis.

Ser Michael de Babalio, ser Jacobus de Sorgo, ser Blasius de Mençe in minori consilio, sono campane *etc.* congregato, facti fuerunt tutores filie Luce de Buchia neptis quondam Ruschi de Sorento.

DIE VI DECEMBRIS. Dimitreç Suriacovich, Bogavçe Suçelcovich, Brata uxor Vite de Çoncheto in minori consilio, *etc.* facti fuerunt tutores Bogavçe filie quondam Viçe de Çoncheto.

Smollan Obradovich, Ivan Milosevich, Miloye Sironovich de Çoncheto in dicto minori consilio sono campane *etc.* congregato, facti fuerunt tutores Bolloye filio quondam Vite de Çoncheto.

Die vii mensis decembris. In maiori consilio sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii lxiiii, captum fuit et firmatum per liiii ipsorum consiliariorum, quod sicut captum erat prius, de dando terrenum de Gressiepesech domibus decem, quod detur solummodo domibus v, quia plures reperiri non possunt, cum illis pactis et condicionibus que videbuntur domino rectori et parvo consilio.

In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii xxxiiii, captum fuit et firmatum per omnes ipsos consiliarios, de scribendo Balse de Balsa, de offerendo sibi galeam nostram quociescumque fuerit sibi opportuna, pro faciendo cambium Jure fratris sui, secundum verba, que ipse Balsa dixit nostris nobilibus, qui erant cum galea, cum illis pulchris verbis, que videbuntur domino rectori et parvo consilio.

Die viiii decembris. In consilio rogatorum sono campane *etc.* congregato, in quo interfuerunt consiliarii xxxii, captum fuit per omnes consiliarios, de mictendo unum cursorem ad illos de Dulcinio cum una littera adgravando nos de novitate quam fecerunt Bratoslavo barcharolo, et mittere unam literam similiter adgravando de predictis et de sale.

Die x mensis decembris. In minori consilio sono campane *etc.* congregato, ex autoritate illi data a generali et maiori consilio civitatis Ragusii, captus fuit iste ordo et modus qui debet observari ab illis hominibus quinque domorum qui stabunt in Gressiepesech.

In primis omnes isti homines de dictis quinque domibus debent facere custodiam in dicto loco existendo in custodia omnes de nocte et de die ad minus debent duo ipsorum stare semper ad custodiam dicti loci, sub pena de perperis v pro quolibet contrafaciente et pro qualibet vice.

Et quod predicte quinque domus debeant dividere inter se per quintum omnes vineas et terras comunis, que sunt in dicto loco Griessepiesech, et quelibet domus habere debet a comuni par unum bovum.

Item quod quelibet dictarum domorum debeat pastinare omni anno medium soldum vinearum, donec fuerit pastinata tota terra, que comode pastinari poterit in dicto loco Griessiepesech, sub pena de perperis x pro quolibet medio soldo non pastinato.

Item quod pater cum filiis et unus frater cum alio fratre vel fratribus non possint habere nisi unam partem de dictis quinque partibus.

Item quod nullus predictorum rusticorum de Gersiepiessech possit ab aliquo recipere vineas vel terras ad pastinandum ad medietatem.

Item quod si predicti homines dictarum quinque domorum habuerit filios masculos, ille filius et filii qui volent stare cum suis parentibus et subiacere ordinibus, debeant succedere suis parentibus in dictis possessionibus. Et illi filii qui noluerint stare in dicto loco cum suis parentibus, non succedant nec habeant aliquam partem in dictis possessionibus; quas possessiones predicti rustici teneantur pastinare et replantare ubi et quando erit oportunum, et putare et cappare et spanpanare secundum usum Ragusii, sub pena perdendi partes suas vinum et fructum illius anni quo contrafecerit.

Et si aliquis dictorum rusticorum habens unam de dictis v domibus decederet sine filiis masculis, et haberet unam vel plures filias feminas, dicte filie vel filia non possint sibi succedere in dictis possessionibus, nisi ille que voluerint recipere maritos et stare in dicto loco, qui mariti faciant custodiam loco condam patris ipsarum. Et si non haberet filios nec filias, uxor sua succedat sibi in dictis possessionibus cum condicione quod accipiat unum alium virum, qui non sit de Stagno nec de Punta; qui maritus faciat custodiam in dicto loco, prout faciebat alius maritus suus.

Die xii decembris. In minori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit et firmatum, quod quicunque habet sepum, debeat se facere scribi in cancellaria usque ad diem dominicam proximam, quam quantitatem habet, sub pena ad voluntatem dominacionis, quia si habebitur quod terra sit fulcita, dabitur cuilibet licencia extrahendi.

Domine Philippe de Mençe in dicto minori consilio captum fuit, quod non debeat accipi pena tachorum galee tempore guerre Januensium.

Die xxvi decembris. Grube de Mençe, Giuchus de Volçe in minori consilio *etc.* facti fuerunt tutores heredum quondam Petri Blasii de Mençe.

1366.

Die iv februarii. Ind. iv. Exemplum seu registrum commissionis facte Pripez Utolçich.

Nos Nifficus de Galloço rector Ragusii cum parvo consilio ex auctoritate nobis data a consilio rogatorum, comittimus tibi Pripçe Utolcich noster civis de Ragusio, quod in nomine Dei ire debeas ex parte nostra et totius civitatis in Bossinam ad dominum banum Tvertchum Volchichum, suum fratrem et comitissam ipsorum matrem, et facta ipsis salutacione cum recomandacione ex parte nostra et tocius terre, debeas eis presentare nostram litteram credencie.

Et quando ipsi dabunt tibi audienciam, et pulchriori et humiliori modo, quo sciveris, debeas eis dicere:

Comune Ragusii cum illa fide et audacia, quas semper habuit de vestra dominacione et de tota Bosna, mittit liberos suos mercatores ad utendum per vestras contratas cum illa securitate sperando habere in vestro tenere per vestram bonitatem, quam habent persone in eorum tenere Ragusii, pro antiquo amore et benevolencia, quas dominacio Bosne et tota Bosna semper habuit erga Ragusium et Ragusium erga dominacionem et totam terram Bosne. Nunc noviter fuit facta querela comuni Ragusii a suis mercatoribus, quod in vestro tenere eundo cum illa fide et securitate, cum quibus sunt assueti, pro temporibus retroactis, in tali loco (et dices locum) tali et tali merchatori (dicendo mercatores), a tali vestro homine fuerunt ablata talia et talia, (nominando res); de quo co-

mune Ragusii miratur et rogat intime vestram dominacionem, quod placeat vobis facere restitui dictis mercatoribus totas res, et quod ipsos et omnes alios mercatores cum ipsorum rebus et mercacionibus placeat vobis habere recomandatos, prout soliti estis tempore retroacto; et ita sperat dictum comune, quia facietis pro vestri bonitate et curialitate.

Et supra isto negocio loqui debeas cum Sencho et cum Dabissich et omnibus aliis baronibus, cum quibus tibi videbitur expedire, cum illis amicabilibus et pulchris verbis, quibus videbitur tue dicrecioni, dicendo specialiter Sencho et illis Dabissich, quia eis pre ceteris baronibus Bosne habemus spem et fiduciam speciales. Et pro premissis, prout tibi melius videbitur, debeas sic laborare et operari et aliis negociis mercatorum, si qua tibi exposuerint, ut te habeamus exinde merito comendatum.

Et quia omnia que occurere poterint et erunt necessaria in premissis, prout casus forsitan occurrerit, scribere non possumus tibi ordinate; ideo comictimus tue discrecioni, quod laborare debeas pro premissis, prout melius sciveris et poteris pro separacione negociorum predictorum.

Et debeas te informare a fratre Francisco de Florencia et ab aliis, cum quibus poteris, de omnibus novis que scire poteris; et scribas nobis ordinate per istos cursores quos portas tecum; et non debeas recedere de Bosna, nisi habueris nostram responsionem de Ragusio.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 57.

Die ultimo aprilis. Indict. quarta. Exemplum commissionis facte Leonardo de Dersa.

Nos Michael de Babalio rector comunis Ragusii cum nostro parvo consilio ex auctoritate nobis data a consilio rogatorum, comittimus tibi Leonardo de Dersa, nostre dilecte civis Ragusii, quod in nomine Dei et domini sti. Blasii, debeas ire ex parte nostra et tocius civitatis predicte ad forum Narenti, et presentabis nostris mercatoribus de Ragusio, quos invenies ibi, nostram litteram, quam eis mittimus; et debeas informari cum veritate de omnibus novitatibus et discordiis, quas habuerunt nostri mercatores cum Philippo de Nosdronia. Et habendo plenam informacionem, debeas ire ad dictum Philippum et debeas sibi dare nostram litteram credencie, quam sibi mittimus: et salutabis eum ex parte nostra cum illis pulchris et ornatis verbis, que videbuntur tue discrecioni. Et secundum quod habebis veram informacionem de novitatibus, quas usque nunc nos certe scire non possumus, ut possimus dare tibi vera et bona argumenta pro bono negociorum, ita te debeas argumentare sapienter cum tua discrecione, prout speramus quod facies, ut nostri mercatores, qui sunt incarcerati cum suis rebus, liberentur. Et debeas dicto Philippo recomendare nostros mercatores cum ipsorum rebus rogando eum, quod non faciat ipsis novitatem, sed debeat eos tenere cum consuetudinibus et modis consuetis in dicto foro, amoregando vos cum dicto Philippo cum pulchris et ornatis verbis amicicie, prout videbitur tue discrecioni.

Et si dictum Philippum tu non invenires in foro Narenti, et esset in Desna, et tu in reditu de Narenta debeas te fatigare usque ad eum in Desnam, et facies tuam ambaxiatam; et facto illo, quod poteris facere et

habendo responsionem a dicto Philippo et veram informacionem supra istis negociis, debeas redire Ragusium.

Et si Philippum non posses habere in Desna neque in Narento, et tu debeas facere tuam ambaxiatam illi qui erit loco dicti Philippi.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol 57.

Die xxviiii madii. Marino de Benessa in minori consilio fuit prorogatus terminus ad adducendum factum ad quod est obligatus comuni, usque ad festum sancti Viti.

Die ii junii. Michoe filius Çove de Spaleto, in minori consilio se obligavit ad conducendum Ragusium usque ad dies . . . . staria lxxv usque in lxxx de farina; et conductor habere debeat grossum i pro stario. Et si non conduceret, quod cadat comuni de . . . gros. pro stario. Qui conduxit secundum relacionem Andree de Ragnina fondegarium, staria lxxxi de fa ina *(cassum).*

Blasio de Grede in minori consilio supradicto facta fuit gracia, quod possit extrahere miliaria viii sepi, solvendo dohanam cum ordine.

Cherve de Çamagna fuit factus vicerector in quistione Cathalene cum suis fratre et sorore.

Die iiii junii. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est de dimittendo sive restituendo equos qui accepti erant pro ambaxiata ita in Bossinam. *Capt. per omnes.*

Die vii junii. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum de faciendo scribi in sale comunis a perperis mille et iiic infra de denariis, quos comune dare tenetur heredi Nixe de Lucaro pro solucione debiti, quod debet recipere Junius de Bona patriaster dicti heredis ab herede predicto.

Item in dicto consilio facta fuit gracia . . . . *(nomen deest)* civi de Duracio, quod possit extrahere cum ordine, solvendo rectum dohane, iic libras casei.

Die viii junii. In minori consilio cum addiccione x sapientum captum fuit, quod eligantur tres nobiles homines istius consilii, qui debeant sortire illos de populo, quibus dari debeat pars terreni comunis de Starea, quod debet dividi. Et quicquid fecerint, apportare debeant ad istud consilium ad . . .

Ser Nicola de Çavarnigo, ser Johannes de Gondola, ser Georgius de Georgio sunt illi iii.

Checus çimator, Philippus sartor, Colla sartor in minori consilio facti fuerunt tutores filie Colle sartoris ex prima uxore. Qui iuraverunt.

Die xiii mensis junii. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est, de stando sicut statur supra facto Mate de Bascio cum Catalena sorore sua, videlicet de non dando sibi aliam carcerem.

Prima pars est, de faciendo I consulem in Sclavoniam, qui debeat examinare mercatores supra facto verborum dictorum per Poscnanum et per Çive Longum.

Eodem die. Petrus de Prodanelo, Andreas de Georgio, Ruschus de Saracha in minori consilio facti fuerunt tutores II filiorum minorum Nicole de Saracha.

Die XVI junii. Ser Georgius de Georgio fuit assumptus loco rectoris in omnibus questionibus ipsius domini rectoris ser Jacobi de Sorgo, in minori consilio sono campane more solito congregato.

Ambaxiatoribus seu nunciis domine regine Hungarie, in dicto minori consilio fuit captum de donando ducatos auri quinque de denariis comunis.

Die XVI junii. Maroe de Benessa in dicto minori consilio se obligavit, de faciendo conduci Ragusium usque per totum mensem Julii proxime futurum staria frumenti CXXX, sub pena de grossis III pro quolibet stario, quod non aduceret; et habere debeat grossum unum pro quolibet stario a comuni. — Die XVII Junii conduxit Staria CXXX, ut dixit...

Die XVII junii. Epitropi Radoye fuerunt facti tutores heredi dicte Radoye in minori consilio sono campane *etc.* congregato.

Die XVIIII junii. Kallendas de Buçignolo, Mate Mençi de Mençe in minori consilio sono campane *etc.* congregato, facti fuerunt tutores heredum Martoli Helie de Lucarçe.

Item in dicto minori consilio captum fuit, de expediendo matrem Carli de barcha et aliis rebus necessariis pro comestione.

Maroe de Piuça in dicto minori consilio factus fuit scribanus Perfçe de Calamota.

Die XXII junii. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod illi qui debent solvere pro partibus Stagni et Puncte debeant solvere usque per totam diem Iovis proxime futurum pro ultimo et peremptorio termino, sub pena solvendi quartam partem de pluri eo quod debet solvere.

(Marg. adscript.) Bampnitum per Johannem de Bon(onia?)

Bratano de Strengua in dicto minori consilio facta fuit gracia, quod possit extrahere de Ragusio miliaria duo casei, solvendo rectum dohane *(cassum).*

(Margini adscript.) Exivit.

Ser Cherve de Çamagno fuit assumptus loco rectoris in quistione Miti de Mecxa cum Marcuço de Lucaro.

Die XXIII junii. Radoslavus preco comunis dixit, se de mandato domini rectoris ser Jacobi de Sorgo, et omnium suorum iudicum, excepto ser Johanne de Grede, precepisse Cherve de Çamagno, ut sub pena de perperis XXV debeat venire coram ipso.

DIE XXIII JUNII. In consilio maiori *ball.* LXI. Prima pars est, de incipiendo nunc ad vendendum vinum comunis. *Capt. per* LVIIII.

Prima pars est, de ponendo vinum comunis in XXXVI. *Capt. per* LX.

Prima pars est, de faciendo raguseum Martinussium filium Cherve de Martinussio, per illum modum et cum illa condicione, quo et qua fuit factus Raguseus frater eius. *Capt. per* LVIII.

Prima pars est de faciendo graciam domine Legne de Georgio, posse obligare partes Stagni et Punte, sicut fuerat sibi facta gracia de perperis VC possendi ipsas obligare usque ad perperos VIIC, pro maritacione filie sue, cum illa condicciene qua prius facta fuit sibi gracia. *Capt. per omnes. (Cassum).*

(Margini adscript.) Extincta.

Prima pars est, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, posse salariare unum magistrum de sartia cum illo salario, pactis et condicionibus, et pro quanto tempore eis videbitur et placuerit. *Capt. per omnes.*

DIE XXV JUNII. Andre de Ragnina in minori consilio facta fuit gracia extrahendi de Ragusio miliaria duo casei solvendo doanam consuetam *(cassum).*

(Margini adscript.) Extraxit.

DIE XXVI JUNII. Milossio Bogaveç marenario fuit facta gracia de extrahendo libras MIIC casei de Ragusio, solvendo rectum dohane *(cassum).*

(Margini adscript.) Extraxit.

DIE XXVII JUNII. In consilio maiori *ball.* LXIII. Ser Jacobus de Georgio *ball.* XXII, remansit rector mensis Julii.

Ser Blasius de Mençe *ball. 0.* -- Ser Petragna de Bonda *ball. 0. (Cassi.)*

Prima pars est, de ponendo in manibus cancellariorum catastica vetera. *Capt.*

Prima pars est, de dando domum ubi stant catastica Teodoro cancellario, sicut dabatur Goffredo de supra. *Capt.*

Prima pars est, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse accipere aliquem notarium extra Ragusium ad salarium nostri comunis, cum illo salario pactis et condicionibus que eis videbuntur, et ad illud tempus. *Capt. per* LVII.

Georgio de Bodaça et Simchus de Benessa fuerunt dati per dominum rectorem ser Jacobum de Sorgo et sum curiam, ad videndum laborerium factum in vinea don Nicole in Gravossio, si est factum secundum consuetudinem.

DIE PRIMO JULII. In minori consilio cum addiccione X ex auctoritate eis data a maiori consilio ad infrascripta captum fuit, de dimittendo cuilibet ecclesie sive cimiterio qui sunt super terreno dato comuni Ragusii per dominum imperatorem Sclavonie, pro cimiteriis soldum de terra unum.

Item captum fuit, de dimittendo passum unum de longo iuxta possessiones patronatorum, pro via inter terras comunis et possessiones patronatorum, incipiendo a Levante usque ad Ponentem.

Item captum fuit, de dimittendo aquis, de spacio circumcirca soldos duos de terra pro qualibet.

Item captum fuit, de faciendo vias cararias comunis per terrenum comunis latas passa II, ubi videbitur melius illis tribus, qui ibunt ad faciendum decenas.

Item captum, quod fiant vie late I passum, que vadant a vineis ad montem, ubi melius videbitur illis tribus qui ibunt ad faciendum decenas.

Item captum, quod in dictis terris comunis que debent dividi, non possint fieri habitaciones, nec in ipsis possint plantari arbores nec vites usque ad annos quinque. Et in capite dictorum v annorum debeat reduci ad maius consilium ista pars, ad revocandum vel ad prolongandum terminum, salvo quod possit in ipsis seminari bladum et ortos.

Item captum fuit, quod nullus possit partem suam, que sibi contingeret de dictis terris, vendere, obligare, alienare, supignorare nec cambiare aliquo modo usque ad annos quinque; et in capite v annorum reduci debeat ad maius consilium ad revocandum vel ad prolongandum terminum.

Item captum fuit, quod pars que alicui contigerit de dictis terris dari possit in dotem habitanti in civitate Ragusii usque ad annos quinque. Et in capite dictorum quinque annorum reduci debeat pars ista ad maius consilium ad revocandum vel ad prolongandum terminum.

Item captum fuit, quod quilibet possit testari partem, que sibi contingerit, secundum ordines Stagni: usque ad annos quinque. Et in capite dictorum v annorum reduci ad maius consilium pars hec ad revocandum vel ad prolongandum terminum.

Item captum fuit, de ponendo penam illis III qui fuerunt ellecti, quod vadant ad dividendum terrenum comunis decenas, et ad designandum vias et cimiteria ecclesiarum et spacia aquarum.

Item captum fuit, de ponendo eis penam perperorum c pro quolibet, quod vadant ad facta predicta.

Die IIII julii. In maiori consilio *ball.* LX. Prima pars est, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse facere menam et emere de sale, et obligare comune occasione predicta, sicut maius consilium facere possit ad plenum. *Capt. per* . . .

Die VII julii. Cvetano Bogoevich in minori consilio data fuit licencia, posse extrahere de Ragusio, a libris MVC inferius de sepo, solvendo prius doanam, et denunciando iusticiariis et doaneriis cum bulla domini rectoris.

Franceschinus de Pola, familiaris domini archiepiscopi ragusini, in minori consilio sono campane *etc.* congregato factus fuit civis Ragusii. Qui iuravit esse fidelis et facere omnia servicia que faciunt alii Ragusini.

Die VIII julii. In maiori consilio *ball.* CX. Prima pars est, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse dare uni homini

qui vult se obligare de faciendo conduci Ragusium ad vendendum, usque ad unum annum, staria XM grani novi, illud quod videbitur domino rectori et parvo consilio, pro stario sicut facere possit maius consilium. *Capt. per* LI.

Michael de Babalio, Andrea de Binçola, Benessa de Benessa fuerunt facti extimatores dictarum domorum in minori consilio sono *etc.* congregato.

Die x julii. Marino Sfordele facta fuit gracia in minori consilio, quod possit extrahere de Ragusio miliaria VIII casei inferius, solvendo statim rectum dohane *(cassum).*

(Margini adscript.) Extraxit.

Die XIII julii. In consilio rogatorum *ball.* XXXVI. Prima pars est, de expediendo nunc ambaxiatam ad dominum banum Bossine *(cassum).*

Prima pars est de scribendo Sencho, quod ipse debeat nobis scribere quando dominus banus est venturus ad ipsum, quoniam nostros ambaxiatores mittemus, qui sunt parati. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de ponendo de novo tesseram de equis. *Captum.*

Secunda pars est, de ponendo tesseram solumodo pro illis qui defficiunt *(cassum).*

Caval*(l)*i:

Benessa de Benessa ca. . .	I	Niffieus de Galoç ca. . . .	I
Andreas de Georgio ca. . .	"	Junius de Bisti ca.	"
Unuçe de Buçignolo ca. . .	"	Cherve de Çamagno ca . .	"
Petrus de Çereva ca. . . .	"	Grube de Mençe ca.	"
Bratoe de Vergado ca. . . .	"	Nicola de Caboga ca. . . .	"
Ruschus de Saracha ca. . .	"	Crixa de Sorgo ca.	"
Marinus de Mençe ca. . . .	"	Maroe de Brateo ca. . . .	"
Bene de Benvenuta ca. . . .	"	Johannes de Gondola ca. . .	"
Michael de Babalio ca. . . .	"	Nicola de Palmota	"
Angelus de Maxi ca. . . .	"	Junius de Sorgo	"
Blasius a Bonta ca.	"	Andreas de Binçola	"

Die XVI julii. In consilio maiori *ball.* LX. Prima pars est, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse fulcire insulas de vino, per illum modum qui videbitur eis. *Capt. per* LVIII.

Prima pars est, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio possendi dare grossum I pro stario cuilibet volenti se obligare conducendi furmentum novum Ragusium, ad vendendum, ad illum terminum et ad illam penam qui et que videbitur domino rectori et parvo consilio. Que libertas durare debeat usque ad sanctum Michaelem. — *Captum per* LVIIII.

Prima pars est, de confirmando magistrum Christofolum physicum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de confirmando magistrum Christofolum physicum pro annis duobus et cum illo salario, pactis et condicionibus, quibus stetit anno preterito. *Capt. per* L.

Die xvi julii. In consilio rogatorum *ball.* xxxii. Prima pars est, de faciendo aptari galeam comunis, que est in arsenatu.

Prima pars est, de faciendo scribi gentes de remo necessarias pro galea in insulis et in Starea.

Prima pars est de faciendo panaticam pro comuni, si ista quam habet comune non est bona.

In Çupana homines lxx.
In Calafodia homines xxx.
In Calamota homines xx.
In Malfo et Ombla homines xx.
In Çoncheto, Breno et Bielen xl.

Marinus de Menće, Petrus de Cereva ad faciendum aptare galeam.

Dymitrius de Benessa, Nixa de Gondola ad scribendum homines insularum.

Blasius de Grede, Mate de Bodaça ad scribendum homines Staree.

Die xvii julii. Maroe de Benessa in minori consilio sono campane *etc.* congregato, se obligavit de faciendo conduci Ragusium usque ad festum Nativitatis dominice proxime futurum staria frumenti novi mille per suos mercatores, scilicet Stiepe de Georgio, Nicum de Bube et Braycum socios, et debet habere a comune pro quolibet stario aducto Ragusium grossum i sub pena grossorum iii pro quolibet stario quod non aduxerit infra terminum supradictum.

(Die xx Augusti conduxit ut dixit Simchus de Benessa per Nicum Bube staria lxxxxv.

Item fecit conduci per dictum Nicum, ut asseruit Simchus predictus die xxx Augusti staria frumenti nonagintatria.

Die xiii Octobris secundum relacionem Francisci de Bodaça fecit conduci staria xxviii frumenti.

Item conduci fecit secundum relacionem Franci de Bodaça staria iiicxxvi frumenti die xx octobris.

Die xx Novembris conduxit staria clii *(secundum relacionem)* Junii de Sorgo Camarlengi.

Item conduxit die v decembris staria clxxxviiii. Item star. ciii. Die viii decembris ut dixit Junius de Sorgo Camarlengus *(cassum)*).

Bogdassa de Branota simili modo se obligavit in parvo consilio de faciendo conduci Ragusium frumenti staria mvc. mille usque ad Nativitatem Domini, et vc usque ad Pascha, sub pena de grossis iii pro quolibet stario quod non aduxerit infra dictum terminum, et debet habere a comuni gross. i pro stario; cum ista condicione, quod quando mictet pro dicto frumento emendo, nominet factores seu mercatores quos mictet.

(Die ultimo Octobris Climoe fontegarius dixit, quod Bogdassa aduxit staria iilvi.

Item conduci fecit secundum relacionem Frani de Bodassa, ipso ente officiali de frumento staria cx.

Item conduci fecit die xx Januarii staria mcvmi. Secundum relacionem camarlengorum, Bogdassa non fecerit conduci ad terminum quo missum fuit ad servicium comunis: de mandato domini rectoris et parvi consilii scriptum fuit hoc.

Item die xv mensis Marcii, secundum relacionem Çiuchi de Mençe camarlengi comunis fecit conduci staria lxxxxviii frumenti.

Item de mense Marcii per Obrad, secundum relacionem Çiuchi de Mençe camarlengi staria lxxxxiii).

Junius de Bona assumptus fuit per tepsera loco domini rectoris ser Jacobi de Georgio, in questione Michaelis de Babalio cum procuratoribus sancte Marie epitropis Ruschi de Sorento.

Die xviii julii. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars de respondendo Sencho per modum qui fuit naratus. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, de accipiendo denarios filii Vite de Resti, qui sunt in camara, dando ei de lucro, illud quod videbitur iustum. *Captum per omnes.*

Prima pars est, de accipiendo denarios filii Mathei de Resti, quos debet habere ab Orso de Çamagno, dando ei de lucro illud quod videbitur iustum. *Captum.*

Die xviiii julii. In consilio maiori *ball.* lxi. Prima pars est, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum, ad mittendum galeam pro domino bano Bossine, et ad inveniendum denarios necessarios pro expensis fiendis quo videbitur eis, et ad tractandum cum ipso illud quod eis videbitur fore utile pro civitate nostra, et generaliter ad faciendum omnia et singula circa predicta que eis videbuntur, sicut maius consilium facere possit. *Capt. per* xxxviiii.

Eodem die. In consilio rogatorum *ball.* xxxv. Prima pars est, de respondendo domino bano et Sencho sicut dictum est. *Captum per omnes.*

Prima pars est, de respondendo per Nixam de Saracha. *Captum per Nixam.*

Secunda pars est per cursorem *(cassum).*

Prima pars est, de faciendo aptari lignum xx bancorum et mittere ipsum cum galea pro domino bano. *Captum.*

Prima pars est, accipiendo de Lagusta homines xxx, et de Melita homines xxx, et ressiduum de Ragusio.

Nixe de Slavçe comitus galee factus fuit per consilium rogatorum.

Pacre factus fuit ad eundum ad Melitam pro hominibus xxx per minus consilium.

Die xx julii. In consilio rogatorum *ball.* xxxiii. Prima pars de accipiendo mutuo de denariis filii Vite de Resti et filii Nicole arba-

nensis, et filii Matehi de Resti pro faciendis expensis necessariis pro adventu domini bani Bossine. Et pro ipsis danariis accipiendis obligare bona comunis dando eis de proficuo illud quod videbitur iustum. Et de ipsis denariis facere cartas, assignando solumodo filio Vite de Resti pro suo pagamento capitale vini tribiani. *Capt. per* xx.

Prima pars est, de mittendo IIII nobiles homines ad recipiendum dominum banum Bossine cum galea. *Captum.*

Prima pars est, de faciendo I ex illis IIII sicut capud sive capitaneus galee.

Ser Dobre de Calich *ball.* xx. — Ser Michael de Babalio *ball.* XXIIII. — Ser Jacobus de Mençe *ball.* XXIIII. — Ser Jacobus ge Sorgo *ball.* XXIIII: isti quatuor remanserunt ad eundum cum galea ad recipiendum dominum banum.

Ser Jacobus de Mençe *ball.* XXVIII remansit capitaneus.

Prima pars est, de mittendo cum maiori *(galea),* ultra nauclarios, scribanos et calafatum et marangonum, homines de pede XXX cum galea maiori, et cum minori galea homines XV.

Die xx julii. In consilio rogatorum *ball.* XXXIII. Prima pars est, de precipiendo pitropis Dobre de Gambe, quod debeant se exordire cum Nicolao filio Franchi de Galgano de Barulo a medietate inferius, in questione quam movet eis, vel debeat mittere in Appuleam ad defendendum iura sua in questione. *Capt. per* XVIIII.

Die xxi julii. Ser Petrus de Prodanelo, ser Michael de Babalio in minori consilio *etc.* facti fuerunt ad extimandum racionem de bonis quondam Martoli de Georgio, quod valeat dotes domine Gaye uxoris sue. pro salvamento dictarum suarum docium.

Die xxii julii. Marinus Junii de Mençe et Petrus de Çrieva in minori consilio sono campane *etc.* congregato, facto fuerunt ad scribendum omnes res armamenti, et aducendum parvo consilio.

Die xxv julii. In consilio maiori *ball.* LXI. Prima pars est, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum posse elligere et mittere ad Karolum Tobia I nobilem hominem, si eis videbitur, et ponere penam elligendo, et dare commissionem prout eis videbitur convenire, sicut maius consilium facere posset. *Capt. per* LI.

Eodem die. In consilio rogatorum *ball.* XXXIIII. Prima pars est, de dando illi qui eligetur ad eundum ad Karolum Tobiam de salario ultra expensas perperos L. *Capt. per* XXXII.

Prima pars est, de ponendo illi qui eligetur maiorem penam quam sit pena statuti. *Captum* — —

Prima pars est, de ponendo penam perperorum L illi qui eligetur ut vadat ad Karolum: et qui fuerit ellectus si vadit per plateam, nullam habeat excusacionem. *Capt.* — —

Prima pars est de dando de expensis qualibet die grossos VIII illi qui eligetur pro se et famulis duobus. *Captum* — —

Secunda est de dando ei cum famulis II grossos X in die pro expensis *(cassum).*

Ser Blasius de Grede *ball. 0 (cassus).* — Mateus de Bodaça *ball.* XXV — *(ellectus ut vadat ad Karolum Tobiam).* — Andreas de Georgio *ball. 0 (cassus).*

DIE XXVIII MENSIS JULII. Nos Jacobus de Georgio rector Ragusii, iudices et consiliarii dicte terre, comittimus tibi Mateo de Bodaça civi nostro dilecto, quod in nomine domini ire debeas usque ad Karolum Tobiam, quem debeas salutare pro parte nostra et tocius terre cum illis pulchris verbis, que tibi videbuntur convenire.

Et facta salutacione, debeas presentare ei litteram, quam tibi dedimus, et dicere debeas, quod nos recepimus I eius litteram continentem, quod ipse volebat quod nos intremus ad concordium et pacem, quod et quam faciebat cum Jura de Balsa. Et propterea te misimus ad videndum istud concordium et pacem; de qua pace et concordio multum sumus allacres et consolati tam pro una parte quam pro alia; quia quando vos bene statis ad invicem, vos certe estis fortiores; et nemo poterit vos offendere. Et propter pacem quilibet crescit et vadit de bono ad melius. Et omnia alia verba, que tibi videbuntur dicenda, pro confirmacione istius concordii et pacis dicere debeas.

De facto autem salis accepto ser Grube de Mençe in Dolcigno, debeas recordari pro parte nostra dicendo, quod sibi placeat facere restituere, vel solvi, sicut promissit.

Et completa pace et concordio inter Bactutum et Jura debeas venire Ragusium.

Lett. Comm. Lev. 1361—80 fol. 59.

DIE PENULTIMO JULII. In consilio maiori *ball.* LX. Ser Paulus de Baraba *ball. 0. (cassus).* — Ser Andreas de Binçola *ball. 0. (cassus).* — Ser Petragna de Bonda *ball.* XLIII *(remansit rector pro mense Augusti).*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse assumere ad salarium comunis magistrum Franciscum de Firmo pro uno anno, cum illis pactis et condicionibus et salario que eis videbuntur, sicut maius consilium facere possit. *Capt. per* LIIII.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse mittere pro vino ab I miliare inferius ultra VIIIIC quinqua de quibus habebat libertas *(cassum).*

Secunda pars est de non conducendo nisi illa VIIIIC quinqua vini de quibus habebat libertas. *Captum.*

DIE PREDICTO. Tise Francisci Spatarij, Tripe de Goliebo et Giuchote de Binçola tutoribus Blasii filii condam Francisci in minori consilio fuit data licencia, quod possint obligare suos redditus istius anni a C yperperis inferius, pro solvendis debitis dicti Blasii.

Die primo augusti. Ser Petrus de Prodanelo, ser Michael de Babalio electi ad extimandum de bonis condam Martoli de Georgio, pro salvamento docium domine Gaye uxoris dicti Martoli, dixerunt se ivisse Omblam et vidisse vineas et terras dicti Martoli positas in Ombla. Quas vineas et terras extimaverunt perperos viic.

Die xxx decembris mccclvii. Ind. v. Ser Petrus de Prodanelo et ser Michael de Babalio extimatores predicti dixerunt, se extimasse totam partem domus Martholi de Georgio que extat ex parte montis versus pelagum cum omnibus fenestris camare pro yperperis mille xxiii, quorum domina Gaye debet habere perperos vc pro residuo dotis sue, et Nixa eius filius perperos vcxxiii pro danariis quos solvit capitibus mercatorum creditorum ipsius Martholi, et debet ire sursum cum suo recto.

Prima pars est de licenciando homines qui erant scripti ire in galea. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo aptari galeam magnam veterem. *Capt. per omnes.*

Die iii augusti. In consilio maiori *ball.* lx. Ser Mathe de Biçça *ball.* xxxviiii remansit capitaneus Trestenice. — Qui iuravit.

Ser Georgius de Bodaça *ball.* xxxiiii remansit capitaneus illius maris; qui ivit ad capitaneatum die xiii decembris.

Maroe de Bratcho factus fuit ad eundum pro vino.

Die v augusti. Magister Franciscus de Firmo physicus, per minus consilium sono campane *etc.* congregato, ex auctoritate eis data a maiori consilio, assumptus fuit ad salarium comunis Ragusii pro uno anno, cum salario ducatis cl, cum hoc pacto et condicionibus quod ipse teneatur mederi omnibus de Ragusio et eius comitatus, et domino Archiepiscopo et eius familie, domino rectori et eius familie, et fratribus minoribus et predicatoribus et salariatis comunis Ragusii sine aliquo precio. Et quociens domino rectori et parvo consilio non placeant facta dicti magistri Francisci, ante annum, quod licitum sit eis ipsum licenciare ante annum, solvendo sibi pro illo tempore quo steterit ad racionem ducatorum cl. Et quod ipse ante annum non possit recedere sine licencia dicti parvi consilii. Et incipiet die vi Augusti.

Die vii augusti. Çvetco Bogonovich in minori consilio sono campane *etc.* congregato facta fuit gracia, posse extrahere de Ragusio miliaria duo sepi, solvendo dohanam, et denunciando iusticiariis. Et teneatur tenere fulcitam stacionem candelis sepi usque ad Pascha proximum.

Die viii augusti. Ser Climoe de Bisti de Bona, ser Michoçius de Bodaça, ser Lampriça de Sorgo in minori consilio sono campane *etc.* congregato facti fuerunt iusticiarii.

Sancho de Poça in minori consilio fuit facta gracia, quod infra dies vi proxime futuros possit, si voluerit, mictere et aducere Ragusium

de insula Melite barcham unam oneratam ligneamine, presentando se *(et)* dictam barcham in eundo et in redeundo comiti insularum.

Die xii augusti. Nicole de Çavernicho, Unuçe de Matessa et Tome uxori condam Junii de Calich tutoribus heredum dicti Junii de Çalich in minori consilio sono campane *etc.* congregato fuit data licencia, quod possint cassare et annullare donacionem quam fecit Dobre de Calich suis fratribus, filiis videlicet dicti Thome, si ipsi tutores voluerint.

Die xiii augusti. Micus de Mlascagna, Paulus de Baraba, Percus Çive de Saracha, Stepe de Georgio in minori consilio sono campane *etc.* congregato facti fuerunt tutores heredibus Nichi de Mlascagna.

Die xiiii augusti. Blasio de Radoano in minori consilio fuit captum de dando perperis v pro famulo superfluo, quem habuit pro servicio vini quod emit pro comuni in Marchia.

Die xvi dicti mensis. Benessa de Benessa in minori consilio sono campane *etc.* congregato factus fuit procuratur monasterii Crome.

Blasius de Millurino in minori consilio sono campane *etc.* congregato se obligavit, de faciendo conduci Ragusium usque ad festum sancti Michaelis proxime futurum a Dimitrio sellario frumenti novi staria iicl, et debet habere a comuni pro quolibet stario grossum i, sub pena de grossis iii pro quolibet stario, quod non aduxerit infra terminum supradictum. Qui aduci fecit in tribus vicibus secundum relacionem filii ser Symeonis de Resti incisoris, staria frumenti iicl.

(Cedula alligata Symeonis de Restis incisoris). „Anchora tallay de „gran de Blasio de Millurin, fo nel barchosio stera clxi. — Anchora „tallay de gran de Blasio de Millurino, fo nel barchoso de Pale steri „cviii. — Anchora tallay de gran de Blasio da Millurino fo nel barchoso „de Tomiça de Çupana stera lxx.

Johannes preco communis, de mandato domini rectoris ser Petragne de Bonda et parvi consilii, gridavit in locis solitis, quod quilibet caporalis deceni terrarum dividendarum usque ad diem Mercurii proxime futurum debeat dare in scriptura suum decenum in cancellaria.

Die xx augusti. Maroe Petri de Mençe fuit prolongatum terminum consilio, quod possit stare Catharum usque per totum mensem octobris proxime futurum pro termino peremptorio, et amplius non possit petere terminum, nisi prius veniat Ragusium.

Marinus de Slavçe et Mathe de Bodaça in dicto minori consilio, fuerunt facti officiales ad recolligendum denarios margarisii.

Die xxi augusti. Pripçe Sextanovich et Stoyco staçonario, Pervoe aurifici et Bocxe Godoevich tutoribus heredum quondam Stoyci çappatoris in minori consilio sono campane *etc.* congregato fuit data licençia, quod possint recipere possessionem mercanensem ad laborandum, prout concordabunt cum episcopo mercanensi.

*

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum, quod vinum forense vendatur in xxx punctis.

In minori consilio cum adictione x sapientum captum fuit et firmatum, quod nemo possit dare partem suam terreni comunis, que sibi contingerit alicui *Sclavo de Sclavonia, habitatori in Sclavonia*[1] nisi habitantibus in Ragusio, vel in eius districtu ad laborandum.

Prima pars est, quod nemo possit dare ad laborandum alicui *Sclavo*[2] nisi habitantibus in Ragusio, vel in eius districtu *antiquo*,[3] sub pena perperorum xxv pro quolibet et qualibet vice.

Die xxiiii augusti. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est de mictendo i barcham asconse cum hominibus armatis ad capiendum istos Rasievich et Pastrovich qui vadunt in cursu, quam comodius et secrete fieri potest in mari. *Capt. per* xx.

Secunda pars est de mittendo i cursorem cum litteris ad Straçimir et Balsam et ad Nicolam Çachariam lamentando de dictis hominibus *(cassum)*.

Prima pars est de mittendo cum dicta barcha homines viii de remo, et xii de pede armatos. *Capt.* — —

Prima pars est quociens venient ab una galea supra, quod claudantur porte civitatis, excepta porta de Pillis; et portaletta porte doane dimittantur aperta, et portaletta porte sancti Luche. Et ad quamlibet dictarum trium portarum stare debeat continue unus dominus de nocte cum illis famulis qui sibi videbuntur, cum armis in manibus. Et quod dicti domini de nocte non permittant aliquem intrare de galeis cum armis. Et debeant mittere supra turrim sancti Luche homines x; et supra turrim Moli homines x cum armis. Et quod domini de nocte debeant observare hec que scripta sunt supra et infra, sub pena perperorum xxv pro quolibet et qualibet vice. Qui domini de nocte possint dimittere intrare civitatem de galeis mercatorum et custodie quot eis videbuntur, sine armis; et de stipendiariis debeant dimittere intrare civitatem quam pauciores poterunt.

Çvetano Boganovich in minori consilio facta fuit gracia, quod possit extrahere de Ragusio milliaria duo sepi, solvendo doanam et notificando iusticiariis.

Die xxvi augusti. Boscho de Rissa in minori consilio facta fuit gracia, quod possit vendere de bonis suis tantam quantitatem qua possit se redimire de carceribus pro debitis pro quibus retinetur captivus.

Foscho de Lucaro in dicto minori consilio facta fuit gracia, quod possit vendere carnes arietum quos emet, ad racionem sex foll. pro libra.

Die xxvii augusti. In consilio maiori *ball.* lxxi. Ser Orse de Çamagno *ball.* xli remansit rector mensis septembris.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et iudicibus, de puniendo illam mulierem et illos iuvenes qui sunt in carceribus prout eis videbitur ultra penam statuti *(cassum)*.

---

[1] Verba: „*Sclavo de Sclavonia, habitatori in Sclavonia*" cassa sunt.
[2] [3] *Sclavo*, *antiquo* — cassa sunt.

Secunda pars est, quod puniantur in isto consilio *(cassum)*.

Prima pars est, quod si qua servicialis a modo in antea ponet aliquem hominem in domum patroni vel patrone sine licencia patroni vel patrone sue, quod sibi incidatur nasus de vultu. *Capt. per* LXVII.

Secunda pars, quod debeat stare uno anno in carceribus *(cassum)*.

Prima pars est, quod si quis homo ibit in domum alicuius patroni vel patrone, ad servicialem, quod puniatur ad standum in carceribus inferioribus. *Capt. per* LXVI.

Prima pars est, quod si quis homo capietur in domo alicuius patroni vel patrone, qui intrasset domum sine licencia patroni vel patrone, quod stare debeat uno anno in carceribus inferioribus; et si aufugeret de carceribus ante complementum anni, quod si postea capietur vel reverteretur ad carceres, quo tempore quando caperetur vel reverteretur, incipiat currere annus. Et si non posset capi in domo, vel non posset sibi probari, quod tunc sit in discrecione domini rectoris et iudicum eius ad puniendum illum qui fuerit accusatus intrasse ad domum alicuius patroni vel patrone ad servicialem. Et entibus omnibus iudicibus cum rectore ad puniendum illum qui intravit domum, quicquid per maiorem partem ipsorum iudicum sentenciatum fuerit, debeat execucioni mandari. Qui rector debeat se adherere voluntati maioris partis iudicum, ad predicta *(cassum)*.

Secunda pars est de mensibus VI cum modis et condicionibus suprascriptis. *Capt. per* XXXVII.

„Nos Petragna de Bonda rector comunis Ragusii cum voluntate minoris et maioris consilii, et cum laudo populi, sono campane, more solito congregato, considerantes quod propter fragilitatem et maliciam servicialium, multa innormia, pericula accidere possent, ponendo homines in domum patronorum vel patronarum, statuimus et ordinamus, quod si qua servicialis a modo in antea ponet aliquem hominem in domum patroni vel patrone sine licencia patroni vel patrone, quod dicte serviciali nasus amputetur de vultu. Et si quis homo capietur in domo alicuius patroni vel patrone ad servicialem aliquam, stare debeat menses sex in carceribus inferioribus. Qui si aufugerit de carceribus antequam compleverit menses sex, si postea capietur vel de sua voluntate reverteretur ad carceres, quod tunc solumodo terminus predictus currere incipiat. Et si non possit capi in domo, vel non posset sibi probari, tunc sit in discrecione domini rectoris, qui esse debeat cum omnibus iudicibus ad puniendum illum vel illos qui fuerint accusati intrasse domum alicuis patroni vel patrone ad servicialem aliquam. Qui dominus rector debeat se adherere voluntati maioris partis omnium iudicum, et ipsam execucioni mandare, videlicet in puniendo illum vel illos qui retinuissent domum ad aliquam servicialem, et non fuissent capti vel eis probari non posset“.

(Margini adscript.) Extractum et positum in statuto.

DIE PENULTIMO AUGUSTI. In consilio maiori *ball.* LXI. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum de mictendo ad Jura de Balsa, et respondendo sibi, et expendendo in premissis, et faciendum sicut maius consilium facere posset. — *Capt. per* L.

Die predicto. In consilio rogatorum *ball.* xxxii. Prima pars est de dimittendo unum nobilem ad Juram de Balsa, cum illa commissione que videbitur consilio rogatorum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de ponendo maiorem penam quam contineatur in statuto ambassiatori mittendo ad Juram *(cassum).*

Secunda pars est de ponendo illi penam statuti. *Captum.*

Prima pars est de dando dicto ambassiatori ituro ad Balsam pro suo labore perperos x. *Capt. per* —

Prima pars est de dando dicto ambaxiatori famulos iii. *Capt.* —

Prima pars est de mictendo donum dicto Jure per nostrum ambaxiatorem. *Capt.*

Prima pars est de donando dicto Jure peciam unam celoni, et duas pecias meseli. *Capt.* —

Ser Blasius de Grede *ball.* xxiii remansit ambassiator.

Prima pars est de scribendo in sale cum ordine solucionem donorum mictendorum dicto Jure, et expensarum fiendarum pro dicta ambassiata. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mictendo nostrum ambassiatorem in Budoa, et inde dictus ambassiator debeat scribere dicto Jure si erit in sancto Michaele prope Catarum, significando quod venire placit vobis, quod expectat vos in Budua, vel quod veniam ad vos. Et secundum quod ipse Jura sibi preceperit sic faciat. *Capt.* —

Secunda pars est, quod noster ambassiator ire debeat usque Catarum, pro inveniendo Juram de Balsa. *Capt.* —

Marino de Ragnina salinario fuit facta gracia in minori consilio, quod possit ire Çuppanam, pro faciendis suis vindemiis, pro tribus diebus, non obstante suo officio salinarie.

Die v septembris. In consilio rogatorum *ball.* xxxiiii. Prima pars est de faciendo peti insulam Melite per Juram de Balsa pro comune Ragusii *(cassum).*

Secunda est de non *(cassum).*

Prima pars est de intromittendo illud, quod vobis missit dicendo Jure de Balsa super facto Melite. *Capt. per* xxiii.

Die vi septembris. In maiori consilio *ball.* liii. Ser Blasius de Babalio *ball.* lx remansit rector mensis octobris.

Judices: Ser Johannes de Gondola *ball.* lxvi. — Ser Johannes de Bona *ball.* lxx. — Ser Marinus Junii de Mençe *ball.* lii. — Ser Nicola Georgii de Caboga *ball.* lviii. — Ser Michael de Babalio *ball.* xliii.

Consiliarii: Ser Johannes de Tudisio *ball.* l. — Ser Paulus de Sorgo *ball* xxxviii. — Ser Blasius de Grede *ball.* xxxviiii. — Ser Petrus de Çereva *ball.* liiii. — Ser Paulus de Baraba *ball.* xlii. — Ser Nifficus de Galoç *ball.* liii.

Vicarius: Ser Silvestrus de Macadauro *ball.* xlvii.

Advocati maioris curie: Ser Andreas de Benessa *ball.* XLVIII. — Ser Nicola de Çavarnico *ball.* LIIII. — Ser Jacobus de Mençe *ball.* LVIII. — Ser Johannes de Grede *ball.* LXVI.

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio incantandi doanam vini, cum pactis et condicionibus consuetis, et ipsam deliberandi pro illo precio, quod videbitur eís pro uno anno. *Capt. per omnes.*

Die XXV septembris. Maroe de Benessa in minori consilio sono campane more solito congregato se obligavit, de faciendo conduci Ragusium usque ad carnis primum proxime futurum VC staria frumenti novi, sub pena de grossis III pro stario quod non aduxerit, et debet habere a comuni pro quolibet stario grossum unum.

Die VIIII decembris: conduxit, ut dixit Junius de Sorgo camerarius staria frumenti L.

Die XIII decembris Junius de Sorgo predictus dixit, quod Maroe conduxit staria frumenti IIICXLVI.

Blasius de Millurino simili modo se obligavit de faciendo conduci Ragusium usque ad nativitatem Domini proxime futuram staria frumenti novi IICL a Dimo de lo Briego sub pena de grossis III pro quolibet stario, et debet habere a comuni grossum I pro stario unoquoque.

Qui conduxit staria de pluri de prima obligacione, staria LXXXVIIII.

Die XXVII Januarii: secundum relacionem Çiuchi camerlengi fecit conduci staria L frumenti.

Item secundum relacionem Çiuchi suprascripti fecit conduci de frumento staria CXXII dicto die.

Die XXVIII septembris. Marcho Rusini de Calamota in minori consilio data fuit licencia posse accipere ad affictum a don Jache de Dersa unam vineam sancti Vidi de Calamota, in vita dicti don Jache, pro perperis XXVII in anno.

Die ultimo septembris. Nicola Suselcha de Catharo in minori consilio sono campane more solito congregato factus fuit civis Ragusii cum ista condicione, quod ipse debeat habitare cum sua familia in civitate Ragusina, et quociens faciet suam familiam recedere de Ragusio ad habitandum alibi, quod cassetur de ista citatinancia. Qui iuravit fidelitatem sicut ceteri cives.

Die primo octobris. Pasche Juani de Gravosio per dominum rectorem ser Blasium de Babalio et iuratis iudicibus ser Marinus de Mençe, ser Michaelem de Babalio et ser Nicolaum de Chaboga fuit facta gracia, quod possit habere miliaria IIII laterum.

Paulono Michoevich de Calamota in minori consilio sono campane more solito congregato fuit preceptum, ut infra dies XV proxime futuros debeat extraisse extra districtum Ragusii vinum forense quod habet, sub pena statuti.

Maroe de Bagavce de sua voluntate fuit datus socius Clementi de Gleya in parvo consilio ad extimandum dampnum Grube de Mençe in Breno.

Die IIII octobris. Bogoe Gincich de Vitagine, Priboe eius frater, Bracus eius frater in minori consilio sono campane *etc.* congregato facti fuerunt cives Ragusini. Qui iuraverunt fidelitatem Ragusii.

Luxe Gussich famulo Martholi de Thiodisio in minori consilio sono campane *etc.* more solito congregato facta fuit gracia, quod possit magnificare domum suam de ligneamine, quam habet supra terreno comunis, verum tamen debeat dimictere viam comunis amplam palmis octo.

In consilio rogatorum *ball.* XXX. Prima pars est, quod tributum Stagni anni preteriti dari debeant caloiaro Sarafrano secundum litteras Imperatoris Sclavonie. *Capt. per* XXVI.

Die V octobris. Magistro Theodoro de Candia in minori consilio sono campane congregato, fuerunt donati perperi X qui debet diminui de precio domus condam Miloslovi caligarii, quam sibi vendidit dictum consilium pro perperis XXVIII.

Domino archiepiscopo ragusino facta fuit gracia, quod possit mittere in insulam Melite presentando barcham in eundo et redeundo iusticiariis, et comiti Çuppane si iverit in Çuppanam.

Die VI octobris. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod nemo audeat mictere per se, vel per alium aliquo modo vel ingenio, sepum et caseum extra Ragusium, sub pena perdendi sepum et caseum quos misisset, et ultra perp. C pro quolibet et qualibet vice. Et quicunque accusabit aliquem contrafacientem habeat medietatem pene, si per eius accusam veritas poterit reperiri, et tenebitur de credencia, reservatis penis et ordinibus positis et factis navigiis, patronatis, et marinariis qui portabunt caseum et sepum extra Ragusium

(Margini adscriptum). Bampnitum dte predicto per Joannem.

(Margini adscriptum). Rebampnitum fuit iste ordo MIIICLXXIII *die* XV *Decembris cum ordine sequenti.* —

Die VI octobris. In minori consilio sono campane *etc.* cogregato, captum fuit et firmatum de faciendo scribi a modo a scribano beccarie totum sepum quod recolligetur in beccaria. Et quod nullus audeat auferre sepum de beccaria nisi prius illud notificet dicto scribano, sub pena de perperis II pro quolibet contrafaciente et qualibet vice, et quicunque accusaverit aliquem contrafacientem, habeat medietatem pene, si per eius accusam veritas poterit reperiri, et tenebitur de credencia.

Die predicto. Jurech a cuppis in minori consilio provisum fuit de dando eidem pro adiutorio parvi furni perp. X.

Fratribus minoribus de Ragusio facta fuit gracia, quod possint aducere de Stagno Ragusium vini quinqua LXXXX cum ordine consueto.

Die x octobris. In maiori consilio *ball.* lxi. Comes Stagni remansit Petrus de Prodanelo *ball.* xxxiiii.

Comes insularum remansit Mateus de Bodaça *ball.* xlvi.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, incantandi doanam fondeci, et ipsam delivrandi pro illo precio, quod videbitur eis competenti pro uno anno. *Capt. per* lx.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse dare cuilibet volenti se obligare conducendi furmentum Ragusium ad vendendum usque ad Pascha proximum, grossum i pro stario. *Capt.* —

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio posse invenire scribanos doane maioris et becarie, dando eis de salario, quod videbitur convenire. *Capt. per* lviii.

Prima pars est de dando Nico de Bielen scribano sclavonesco pro i anno perperos lx. *Capt.* —

Prima pars est de confirmando magistrum Johannem a scolis, pro i anno, cum salario, pactis et condicionibus consuetis. *Capt. per* lvii.

Die x octobris. Maroe filius Frane de Bodaça in minori consilio fuit factus scribanus dohane pro isto presenti anno, qui debet habere pro isto anno perperos lx.

Dominus rector ser Blasius de Babalio cum parvo consilio sono campane *etc.* congregato, requisiverunt ser Johannem de Bona, Junium de Bona et Johannem de Grede, tanquam tutores heredum Vite de Resti, ut debeant recipere in dohana vini comunis illud debitum, quod debent recipere nomine dicti heredis a comuni secundum reformacionem captam in consilio rogatorum, eorum nomine et nomine maioris consilii in anno domini miiiclxii die quinto mensis Decembris, et quod non habeant profictum denariorum nisi usque ad diem quo ponentur in pagamento dictorum denariorum in dicta cabella vini. Fuit capitale dicti heredis perp. mc et profictuum annorum quatuor et mensium viiii$^1/_2$, summant ad racionem decem pro centenario perp. vcxxvii et grossum i. Summat totum capitale cum proficuo perp. mvicxxvii et gross. i. Et pro quolibet mense debet dari solucio perperorum cxxxv et grossorum vii.

Die xi Octobris camerarii scripserunt istam pecuniam in dohana vini.

Die xii octobris. Michocius de Bodaça in minori consilio se obligavit conduci Ragusium de Narento usque ad nativitatem Domini proximam futuram per Rochum suum mercatorem staria frumenti cl sub pena iii grossorum pro stario, et debet habere a comuni, pro quolibet stario quod aducet, gross. i.

Conduxit secundum relacionem Frane staria lxxxii. — Item conduxit secundum relacionem camerariorum staria lxxv die xxiii Decembris.

Milossus Francovich in dicto minori consilio se obligavit simili modo de faciendo conduci Ragusium de Romania et Narento per Dominicum suum nepotem et Mihaccium staria frumenti iiiic usque per totum carnis primum et iic usque ad Pascha proxime futurum, sub pena de

grossis III pro quolibet stario quod non aducet et debet habere a comuni pro quolibet stario quod aducet grossum I.

Qui Milosius secundum relacionem Frane de Bodaça conduci fecit de frumento staria LXXVII. Item staria XVI in octo saccos. Item conduxit secundum relacionem Climoye de Gleya fondegarii staria CVI. Die XXIII Decembris conduxit, ut dixit Çiuchus camerarius, staria CVI. Item fecit conduci secundum relacionem camerlengariorum de frumento staria CXIII½, die X Januarii. — Die XV Januarii conduxit prout dixit Çonchus camerarius staria frumenti centum. Item die . . . secundum relacionem Çiuchi camarlengi, fecit conduci de Romania frumenti staria XXXIII. — Die XII Aprilis conduxit staria . . . —

DIE XII OCTOBRIS. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit, quod carnes castratine debeant vendi per totum mensem Novembris prox. fut. ad racionem de follaris V pro qualibet libra, et alie carnes vendantur per racionem.

Milçe Pervenovich et Radiçe sue uxori de Çuppana in minori consilio sono campane *etc.* congregato fuit data licencia, quod possint recipere unam possessionem monasterii sancte Marie de Castello, prout poterint concordare Quam possessionem tenebat Vlachoe Ivanich, pater dicte Radiçe et socer dicti Milçe.

DIE XIII OCTOBRIS. In maiori consilio *ball.* LXI. Prima pars est de mutando officiales supra arsenatus. *Capt per* XLIIII.

Prima pars est de faciendo III officiales supra arma, et supra arsenatum, cum salario perperorum XX pro quolibet in anno; quorum unus remanere debeat in capite anni; qui teneantur reddere racionem de rebus que eis dabuntur in scriptis. Et debeant fieri II quaterni de dictis rebus, quorum unum dicti officiales tenere debeant; et alium debeant tenere camarlengi comunis. *Capt. per* XXXI.

Prima pars est de faciendo III officiales ad separandum Fratres minores et predicatores a muro civitatis, sicut prius captum fuit. Et posse accipere de denariis dictorum Fratrum ad faciendum dicta laboreria, reservando isti denari qui sufficiant dictis fratribus pro eorum victu et vestitu. Et illi officiales qui fuerint ellecti ad faciendum fieri ista laboreria, non possint aliquo modo reffutare, quia est angaridia et non officium. *Capt. per* LVI.

Prima pars est, quod barchosii Ragusii et eius comitatus qui cargaverint in portu Ragusii causa eundi ad Ponentem, non possint eundo adherere insulis nec cargare aliquid supra dictis barchosiis extra Ragusium. Nec eciam barcosii venientes a Levante vel de Apulia volentes ire ad Ponentem non possint adherere dictis insulis, salvo Ragusium. Et intelligantur insule Çupana, Calafota et Calamota. Et eciam nostra navigia venientes a Ponente cum mercacionibus que debeant discargari Ragusium, non possint nec debeant dictis insulis adherere sine Dei impedimento. Et si quid navigium huic ordini contrafecerit patronus, cadat ad penam perperorum XXV; scribanus perperorum X, nauclerius perperor. X, et quilibet marinavius de perperis V pro quolibet et qualibet vice. Et quicumque ac-

cusaverit aliquem contrafacientem habeat medietatem pene, si per eius accusam veritas poterit reperiri. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse facere fieri custodiam ad sanctum Laurencium, de die et de nocte, cum illo soldo, qui eis videbitur ut melior custodia fiat in dicto loco.

Die xiii octobris. In minori consilio captum fuit, quod illi qui non venerunt ad maius consilium quod non recedant de castello, donec soluti erint gross. vi, sub pena i ducati.

Die predicto. Juncho quondam Marini de Sorgo existenti in etate annorum xx et ultra, prout fuit testificatum in parvo consilio per ser Johannem de Gondola, et ser Marinum de Mençe fuit data licencia in dicto minori consilio, quod possit recipere denarios quos sibi dare tenetur comune Ragusii, secundum formam testamenti dicti patris sui.

Die predicto. Ser Andreas de Ragnina, ser Pasche de Peçara, ser Jachxe de Bauxela supra arma et res arsenatus.

Ser Blasius de Mençe, ser Jacobus de Sorgo, ser Andreas de Binçola in minori consilio sono campane *etc.* congregato, facti fuerunt officiales ad separandum conventus Fratrum minorum et predicatorum a muro civitatis, secundum ordinem captum.

Die xiiii octobris. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod quicumque emerit de caseo, a modo in antea debeat notificari iusticiariis infra iii dies postquam emerit, quantam quantitatem emerit, sub pena perperorum v et *(perdendi)* caseum quem emerit pro quolibet et qualibet vice Et quicumque accusaverit aliquem contrafacientem debeat habere medietatem pene, si per eius accusam veritas poterit reperiri, et tenebitur de credencia. Et iusticiarii debeant scribere ipsam quantitatem, quam notificabunt parvo consilio cum fuerint requisiti.

(Margini adscript.) Bampnitum per Johannem scribanum.

Die predicto. Tripe de Goliebo fuit factus scribanus beccarie in minori consilio sono campane more solito congregato, pro isto presenti anno, et debet habere perperos centum grossorum.

Die xv octobris. In consilio maiori *ball.* lxviii. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum posse respondere literis domini nostri domini regis Ungarie, et ipsam *(dare)* latori per illum modum qui videbitur eis, sicut maius consilium facere possit. *Capt. per* lxi.

Comes Stagni: Ser Jacobus de Sorgo *ball.* xl remansit.

Die xvi octobris. In consilio maiori *ball.* lxxii. Prima pars est de mutando penam iudicum de cetero eligendorum, quod non possint refutare *(cassum).*

Secunda pars est de stando sicut statur. *Capt per* xl.

Judex: Ser Andreas de Binçola *ball.* XLII remansit, qui refutavit.

Dominus rector cum voluntate iudicum precepit omnibus de consilio maiori, quatenus sub pena perperorum XXV pro quolibet, non debeant loqui verba contumeliosa ad invicem.

Judex: Ser Symeonus de Resti *ball.* XL remansit.

Prima pars est de ponendo penam comitibus et capitaneis qui mittuntur per districtum et iurisdiccionem Ragusii, quod teneantur se presentare domino rectori et facere scribi in cancellaria, quando vadunt ad comitatum vel ad capitaneriam, et quando revertuntur pro quolibet et qualibet vice. *Capt. per* LXXVI.

DIE XVI OCTOBRIS. Radoslavo Milachovich fabro de Stagno in minori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit de concedendo de terreno comunis Stagni, prope beccariam ex opposito, in capite aliarum domorum, ad beneplacitum comunis, quod possit facere domum trium passuum per angulum sive cantonum, cum condicione quod dicta domus sit cohoperta de cuppis, et stet in dicto terreno ad beneplacitum dominii Ragusii.

DIE PREDICTO. Dominus rector cum parvo consilio precepit Michovillo marenario presenti coram ipsis, ut non recedat de Ragusio nisi restituat prius denarios quos dare tenetur comuni, sub pena de perperis XXV.

DIE XVIII OCTOBRIS. Salinariis comunis in minori consilio sono campane *etc.* congregato data fuit libertas, quod possint precipere patronis navigiorum navigantibus cum ipsis, et ponere penam unicuique ipsorum de perperis XXV, quod vadant Stagnum pro aducendo Ragusium sal comunis.

Michael de Babalio in minori consilio se obligavit de faciendo conduci Ragusium de Narento usque ad nativitatem Domini proxime futuram frumenti staria C sub pena grossorum III pro quolibet stario, quod non aduxerint, et debet habere a comuni, pro quolibet stario grossum I. Qui conduxit staria CVI prout fuit relatum in parvo consilio per filium Simonis de Resti die XV Novembris.

DIE XX OCTOBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXX . . . Prima pars est de faciendo roborari et in publicam formam redigi protestum factum contra illum presbiterum qui protestavit contra nos, et nullam aliam novitatem audeat facere ad presens, quem ordinavit Teodorus. *Capt. per omnes.*

In minori consilio captum fuit, quod precipiatur procuratoribus sancte Marie, quod sub pena perperorum XXV pro quolibet, quod debeant mittere ad incidendum lignamen necessarium pro pontibus.

DIE PREDICTO. Dominus rector ser Blasius de Babalio fecit predictum mandatum ser Niffico et ser Simeoni procuratoribus sancte Marie.

Marinus Sfordellus, Ticoçius aurifex, Milat Vraniça in minori consilio facti fuerunt — *(cetera desiderantur).*

Die xxii octobris. In minori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit et firmatum de precipiendo procuratoribus sancte Marie, sub pena de perperis xxv pro quolibet, ut hinc ad dies viii prox. futuros, ad tardius debeant mictere pro lignamine necessario pro pontibus.

Ser Pale de Sorgo in minori consilio per tesseram, extractus fuit loco ser Blasii de Babalio, in questione quam ei movere intendit ser Grube de Mençe procurator . . . *(cetera desiderantur).*

Ser Johannes de Gondola, ser Nicola Ge(orgii?) de Caboga, ser Nixa Marini de Mençe in minori consilio sono campane *etc.* congregato facti fuerunt tutores Maroe filii Michaelis de Chaboga, quibus fuit data data licencia, ut possint se accordare et pacisci cum Ballye de Ballaya de debito, quod dare debet ipse Balle dicto pupillo.

Maroe de Çona fuit factus scribanus in barchosio Pasche Bogoevich de Calamota.

Die xxiii octobris. Crixa de Bercho, Angelus de Maxi et Maroe de Bratcho in minori consilio sono campane *etc.* congregato facti fuerunt tutores heredum Maroe Stephani aurificis.

Radeya Doberçinich in dicto minori consilio se obligavit de conducendo Ragusium de Narento, usque per totum carnisprimum, frumenti novi staria centum; et debet habere a comuni pro quolibet stario grossum i; et si non aduxerit, debet solvere pro pena grossos iii pro quolibet stario quod non aduxerit.

Die xxiiii Decembris conduxit Radeya secundum relacionem Giuchi camerarii frumenti de Narento staria xli.

Item conduxit staria lviii $^1/_2$ secundum relacionem camerlengariorum.

Item conduci fecit secundum relacionem Çiuchi camerlengi staria frumenti lxii die xvii Februarii.

Symcus filius Junii de Bona in minori consilio *etc.* congregato, absolutus fuit a potestate tutorum, quod a modo in antea possit facere tamquam quilibet homo sui iuris.

Die xxiiii octobris. In maiori consilio *ball.* lxiii. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse facere emptionem de sale quantum fuerit necessarius ad fulciendum civitatem, sicut maius consilium facere possit, usque ad salem novum· — *Captum per* lx.

Prima pars est de soldando omni mense pro custodia civitatis et sancti Laurencii homines clxxx, quorum lxxxx custodire debeant omni nocte; et quod non possit dari alicui nisi una guardia, cum illo soldo qui videbitur domino rectori et parvo consilio. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de ponendo penam de perperis v et sacramenti cuilibet domino de nocte, quod debeant omni mane, quando custodierit, venire ad presentandum se domino rectori ad denunciandum si aliquis custos fefelerit, et si ipse stetit ad custodiam. Et si domini de nocte non se presentaverint domino rectori ante prandium, ad denunciandum si aliquis custos fefelerit, quod dominus rector teneatur sub pena sacramenti et perperorum v mittere post prandium pro dictis dominis de nocte, et

exigere dictam penam. Et quilibet de minori consilio teneatur sub pena sacramenti accusare *(illum)* qui dicto ordini contrafaciet. Et si domini de nocte vel aliquis ipsorum non venerit ad custodiam, cadat primum in penam perperorum x. *Capt. per* LVIII.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse dare ordinem illis a cuppis, qualiter vendere debeant cuppos et lapides coctos, et ad quam formam facere debeant; et posse eis ponere penam prout dicto rectori et parvo consilio *(videbitur),* si contrafacient ordini qui dabitur eis *(cassum).*

Prima pars est, quod cupparii vendere possint ad plus milliare cupporum minorum gross. XLII, et milliare meçanorum gross. L, et milliare maiorum perp. VI, et milliare tegularum sive lapidum coctorum gros. XVI. Es si aliquis contrafecerit, cadat ad penam perp. — et perdat loborerium, vel valorem laborerii, pro quolibet et qualibet vice. Et qui accusabit aliquem contrafacientem, habeat medietatem pene, si per eius accusam veritas poterit reperiri. Que pars durare debeat usque ad annos tres. *Capt. per* LXII.

DIE XXIIII OCTOBRIS. Valcho filio condam Vite de Resti, cum voluntate suorum tutorum Johannis de Bona et Johannis de Grede presencium et petencium in minori consilio sono campane *etc.* congregato, data fuit licencia, quod possit se concordare cum Ballyo de Ballyaça.

Silvestro de Maçedauro in dicto minori consilio fuerunt donati perp. x, qui debent abatti in sua condempnacione.

DIE XXVI OCTOBRIS. In maiori consilio *ball.* LXIII. Ser Johannes de Bona *ball.* LIIII remansit rector mensis Novembris.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori ponendi maiorem penam que continetur in statuto, syndico elligendo ad mittendum pro sali. *Capt per* LVIII.

Prima pars est, quod nulla persona audeat squaiare sepum in aliquo loco nisi in domo que est ad sanctum Michaelem, sub pena perperorum XXV, et ammittendi totum sepum pro quolibet et qualibet vice. Et qui voluerint facere candellas de sepo, non possint squaiare sepum nisi ad locum predictum, et postea in domo sua vel stacione possint facere et laborare candelas, cum dicto sepo squaiato ad locum predictum, et aliter non sub dicta pena. Et omnes illi qui habent fornellos pro squaiando sepum intra civitatem, debeant ipsos proiexisse usque ad diem Jovis proximam. Et non facere amplius ipsos sub pena perperorum XXV pro quolibet et qualibet vice. Et qui accusabit aliquem contrafacientem in aliquo de predictis locis, habeat medietatem pene si per eius accusam veritas poterit reperiri. Et tenebitur de credencia. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, faciendi coperire galeas de tabulis, et ipsas fortificare pro salvamento ipsarum prout eis videbitur melius. *Capt. per* LXII

DIE XXVII OCTOBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXXI. Prima pars est de dando tributum domine comitisse, secundum quod scribit dominus Imperator. *Capt. per* XVIIII.

Secunda pars est de mittendo cursores cum litteris nostris domino imperatori, cui ipse vult debere dari tributum *(cassum).*

Die xxviii octobris. In minori consilio. Ratchus . . . *(prenomen deest)* factus fuit scribanus.

Caloyaris ierosolimitanis qui sunt in civitate Ragusii ad presens, fuit facta gracia, quod possint extrahere de Ragusio ducatum unum casei.

Die xxviii octobris. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, de dando syndico qui debet ire pro emendo de sale pro comuni, pro salario suo et sui famuli, et expensis omni die grossos viii.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum, de ponendo penam predicto sindico eligendo, quod non possit refutare sub pena de perperis iic, et nullam excusacionem habeat si vadit per plateam.

Leonardus Clementis de Dersa in dicto minori consilio electus fuit syndicus ad eundum pro sale emendo.

Die xxx octobris. In minori consilio Domagna de Mildrago se obligavit de faciendo conduci de Narento a Marino Sfordelo usque proximum venturum mensem decembris staria iic frumenti, de quo habere debeat a comuni grossum unum pro stario. Et si non fecerit conduci, cadat ad penam grossorum iii pro stario.

Qui Domagna apportari fecit de furmento secundum relacionem Micocii filii ser Symeonis de Restis, qui fuit ad taiam, staria cii et copellos iiii.

Item conduci fecit die xiiii mensis novembris, secundum relacionem Micocii de Restis incisoris, staria cx, copellos iiii.

Item conduxit, secundum relacionem Junii de Sorgo camerlengi, staria xx.

Item die xii Januarii staria lxvii.

Die ultimo octobris. In minori consilio sono campane *etc.* congregato, captum fuit et firmatum, quod nulla persona audeat vel presumat mutuare aliquid Simcho et Tonicho de Gallo, tam cum pignore, quam sine pignore, sub pena perdendi totum illud quod mutuaverint.

Maroe de Bratcho in dicto minori consilio se obligavit de faciendo conduci Ragusium usque ad festum nativitatis dominice proxime futurum, a Marino suo mercatori, de frumento hievali staria l, et debet habere a comuni pro quolibet stario grossum i; et si non aduxerit grossos iii pro quolibet stario debeat solvere.

Posite custodie civitatis prout antea fuit captum *(vide supra die* xxiiii *octobris in maiori consilio):*

Ad cantonum sancti Luche supra murum iuxta turrim, persone	iii
Supra portum civitatis iuxta s. Lucham	"

Supra murum fratrum Predicatorum, persone . . III
Supra turrim sancti Jacobi, persone . . . . „
Supra turrim sancti Vidi, persone . . . . „
Supra murum qui est intra turrim sancti Vidi et illorum de Mençe, persone . . . . „
Supra turrim illorum de Mençe, persone . . . . „
Supra murum Fratrum Minorum, persone . . . . „
Supra porta de Pilis, persone . . . . „
Supra turrim Puncellarum, persone . . . . „
Supra turrim Calarigne, persone . . . . „
Ad Morenta, persone . . . . „
Ad sanctum Angelum, persone . . . . „
Ad sanctam Foscham, persone . . . . „
Ad Labes de Campo, persone . . . . „
Ad Pole Çeça, persone . . . . „
Ad turrim Molis, persone . . . . „
Ad arsenatum, persone . . . . „
Ad campanas, persone . . . . „
Ad doanam, persone . . . . „
Ad ponentem maris interni, persone II
Ad pontem becharie, persone . . . . „
Ad portam maris interni, persone . . . . „
Ad ficum, persone . . . . „
Ad domum tesaurariorum, persone . . . . „
Ad angulum domus comunis versus levantem, persone . . . . „
Ad sanctum Laurencium de illis de soldo, persone V
et unum de melioribus squaraquaytarum pro capitaneo.
Ad fontegos illorum de Volcasso, persone II
Ad carceres, persone . . . . „

Et residuum dividant domini de nocte ad voluntatem suam dimittendo medietatem ad logiam veterem, et aliam *(medietatem)* vadat cum I dictorum dominorum ad mediam noctem.

Die II novembris. In minori consilio Michael de Babalio, Nicole Marini de Mençe et Andrusco de Sorgo officialibus ad recolligendum affictum comunis sono campane *etc.* congregato, fuit preceptum presencialiter, ut sub pena de perperis V pro quolibet omni die debeant ire recolligendum affictus comunis.

Tichocio aurifici, qui se obligavit de faciendo conduci Ragusium staria frumenti IICL de Vriego, et staria CL de Narento, medietatem videlicet usque ad nativitatem Domini prox. fut., et aliam medietatem, usque ad festum sancti Blasii, promissus fuit gross. I pro quolibet stario, et si non adduxerit, quod solvat grossos III pro quolibet stario.

Die XXII Novembr., secundum relacionem camerlengariorum fecit conduci de Romania staria frumenti IICIII.

Item fecit conduci de Narento secundum relacionem camerlengariorum staria CXXI frumenti die primo Decembris.

Item fecit conduci de Romania secundum relacionem camarlengariorum staria cv.

Item conduxit die xv Decembris prout dixit Giuchus camerarius comunis, staria frumenti cxvi de Narento.

Item conduxit staria viii die xvi decembris.

Marino Sovrançio in dicto minori consilio fuerunt donati tot denarii quot debet solvere pro balchonata, quam vult extrahere de Ragusio et portare Catharum.

Petrus de Çrieva, Paulus de Baraba debent ire facturi scribi arma.

Item in dicto minori consilio captum fuit et firmatum de licenciando magistrum physicum de salario Ragusii.

Item in dicto consilio captum fuit quod precipiatur magistro Luce, sub penam secundum ordinem, ut non possit mederi in Ragusio.

Die iii novembris. In consilio maiori *ball.* lxi. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, faciendi fieri prope *(portas)* civitatis domos custodum de tufis vel de lignamine, prout eis melius videbitur. *Capt. per.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio de faciendo cambire et abrari dentes archetorum . . . magne de angulo, prout eis melius videbitur. *Capt. per.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse assumere unum sufficientem medicum physicum pro ii annis, cum illo salario, pactis et condicionibus, que eis videbuntur. Et similiter pro uno speciario; et posse committere hec omnia cui eis videbitur. Et facere sindacatum ad plenum super hec. Cum hac condicione quod non possit accipi magister Gulielmus de Ravena, qui prius *(erat)* noster salariatus. *Capt. per omnes.*

Ser Blasius de Babalio *(fuit ellectus de consilio)* Rogatorum loco ser Johannis de Bona.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse retinere illum modum qui videbitur eis super facto Pribili Mleia, qui accepit fiduciam a creditoribus suis, et habita fiducia venit Ragusium, et aufugit cum tota familia de Ragusio decipiendo dictos creditores, sicut maius consilium facere possit. *Capt. per omnes preter* ii; expulsis illis quibus tangebat negocium cum aptinenciis.

In consilio rogatorum *ball.* xxxiii. Prima pars est de differendo usque ad diem Iovis ad essendum ad istud consilium super illis verbis que narrata sunt de Senco. *Capt.* —

Petrus de Çrieva fuit assumptur loco rectoris in quistione Jacobi de Gondola, quam habet cum procuratoribus puncellarum.

Milovano Ivanovich et Maroe suo fratri, Obrad Rayevich et Radich Milsich in minori consilio sono campane *etc.* congregato data fuit licencia, quod possint recipere possessiones monasterii puncellarum ad medietatem, prout concordabunt cum illis; videlicet unam possessionem Çuppane, unam *(in)* Slano et unam in Bielem.

Ser Paulus de Baraba fuit assumptus loco rectoris in quistione Dimchi de Benessa, quam habet tutoribus heredis V . . . . de Resti.

Die iii novembris. Fratribus predicatoribus in minori consilio facta fuit gracia, quod possint emere de cupis miliaria sex . . .

Die iiii novembris. Radicha Bogdanovich et Dobroslavus Chechanovih facti fuerunt tutores in minori consilio sono campane *etc.* congregato, heredum Merve.

Abbati monasterii sancte Marie de Roteç, pro honore Beate Virginis, facta fuit elemosina de dimittendo sibi perper. x de dohana, quam solvet pro cuppis quos extrahet de Ragusio pro ecclesia sancte Marie.

Die iiii novembris. Magister Franciscus physicus salariatus comunis fuit licenciatus in minori consilio a salario nostro.

Die v novembris. In maiori consilio *ball.* lxxvii. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum, posse mittere unum nobilem hominem in ambaxiatam ad dominam comitissam et ad dominum banum Bossine, cum illa commissione et modis que et qui eis videbuntur; et ipsam expedire quando eis videbitur fore necessarium sicut maius consilium facere possit; — verum ellectio ambaxiatoris fieri debeat in isto maiori consilio. *Captum per* lxiii.

In consilio rogatorum *ball.* xxxviiii. Prima pars est de scribendo casneç Sencho respondendo ei ad verba que nobis misit dicendo per Lucham, de proferendo eidem libere de mittendo unum nostrum nobilem ad dominum banum Bossine pro servicio eorum, ad omnem eius requisicionem. *Capt. per omnes.*

Die predicto. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, de faciendo unam scalam intus in turrim ad ascendendum in campanile campanarum.

Vite de Georgio comiti insularum facta fuit gracia, quod possit venire Ragusium pro duobus vel tribus diebus cum ordine consueto.

Die vii novembris. Lillo de Alefanto in minori consilio facta fuit gracia, quod possit extrahi pro ipso a Luxa de Bona libras c candellarum sepi, solvendo dohanam.

Eodem die. Item in dicto minori consilio captum fuit de scribendo çupano Nicole Altomano super facto Pribili civis nostri, et socii eius hominis dicti çupani debitoris Georgii de Georgio, Petri de Çereva et Bogavçe de Toloe.

Die viii novembris. Ser Paulus de Baraba in minori consilio extractus fuit loco ser Johannis de Bona rectoris, in questione quam Benessa de Benessa habere intendit cum dicto ser Johanne.

Die viiii novembris. Milatcus calegarius, Ivanus faber in minori consilio sono campane *etc.* congregato, facti fuerunt tutores heredum Micoe olim famuli ser Marini de Bona.

Die xviiii novembris. Giuchote de Binçola in minori consilio factum fuit mandatum, quod sub pena perperorum l, alicui persone de mundo non audeat dare aliquem denarium de sale, quod vendit sine licencia parvi consilii pro qualibet vice.

Die xi novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxxviii. Prima pars est de portando ad maius consilium, de mittendo domino nostro naturali domino regi Hungarie duos ambaxiatores cum illo tributo, quod dare tenemur et cum illis honorificenciis que videbuntur. — *Captum per omnes.*

Prima pars est, quod cansatis omnibus que fieri debent pro ambaxiata itura ad dominum nostrum, debeant cras elligi ambaxiatores. *Capt. per* xxviiii.

Bogoe Osroevich de Çupana data fuit licencia, quod possit recipere a domino archiepiscopo unam possessionem in Çupana, prout poterit secum concordare in minori consilio.

Die xii novembris. In maiori consilio *ball.* lxxv. Prima pars est de mittendo nunc domino nostro naturali, domino regi Hungarie, pro censo sive tributo istius anni, illos ducatos vc quos sue regie maiestati dare tenemur. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mittendo istud tributum vc ducatorum domino nostro naturali domino regi Hungarie, per duos nobiles homines. *Capt. per* lxxiiii.

Prima pars est de crescendo penam illis qui fuerint ellecti ambaxiatores ultra statutum. *Capt. per* lxxii.

Prima pars est, quod ille qui fuerit ellectus ambaxiator ad eundum ad dominum nostrum naturalem, dominum regem Hungarie, non possit refutare in pena perperorum m. Et quod ista ellectio *(fieri)* possit de nobilibus hominibus existentibus in Ragusio, vel in eius districtu. Et nulla excusacio valeat. *Capt. per* xl.

Prima pars est, quod non debeat acceptari refutacio dictorum ambaxiatorum, nisi solvant prius denarios pene capte superius. Sed ire penitus debeant ad dictam ambaxiatam, si non solverint statim dictam penam. *Capt. per* xxxviiii.

Prima pars est, quod isti ambaxiatores ituri ad dominum nostrum dominum regem Hungarie, non debeant exire Hungariam ad eundum ad dictum dominum nostrum. Et intelligatur Hungaria usque ad Bidinum. *Capt. per* lxxiii.

Prima pars est de dando cuilibet ambaxiatori eligendo de salario perperos iic pro isto viagio. *Capt. per* xlv.

Prima pars est de dando istis ii ambaxiatoribus famulos vii, et i expenditorem ad equum et famulos pedites iiii, et equos xiiii. *Captum per* lxx.

Prima pars est de dando istis ambaxiatoribus cum famulis et equis pro expensis, qualibet die perperos viiii. Et in reversione ambaxiate teneantur facere racionem de expensis. Et si aliquid superabundabit eis, quod teneantur restituere comuni. *Capt. per* l.

*

Prima pars est de dando cuilibet famulo de salario pro toto isto viagio perperos xv. *Capt. per* LXX.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum, posse invenire denarios tributi et denarios necessarios pro ista ambaxiata, et pro aliis expensis et honoribus necessariis prout eis videbuntur. Et facere commissionem et expedire ambaxiatam de omnibus necessariis sicut maius consilium facere possit. *Capt. per* LXXIIII.

Ser Marinus de Mençe *ball.* XXXIX refutavit die XVII novembris et solvit penam; ser Michael de Babalio *ball.* XXXVII *(ambaxiatores ad dominum nostrum naturalem, dominum regem Hungarie).*

Die XII novembris. Caloyaro Serapione in minori consilio captum fuit de donando ab yperperis II infra, pro affictu domus in qua fuit.

Die XIII novembris. Martinusso de Proculo in minori consilio sono campane *etc* congregato fuit preceptum sub pena de perperis XXV, ut non recedat de castello, nisi ponat in cassella dohane tot denarios quot inde abstulit et dedit sine licencia parvi consilii.

Die XIIII novembris. In consilio rogatorum *ball.* XXXIIII. Prima pars est de donando domino nostro naturali domino regi Hungarie illos IIIIC velutos, qui sunt in comuni. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de donando dicto domino nostro naturali ultra velutos, ducatos auri IIC in hiis çoiellis vel rebus que videbuntur. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo de dictis ducatis IIC, cupas IIII cum coperchis, ad donandum domino nostro domino regi Hungarie. *Capt.* —

Die XVI novembris. In consilio rogatorum *ball.* XXXI. Prima pars est de respondendo domino regi Sclavonie secundum quod fuit arrengatum supra facto tributi. *Capt. per omnes.*

In minori consilio Marino de Cherçano ambaxiatori Cursule sono campane *etc.* congregato captum fuit, de donando dacium trium miliarium cupporum. Et de non eundo ad maius consilium cum alia peticione quam petebat de franchisia dohane.

Die XVII novembris. Radoselave matri Geiusse in minori consilio data fuit licencia, quod ipsa possit expendere pro vita sua omni anno perperos XX, de illis perperis C qui sunt in comuni ad presens sine pignore valoris dictorum perperorum C.

Die XVIII novembris. In minori consilio Paulo Nethchot facta fuit gracia, quod possit emere de vino in nostris insulis de Ragusio, videlicet de Calamota, Dalafota e Çupana cum condicione, quod illa barcha nostra, que portabit et discarcabit dictum vinum in Oboth, debeat se presentari coram domino *(rectore)* antequam vadat pro dicto vino.

DIE XVIII NOVEMBRIS. In consilio maiori *ball.* LXXVIII. Ser Jacobus de Sorgo *ball.* LXII remansit ambaxiator ad dominum nostrum *(loco ser Marini de Mençe (v. s. die* XII *nov.) qui refutavit).*

Prima pars est de confirmando magistrum Bartolomeum ciroicum pro I anno cum salario, pactis et condicionibus consuetis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de confirmando magistrum Michaelem cyroicum pro uno anno, cum salario consueto, et pactis et condicionibus; et cum ista condicione, quod ultra salarium detur ei affictu domus perperos XXXIIII. Et completo isto primo termino, quod habeat licenciam eundi ad domum suam ad aptandi facta sua, dimittendo hic familiam suam. Et de tempore quo stabit, non lucret soldum. Et habeat terminum standi extra pro factis suis menses tres. *Capt. per* LXXIIII

DIE XVIIII NOVEMBRIS. Petrus de Çereva, ser Benessa de Benessa in minori consilio facti fuerunt inventores equorum ambaxiate iture ad dominum nostrum dominum regem Hungarie, et ad extimandos ipsos.

DIE XX NOVEMBRIS. *Ibidem.* Ser Georgio, ser Dobre de Calich, ser Dominichus de Benessa, ser Junius de Bona facti fuerunt officiales in parvo consilio ad inquirendum de sero malefactores.

DIE XXII NOVEMBRIS. *Ibidem.* In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit, quod quecunque persona que dare tenetur doane maiori, et est ellapsus mensis I, debeat solvisse usque ad diem Iovis proximum, sub pena quarti.

(Margin adscript.) Bampnitum per Allegrinum.

DIE XXIII NOVEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXXVI. Prima pars est de respondendo ambaxiatori domini imperatoris Sclavonie per modum qui fuit raciocinatus in isto consilio, videlicet quod nos dedimus tributum istius anni domine comitesse, que nobis destinavit litteram domini imperatoris cum bulla leonis in die sancti Dimitrii, secundum pacta que habemus cum domino imperatore. Et sub eadem forma scribatur domino imperatori ad responsionem literarum dicti domini imperatoris, quas nobis destinavit per istum ambaxiatorem suum. Et cum aliis verbis pulchrioribus que videbuntur. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de ostendendo ambaxiatori domini imperatoris litteram quam destinavit domina comitissa ex parte domini imperatoris pro facto imperatoris. *Capt. per* XX.

Prima pars est de ostendendo dicto ambaxiatori dictam litteram si petierit.

DIE XXIIII NOVEMBRIS. In minori consilio. Presbitero Marino de Glavath presenti et volenti, captum fuit et firmatum de dando yperperos XVIIII de finali solucione omnium racionum quos debet ipse presbiter recipere a comuni de toto tempore preterito usque ad diem presentem.

Item in dicto minori consilio captum fuit, de mictendo unum sindicum ad partes Orientis pro emendo sale pro comune, usque in Du-

rachium, Avelonam et in Corfu, si videbitur domino rectori et parvo consilio, secundum commissionem, que dabitur dicto ambaxiatori, cum una barcheta, ad expensas comunis; et habeat dictus sindicus pro salario et expensis suis et sui famuli tantum, quantum habet Lone de Dersa.

Item in dicto consilio captum fuit et firmatum, quod sindicus eligendus non possit refutare sub pena de perperis IIC, et nullam excusacionem habere possit, si vadit per plateam.

Bogdassa de Branota fuit electus sindicus ad eundum pro emendo de sale. Acceptavit.

Die xxv novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxxIII. Prima pars est de portando ad maius consilio, de donando aliquid domino imperatori Sclavonie. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo domino bano de Maçova super facto Pocre de Benessa, per modum qui fuit raciocinatus, secundum pacta que nobis concessit dominus noster dominus rex Hungarie, et secundum consuetudines. Et quod scribatur Jacobeç Helie calegario, qualiter Pocre est intromissus per dominum banum de Maçova, pro debito quod sibi dare tenetur, et Rasdi de Michali, et quod det aram ad distrigandum et solvendum dictum debitum si est debitor. Et si non dabit aram distrigandi et reperietur, quod sit debitor, quod omne dampnum et interesse, quod substinebit Pocre vel alius ista de causa, erit supra ipsum Jacobçe. *Capt. per* xxx.

Prima pars est, quod scribantur littere per modum suprascriptum domino bano de Maçova, et quod scribatur Jacobeç precipiendo ei, quod vadat ad distrigandum Pocre, si est debitor dictis domino bano et Rasdo. Et si non est debitor, quod veniat Ragusium ad informandum nos de predictis *(cassum).*

Prima pars est de scribendo Vlasio Matarango supra facto lamenti mercatorum nostrorum per pulchriorem modum, qui videbitur. *Capt. per omnes.*

Die xxv novembris. In minori consilio. Theodoro Scolmafogia de Brandusio nunc cancellario et notario comunis Ragusii data fuit licencia et concessione, quod quicquid Deus sibi concedet de lucro quocumque modo et qualiter a modo in antea non teneatur nec debeat participare cum fratre suo nec cum aliquo alio; dicto Theodoro ibidem presente et cum instancia postulante.

Francisco Bartholomei de Archo nunc cancellario et notario comunis Ragusii in dicto minori consilio data fuit licencia, quod quicquid Deus sibi concesserit de lucro, quocumque modo et qualitercumque a modo in antea adquirat sibi tantum, et non debeat comunicare seu participare cum fratribus et sororibus suis alia persona quacumque.

Die xxvi novembris. In maiori consilio *ball.* LXV. Ser Andreas Dobre de Binçola *ball.* xxxv remansit rector mensis decembris.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum consilio *(rogatorum),* posse respondere ad litteras domini im-

peratoris supra facto domini . . . . providere prout eis videbitur et placuerit, sicut maius consilium facere possit. *Capt. per* LV.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, faciendi quatuor nobiles homines cum illo ordine qui videbitur parvo consilio, qui IIII nobiles homines cum familia sua habeant illam libertatem quam habent domini de nocte. Que libertas durare debeat usque ad sanctum Michaelem proximum. *Capt.* — —

Prima pars est de faciendo tres nobiles homines, qui debeant cogitare qui modus sit tenendus supra facto monetarum veterum et novarum que fieri debeant, non mutando grossum. Et quod debeant providisse usque ad VIII dies; et quicquid providerint, reduci debeant prius ad minus consilium, et postea ad istud maius consilium. *Capt. per omnes.*

Ser Johannes de Grede, ser Jacobus de Mençe, ser Nicola de Çavarnigo provisores supra monetas.

Die XXVI novembris. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, de committendo Bogdasse de Branato, sindico ituro pro sale emendo, quod debeat emere si poterit habere in Avelona miliaria decem modiorum salis ad mensuram Avelone, cuius mensure tres modii faciunt quatuor magnos modios Ragusii pro minori precio quo poterit, dando ad plus usque ad ducatos duodecim pro centenario modiorum illius mensure Avelonice conductorum ad lignum.

Item in dicto minori consilio captum fuit, quod si dictus Bogdassa non poterit habere predictam quantitatem salis vel partem eius in Avelona, debeat ire vel mictere usque Corfu, et emat illud quod sibi deficiet usque ad dictam quantitatem x miliarium salis in Corfu pro minori precio quo poterit, dando ad plus usque ad VIII ducatos pro centenario modiorum salis ad mensuram suppraseriptam Avelone, conductorum ad lignum.

Die II Decembris in minori consilio captum fuit, quod dictus Bogdassa dare debeat pro naulo cuiuslibet centenarii modiorum Avelone predictorum, ab octo ducatis inferius prout melius poterit concordare, et de Corfu a ducatis XI infra.

Item in dicto consilio captum fuit, de mictendo statim dictum syndicum, et quod non recedat inde sine nostra responsione.

(Margini adscript.) Die v Decembris in minori consilio captum fuit, de dando in commissione Bogdasse, quod emat miliaria XV salis et non x sicut scriptum est superius in parte superiori.

Die XXVII novembris. In consilio rogatorum *ball.* XXX. Prima pars est de donando aliquid domino imperatori Sclavonie. *Captum.*

Prima pars est de donando domino imperatori Sclavonie I donum ducatorum auri IIC in illis rebus que videbuntur. *Captum.*

Prima pars est de mittendo domino imperatori istud donum per Maroe de Smulatiça. *Captum.*

Prima pars est de scribendo istos denarios in doana maiori, videlicet ducatos L omni mense, incipiendo de mense Decembris. *Captum.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse emere de illis rebus que videbuntur pro dicto dono fiendo. *Captum.*

In minori consilio captum fuit, de donando ambaxiatori domini imperatoris et domini regis ad perperos x pro quolibet.

Die xxviii novembris. In maiori consilio *ball.* . . . . . Prima pars est de dando de salario ambaxiatori eligendo ituro ad dom*(inam comitissam)* et ad dominum banum Bossine perperos lx. *Capt. per* lxvii.

Prima pars est de crescendo penam. *Capt. per ball.* lxx.

Prima pars est de ponendo penam ambaxiatori ituri ad dominam comitissam et ad dominum banum Bossine, quod non possit refutare, de perperis c. — — (?)

Prima qars est de dando ambaxiatori ituro ad dominam comitissam et ad dominum banum Bossine famulos iiii, et equos vi. — *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod ille qui fuerit ellectus ambaxiator non possit habere excusacionem aliquam, si vadit per plateam. *Capt. per* lxxviiii.

Prima pars est, quod si aliquis fuerit electus ambaxiator et voluerit reffutare, quod refutacio eius non acceptetur, nisi prius solvat penam. *Capt. per* lxxiii.

Prima pars est de dando ambaxiatori predicto omni die pro expensis suis, famulorum et equorum, donec steterit in ambaxiata predicta, perperos iii. Et si superabundabit aliquid, quod teneatur per sacramentum restituere comuni. *Capt. per ball.* lii.

Ambaxator Bossine r(emansit) ser Blasius de Grede *ball.* li.

Die xxviii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxxviiii. Prima pars est de accipiendo de denariis qui sunt in comuni pro expedicione ambassiate iture in Bossinam, quot fuerint necessarii. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando ambaxiatori predicto ultra illud, quod est tansatum, posse expendere perperos xx quos possit expendere in emendo aliquas res pro donando prout ei videbitur.

Nicola de Palmota.	Ca*(vallo)*	i.
Marinus de Mençe.	„	„
Angelus de Maxi.	„	„
Benessa de Benessa	„	„
Junius de Sorgo.	„	„
Petrus de Çereva.	„	„

Die xxviiii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxxiii. Prima pars est, quod commissio facta et scripta et lecta Blasio de Grede, bene stat. *Capt. per omnes.*

Die ultimo novembris. In consilio minori sono campane *etc.* congregato captum fuit, quod precipiatur officialibus supra affictum comunis quatenus usque ad viii dies debeant exigisse omnes denarios affic-

tuum domorum et stacionum comunis sub pena perperorum xxv pro quolibet, quod possunt exigi.

Domagna de Mildrago in minori consilio se obligavit de facere duci Ragusium usque ad carnisprimum proximum staria frumenti nc ad vendendum de quo dictum consilium promisit ei dare de denariis comunis grossum I pro stario; et si non faceret conduci ad dictum terminum, quod cadat ad penam grossorum III pro stario.

Die v Decembris conduxit secundum relacionem camarlengariorum staria CII.

Die XXIII Decembris de magi conduxit totum residuum sive staria LXXXXVIII prout dixit Stiepcho camararius comunis.

Die ultimo novembris. Per dominum rectorem ser Johannem de Bona et omnes iudices fuit determinatum, quod fiat consilium rogatorum die Iovis proximo futuro pro facto Helie Minçaya et Giuchi Decussa, et ibi tam si interfuerint omnes iudices, quam pars ipsorum debeat haberi consilium supra facto predictorum.

Die II decembris. Tichoçius Çialevich in minori consilio sono campane *etc.* congregato se obligavit, de faciendo conduci Ragusium staria frumenti III videlicet centum de Narento et ducenta de Romania usque ad carnisprimum proximum futurum sub pena grossorum trium pro quolibet stario, quod non aduxerit intra dictum terminum; et debet habere a comuni grossum unum pro quolibet stario quod aduxerit.

Die XXVIII Decembris conduci fecit staria . . .

Die III decembris. In maiori consilio. Ser Johannes de Bona fuit factus de consilio rogatorum.

Die III decembris. In consilio rogatorum *ball.* XXXI. Prima pars est, quod scribantur littere pro mercatoribus Narenti, prout dictum fuit. *Capt. per omnes.*

Die v decembris. In consilio maiori *ball.* LXXII. Comes Stagni *(in secunda ballotacione)* remansit ser Jacobus de Georgio *ball.* XXII.

Prima pars est de destruendo et abatendo murum turris que cecidit, qui est ruynosus, et facere unam telam de muro. *Capt. per* LXXX.

Secunda pars est de faciendo turrim sicut erat *(pars non posita).*

Die v decembris. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, de dando arbitrium ser Michaeli de Babalio et ser Jacobo de Sorgo ambaxiatoribus ituris ad dominum nostrum regem Hungarie, ut possint emere duos equos pro ipsorum equitatura, unum videlicet pro ducatis quinquaginta inferius, et alium pro yperperis centum inferius.

Die predicto. In minori consilio ser Paulus de Baraba datus fuit ad invicem cum aliis heredibus secunde uxoris condam Marini de Baraba.

Die viii decembris. In minori consilio Radich Milosevich, Pribislavus eius frater sono campane more solito congregato, assumpti fuerunt ad standum ad Gresiepesiech supra una parte comunis, cum illis pactis et condicionibus cum quibus date fuerunt partes aliis ibi comorantibus, et cum hac condicione, quod unus ipsorum ibi stare debeat continue, et alius quociens fuerit opportunum ibi stare debeat.

Item in dicto consilio captum fuit, de dando hospicium quondam Nicole de Buchia, pro hospitando Frixono si ipse pecierit.

Capitulo ragusino in minori consilio captum fuit de faciendo fieri instrumentum supra comune de affictu terrarum, quas habuit ab ipso capitulo ad affictum heres Laurencii de Volcasso, cum illa condicione cum qua habuit dictus Laurencius de Volcasso ex tunc quod illas terras accepit a comune pro fiendis cuppis et lateribus sive petris coctis.

Die x decembris. In minori consilio ser Andree Ballasero de Veneciis fuit facta gracia, quod possit extrahere de Ragusio pecias x casei.

Die xv decembris. In minori consilio Maroe de Bagavçe se obligavit, de faciendo cunduci Ragusium de frumento dievali usque ad Pascha proxime futurum resurrectionis staria frumenti ccc.

Die xvi decembris. In maiori consilio *ball.* lxviii. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum, de faciendo responsionem ambaxiatoribus domini nostri regis super peticione galearum quos petiit nostro comuni ex parte dicti domini nostri regis, et de faciendo in premissis omnia et singula que dicto consilio rogatorum videbuntur pro bono statu nostre civitatis Ragusii, sicut maius et generale consilium facere posset. *Capt. per* liiii.

Die xvii decembris. In consilio rogatorum *ball.* xl. Prima pars est de mittendo ii cursores ad dominum nostrum, dominum regem Hungarie, et ad alios nostros amicos, cum litteris continencie prout est arrengatum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de respondendo istis ambaxiatoribus domini nostri regis, quia per nostros ambaxiatores nos volumus respondere domino nostro rege super vestra peticione, significando sibi condiciones sue civitatis, pro conservacione sui honoris et istius sue terre. *Capt. per* xxvii.

Prima pars est de respondendo per litteram domino nostro regi secundum tenorem responsionis fiende suis ambaxiatoribus, et significando sibi quod nostri ambaxiatores erant prius electi ad eundum ad suam regiam magestatem et quod in brevi ibunt ad ipsam. *Capt. per omnes.*

Die xviii decembris. In consilio rogatorum *ball.* xxxi. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, quod debeat respondere notario ducalis dominii Veneciarum oretenus et per litteras eidem dominio ducali super capitulis et querelis dictis a dicto notario, prout hic fuit arrengatum.

Die xviii decembris. In consilio maiori *ball.* lxiii. Comes Stagni (secunda ballotacio) ser Clime de Dersa *ball.* xxxiii remansit, qui reversus fuit de viagio et ivit Stagnum die xxiiii Februarii.

Die xviiii decembris. In maiori consilio *ball.* lxvii. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse assumere Nicolaum de Brandusio ad cancellarium si eis videbitur, cum illo salario, condicionibus et pactis, quod et que eis videbuntur pro uno anno. *Capt. per* lxv.

Die xxi decembris. In consilio rogatorum *ball.* xxxii. Prima pars est de dando domino nostro naturali, domino regi Hungarie secundum peticionem eius pro servicio pasaçii ad eundum Constantinopolim galeam unam pro mensibus sex, ad expensas nostras *(cassum).*

Prima pars super facto peticionis galee quas petit dominus noster naturalis, dominus rex Hungarie, quod ponatur in commissione ambaxiatorum nostrorum, quod ipsi debeant primo exponere dicto domino nostro condiciones huius terre. Et expositis condicionibus nostris, si dicto domino nostro videbitur et placuerit, quod non obstantibus periculis quibus subiacemus, quod debeamus armari facere galeam unam pro servicio passagii ad eundum Constantinopolim, quod ipsi debeant relinquere ad arbitrium dicti domini nostri ab una galea inferius, prout dicto domino nostro placuerit pro mensibus sex ad expensas nostras. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod parvum consilium debeat notare commissionem ambaxiatorum iturorum ad dominum nostrum, et ipsam portare ad istud consilium. *Capt.* —

Die xxi decembris. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, de dando licenciam Sfietcho Turchino Bogunovich, quod possit extrahere de Ragusio miliaria decem sepi et Jacobo famulo Blasii de Vladicossa, quod possit extrahere miliaria tria sepi solvendo rectum doane; cum condicione quod Sfietchus debeat habere staciones duas, et dictus famulus Vlachote stacionem unam munitas semper candelis de sepo usque per totum mensem Madii proxime futurum. Et teneantur vendere de dictis candelis sepi omnibus habitantibus in civitate Ragusii et eius districtu, pro ipsorum usu quociens requisiti fuerint, et pro qualibet vice pro quolibet ipsorum; et quod faciant candelas boni sepi et vendant libram ipsarum pro follaris xviii libram. — Cui pacto et condicionibus ipse Sfetcus presens consensit die sequenti dicti mensis. — Blasius Radoani se constituit pleçium pro Jacobo.

(Margini adscript.) — Sfietchus extraxit x miliaria sepi. —

Die predicto. In minori consilio. Nicolaus filius Giulli Stefi de Brandusio sono campane *etc.* congregato, ex auctoritate ipsis concessa a maiori consilio die xviiii dicti mensis, fuit assumptus pro cancellario comunis pro uno anno proximo futuro, cum salario centum yperperorum, cum condicione, quod dictum consilium possit eum licenciare si non erit bonus et fidelis. Qui iuravit.

Die xxii decembris. In minori consilio *etc.* captum fuit, de mictendo Avelonam pro sale, barchosium Maroe Pripçich et *(barchosium)* Pauloni Michoevich de Calamota; que barchosia volebant ire Venecias.

Item in dicto consilio captum fuit, de ponendo penam yperperorum centum cuilibet patrono navigiorum destinandorum in Avelonam pro sale, quod statim et de presenti debeant prosequi viagium. Et fuit preceptum infrascriptis patronis, videlicet Maroe de Pripçe, Nixe Bogoevich marenario Pauloni, Michovile de Jadra habitatori Ragusii.

Item in dicto consilio captum fuit et firmatum, de precipiendo similiter Michovillo et Patrono barchosii Giuchi de Martulino, ut vadant pro sale comunis in Avelonam de presenti, sub pena de perperis c pro quolibet, et fuit preceptum Michovillo predicto sub pena de perperis c. Et fuit preceptum Giucho Maroevich de ysola de Medio, patrono barcosii Giuchi de Marculino, sub pena de perperis c modo suprascripto.

Eodem die. Dominus rector ser Andreas de Binçola precepit Pasqualino de Calamota, quatenus sub pena perperorum c debeat ire ad Valonam pro sale comunis, antequam capiat aliud viagium.

Die xxiii decembris. Dominus rector precepit Paulono Michoevich de Calamota presenti coram ipso, quatenus sub pena de perperis c non debeat capere aliquid iter, nisi prius iverit Avelonam pro sale comunis.

Die xxiii decembris. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, quod dominus rector precipiat Pauçe Michoevich, Climçe suo fratri et Radoano patronis barchosiorum qui onerantur in portu sub pena de perperis c pro quolibet, ut facto isto presenti viagio, quod faciunt ad Venecias, nullum naulum debeant recipere ad eundum alio pro redeundo Ragusium, ut vadat quilibet ipsorum in Avalonam pro aducendo sal comunis Ragusium. — Cui Ponçe dominus rector precepit per modum predictum, et similiter Radoano Povrescovich.

Item in dicto minori consilio captum fuit, quod scribatur Martholo de Thiodisio, quod precipiat omnibus patronis barchosiorum de Ragusio et eius districtu, existentibus Veneciis et ituris illuc sub pena de de perperis c pro quolibet ipsorum, qui non fecerit suam barchatam de apportando de Avelona sal comunis, non debeat ire alio, nisi recto tramite debeat venire Ragusium pro faciendo suam barchatam dicti salis.

Die xxv decembris. Alegrinus de mandato domini rectoris, dixit se precepisse Blasio de Radoano sub pena de perp. c, ut mitat de presenti suum barchosium in Avelonam pro sale comunis.

Die xxvii decembris. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit, de faciendo graciam Michovillo pro eundo ad ad istud presens viagium pro quo fuit nauliçatus a Veneto, et de precipiendo sibi sub pena ducatorum centum, ut non recipiat aliquod naulum, sed eundo Venecias debeat statim redire Ragusium pro eundo in Avelonam pro sale comunis. Cui Michovillo eodem die fuit preceptum per

dominum rectorem ser Andream de Binçola secundum modum supra scriptum.

Die xxviii decembris. In consilio maiori. *ball.* lxviii. Rector mensis Januarii remansit ser Marinus de Goçe *ball.* xlviiii.

Prima pars est de faciendo iii nobiles homines officiales supra laboraciones, qui debeant ponere ordinem, quod debeant intrare laborerium ad ortum solis et stare debeant usque ad occasum solis cum illis modis, penis et condicionibus anni preteriti. *Captum.*

Ser Blasius de Babalio, ser Petrus de Prodanello, ser Jacobus de Mençe facti fuerunt officiales.

Die xxviii decembris. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit et firmatum, de faciendo graciam Paulono et Pascalino de Calamota, quod possint ire in Calamotam cum suis barchosiis sub condicione, quod cum primo bono tempore debeant inde recedere et ire pro sale comunis in Avalonam sub pena de perperis c pro quolibet.

Die xxviiii decembris. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est de retinendo dominum Guidonem vicarium archiepiscopi ad habendum consilium suum super facto questionis quam habemus cum abbate Crome, ad expensam domini archiepiscopi, capituli et comunis nostri. *Capt. per* xxviiii.

In minori consilio. Tolo . . . . *(cetera desiderantur)* fuit data licencia, quod possit accipere ad medietatem unam possessionem monasterii puncellarum.

Ser Nicole Georgii de Caboga in minori consilio sono campane *etc.* congregato data fuit licencia, posse accipere a capitulo sancte Marie illam domum quam tenebat Maroe Clementis Valis de Goçe, a dicto capitulo pro perperis iii in anno, cum illis pactis et condicionibus que partibus videbuntur.

Die xxx decembris. In consilio rogatorum *ball.* xxxi. Prima pars est de accipiendo mutuo a sale et aliunde videbitur domino rectori et parvo consilio, illud quod deficiet pro expedicione ambaxiate iture Hungariam; et pecunia restituatur de doana maiori ad locum unde accepta fuerit. *Capt. per* xxx.

Prima pars est de dando ultimum et peremptorium terminum nisi de die Lune proxima illis qui dare tenentur doane maiori sub pena quarti; que pena non possit eis dimitti qui non solvent. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de respondendo dominacioni ducali Veneciarum super facto sepi, per pulcriorem modum qui videbitur domino rectori et parvo consilio, denegando extrahere dictum sepum. *Capt. per omnes.*

Die predicto. In consilio minori. Micoçius de Bodaça sono campane *etc.* congregato, se obligavit de faciendo conduci Ragusium usque ad Pascha proximum de Narento staria iiic furmenti, quod mittet Milcus Rosco et Perfcus Dupalo, sub pena grossorum iii pro stario; et faciendo

conduci habere debeat a comuni pro quolibet stario grossum unum, quod vendetur in fontego.

Die xvi Januarii conduxit secundum relacionem Giuci camerarii staria ııclxxxxıııı.

Die ultimo decembris. Vlachota Dobrotich in minori consilio se obligavit de faciendo conduci Ragusium suo nomine de Narento usque ad carnisprimum proxime futurum staria frumenti c, sub pena de grossis ııı pro quolibet stario, quod non aduxerit et debet habere a comuni pro quolibet stario, quod aducet infra dictum terminum grossum unum.

Qui Vlacota secundum relacionem camarlengariorum conduci fecit Ragusium de Narento staria frumenti c die xvııı Februarii.

1367.

Die primo januarii. In minori consilio. Radoano Pervossevich fuit data licencia, quod possit accipere in Breno unam possessionem capituli ragusini renunciata a Radeno filio condam Radeni Çyrencich dyacono Thomcho de Dersa.

Giucho bastardo Marini de Dersa in dicto minori consilio captum fuit, de faciendo cartam supra comune de denariis, qui sibi fuerunt ablati mutuo, dando sibi de proficuo v pro centenario in anno, et debet incipere terminus die primo preteriti mensis Decembris; qui fuere perperi ııııcxv, gross. x.

Die secundo januarii. In minori consilio. Ser Paulus de Sorgo sono campane *etc.* congregato extractum fuit per tesseram loco ser Marini de Goçe rectoris, in questione quam dominus David olim castellanus Duracii intendere movet Vite de Goçe.

Die vii januarii. In consilio rogatorum *ball.* . . . Prima pars est de respondendo Frixuno per litteras nostras, prout arengatum fuit in isto consilio. *Captum.*

Prima pars est de mittendo Theodorum cancellarium cum ambaxiatoribus. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando Theodoro cancellario ituro cum ambaxiatoribus perperos lx pro suis necessariis viagii. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de emendo i equum vel accipiendo pro Theodoro. *Captum per omnes.*

Prima pars est de donando bano Nicolas Sceç ducatos auri c.

In minori consilio. Domagna de Mildrago se obligavit, quod Marinus Fordel faciet conduci Ragusium usque ad carnisprimum proximum staria frumenti ııc, de quo habere debeat grossum i pro stario, sub pena grossorum ııı pro stario.

Die xıı Januarii conduxit Ragusium de Narento staria clxxıı secundum relacionem. — J. Ciucus de Mençe camarlengus.

Item fecit conduci frumenti secundum relacionem camerlengiorum staria c die viiii Februarii.

In consilio rogatorum *ball.* xxxiii. Prima pars est de dando terminum illis qui dare tenentur doane maiori, solvere debeant usque ad diem Jovis sub pena quarti; videlicet illis quibus est ellapsus terminus. *Capt. per omnes.*

(Margini adscriptum). Bampnitum per M(ilgostum).

Prima pars est de faciendo graciam Venetis, videlicet Nicolao factori Petri Gallo, quod possit extrahere sepum, quod nunc habet in Ragusio, circa miliaria vi. — *Capt. per* xxxii.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio mittendi unam barcham cum litteris ad comune Artone, pro illis marinariis qui portaverunt via res castellani, per illum modum qui videbitur eis. *Capt. per omnes.*

Die viiii januarii. In minori consilio captum fuit, quod libra carnium castrati vendi possit follaris iii et alias carnes per racionem, usque ad carnis primum proximum.

Die xi januarii. In minori consilio. Blasius de Grede sono *etc.* congregato, per tesseram extractus fuit loco domini rectoris ser Marini de Goçe, in quistione quam movere intendit Nicoleta uxor Laurencii de Volcasso, cum tutoribus heredis dicti Laurencii cum Vita de Goçe.

Die xii januarii. In consilio rogatorum *ball.* xxxiii. Prima pars est de respondendo illis de Balsa ad peticionem quam faciunt, nos excussando a dicta peticione, per pulchriorem modum qui videbitur rectori et parvo consilio. *Capt. per omnes.*

Die xiiii januarii. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est, quod ambaxiatores debeant recedere de Ragusio die Lune ante prandium. *Captum.*

Ser Blasius de Grede in minori consilio per tesseram extractus fuit loco rectoris ser Marini de Goçe in quistionibus quas movere intendit Vite de Georgio Matcho eius filio Pasche Matey de Mençe et aliis.

Die xvii januarii. In minori consilio. Antonio Charchavecchia de Otrento data fuit licencia posse facere menam de furmento, quod apportavit nunc Ragusium, cum quocumque Raguseo quem voluerit, nullo ordine obstante.

Die xviiii januarii. In minori consilio. Radosclavo Milgostich Cambal se obligavit debere facere conduci de suo grano Ragusium ad vendendum staria iic usque ad medium quadragesime proxime, sub pena grossorum iii pro stario; et faciendo conduci habere debeat gross. i pro quolibet stario.

Die xviiii Februarii dictus Radosclavus conduci fecit Ragusium staria cxii frumenti secundum relacionem camarlengorum.

Die xxii januarii. In minori consilio. Ser Blasius de Grede, extractus fuit per tesseram, loco ser Marini de Goçe rectoris, super quistione quam movere intendit Dragoe Clementis de Goçe — — heredibus Laurencii de Volcasso, sive tutoribus eorum, vel pitropis dicti Laurencii.

Ser Andree de Lucaro in dicto minori consilio captum fuit, quod dentur eidem perperos xxxv pro diebus cxviii, quibus stetit in comitatu Stagni in loco Michaelis de Caboga qui mortuus fuit in comitatu pro salario expensis suis et suorum . . . *(cetera desiderantur).*

Luchas de Dobroe in dicto minori consilio se obligavit de faciendo conduci Ragusium ad vendendum de Narento staria iic furmenti, usque ad medium quadragesime proxime, sub pena grossorum iii pro stario; et faciendo conduci habere debeat a comuni grossum i pro stario.

Qui conduci fecit secundum relacionem camerlengorum staria cii die xviiii Februarii.

Nixa filius condam Tverdoe Cray in dicto minori consilio absolutus fuit a potestate tutorum, quod a modo in antea possit mercari et facere facta sua, tamquam homo sui iuris.

Die xxiii januarii. In consilio maiori *ball* lxiiii. Prima pars est, quod ubi fieri debeat Sponça in castro illius maris Narenti per partem captam prius, nunc fieri debeat gusterna. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de salariando magistrum a gusternis pro perperis clxxx pro i, anno cum illis pactis et condicionibus que videbuntur domino rectori et parvo consilio. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio faciendi fieri mensuras salis de petra, et similiter mensuras bladi. *Capt. per* lxiii.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum, quod possint ponere in ordine mensuras salis et bladi per illum modum, qui melius videbitur eis, sicut maius consilium facere possit. *Captum per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum, posse dare ordinem supra facto monetarum tam rami quam argenti, fiendarum per illum modum, quod videbitur melius eis, sicut maius consilium facere possit et quando videbitur eis. *Capt. per* lxii.

Prima pars est, quod a modo in antea follari falsi non debeant expendere, sed detur ordo ad omnes doanas, quod incidantur. *Capt. per omnes.*

Die xxviii januarii. In minori consilio captum fuit, quod detur navigiis que portaverint de sale de Valona, de quolibet centenario ad mensuram Ragusii perperos x.

Marinus de Benessa in dicto minori consilio se obligavit de faciendo conduci de *(Vrego?)* et de Evali, usque ad mediam quadragesimam proximam de furmento staria iic, *(sub pena)* grossorum iii pro stario; et conducendo debeat habere a comuni grossum i pro stario quolibet.

Die v Marcii fecit conduci staria clxxviiii secundum relacionem Çiuchi de Mençe camarlengi.

Marinus de Bratcho in dicto minori consilio simili modo se obligavit, de faciendo conduci a dievali usque ad mediam quadragessimam proximam, staria iic.

Luchas de Dobreç in dicto consilio se obligavit, de faciendo conduci de Vrego a Radoslavo sartore usque ad dictum terminum medie quadragessime frumenti staria cl.

Die xvi Marcii conduxit staria cl.

Milos Sasan se obligavit simili modo ad dictum terminum, de faciendo conduci de Vrego a Dominçe eius nepote, furmenti staria cl.

Ticoçius Fiali se obligavit simili modo et ad dictum terminum de faciendo conduci staria iiic a Vrego ab Grego et a Dobrey sartore suo. Qui Gregus vocatur Dymo.

Die xvi Marcii fecit conduci staria cxxxvi.

. . (?) . . item staria c.

Die xxviii januarii. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit, quod a modo in antea non debeat dari nec concedi suprastantibus salinarum Stagni, quod de cetero expendere possint aliquid ad expensas comunis, pro faciendo ortum in Stagno prout faciebant prius.

Item in dicto consilio captum fuit, quod in illis ducatis iiiic auri, qui sunt in manibus camerlengiorum, non possit tangi aliquo modo per aliquem, nec pro aliqua causa, nisi pro sale empto in Valona.

Domino Guidoni per minus consilium data fuit licencia, quod possit ire ad servicium domini archiepiscopi Antibarensis cum hoc pacto et condicione, quod non lucret soldum cum comuni, donec steterit ad servicium dicti domini archiepiscopi.

Die xxx januarii. In consilio rogatorum *ball.* xxxiiii. Prima pars est de faciendo tres nobiles homines de isto consilio, qui debeant videre pacta que habemus cum comune Anchone et ipsa examinare. Et examinatis debeant reducere ad istud consilium et consulere supra predictis. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Ser Johannes de Bona, ser Jacobus de Mençe, ser Johannes de Grede facti fuerunt provisores super facto pactorum de Anchona, qui debeant providere prout supra continetur.

Item in dicto minori consilio captum fuit, quod prode omnium cartarum quas habet Nicoleta filia condam ser Marini de Dersa et uxor Dragoe de Goçe supra comune, scribi debeat in doana maiori, et capitale ad salem. Et quod nulli, qui scribetur post ipsam Nicoletam, non possit sibi solvi prius quam dicte Nicolete. Et hoc petivit ser Ni(colaus) de Çavernicus advocatus dicte Nicolete, et Dragoe mariti sui et cartarum ipsius. De quo prode sibi solvi debeant omni mense perperos iic usque ad completam solucionem dicti prodis. Et omnes dicte carte stare debeant in manibus camarlengiorum in deposito, donec habeat solucionem integram.

Salinarii Stagni: Ser Mate de Ribiça (die xvi Junii), ser Lampre de Bodaça, ser Unuçe de Matessa, ser Symeonus de Benessa.

Officiales ad faciendum laboreria Stagni: Ser Marinus de Ragnina, ser Vita de Georgio, ser Balie de Baiaça, ser Blasius de Caboga.

Die primo februarii. Miles: Ser Jacobus de Gondola.
Doanerius: Ser Andreas de Binçola.
Rogatorum: Ser Vita de Goçe, ser Martinussius de Proculo.

Die vi februarii. In consilio rogatorum *ball.* xxxiii. Prima pars est de notificando domino bano Dalmacie per nostras litteras, de istis de la Crayna de curso quem retinent contra nos. *Capt. per omnes.*

Item in dicto consilio captum fuit, quod mictatur i barcha armata discurrendo per riveriam Punte, et de denunciando illis de la Crayna et mirando, quod caveant se de offendendo nostris. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Ser Polo de Sorgo, ser Blasius de Grede facti fuerunt officiales ad faciendum fieri lignetum.

Item in dicto minori consilio captum fuit, quod quicumque dare tenetur doane maiori, debeat solvisse huc usque ad diem mercurii proximum futurum ad viii dies, sub pena quarti, et illi qui debent dare et recipere a dicta doana, habeant se insinuasse cum doaneriis illius doane usque ad dictum terminum.

Die vii februarii. Çvetano, Petro et Stepcho filiis Nicolai Hegulich de Çupana in minori consilio data fuit licencia, posse accipere a don Nicola de Ragnina unam possessionem in Çupana ad medietatem, cum illis pactis et condicionibus que illis videbitur.

Die viiii februarii. Radoslavus Çirabich in minori consilio factus fuit ad eundum ad Craynam.

Item in dicto minori consilio captum fuit, quod ponatur pena doaneriis novis perperorum x pro quolibet, quod non debeant dare aliquem denarium alicui sine licencia parvi consilii.

Çiucus filius Çivochne in minori consilio factus fuit scribanus super barcosio cuius est patronus Palenus.

Die x februarii. In consilio maiori *ball.* lxiii. Prima pars est, quod quilibet tam de Ragusio, quam de toto eius districtu et de Stagno, qui habebit de sepo in beccaria, solvere debeat ad pondus carnium de quolibet libra sepi, quod habebit in beccaria antequam moveat ipsum de beccaria comuni, pro doana follaros duos. Et si quis moveret dictum sepum suum de beccaria, antequam esset ponderatum per officialem super hec deputatum, et antequam solvisset dictam doanam cadat comuni de perpero i pro quolibet et qualibet vice, et amictat sepum. Et quod nullus possit extrahere de Ragusio sepum sine licencia parvi consilii, secundum antiquam consuetudinem. Et quod hoc incipiat a Paschate in antea; et quis accusabit aliquem contrafacientem habeat medietatem dicte pene, et alia medietas veniat ad comune. *Captum . . . (deest).*

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio incantandi doanam beccarie cum doana sepi, et ipsam delivrandi pro quanto eis videbitur conveniens cum hac condicione, quod ille qui emet solvere teneatur qualibet septimana, videlicet in die Veneris illud, quod sibi tanget ad solvendum pro qualibet septimana *Capt. per* LVII.

Prima pars est de faciendo unum nobilem hominem scribanum ad salinas Stagni. *Capt. per* LIII.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse mitti extra Ragusium pro I cancellario pro illo tempore et salario, quod videbitur eis. *Capt. per omnes.*

DIE XI FEBRUARII. In minori consilio. Mateho Frusini de Calamota captum fuit, quod ire debeat cum barchosio suo ad Valonam pro sale comunis, in pena perperorum C.

Petro de Lesna in dicto minori consilio facta fuit gracia, quod vadat in isto viagio in Apuleam secundum quod fuit nauliçatus; et completo dicto viagio, quod ire debeat cum suo barchosio ad Valonam ad cargandum de sale comunis, in pena perperorum C.

EODEM DIE. Volcoe Boroevich in dicto minori consilio se obligavit, de faciendo conduci Ragusium de Narento usque per mediam quadragesimam proximam staria C, sub pena grossorum III, pro quolibet stario; et conducendo habere debeat grossum I pro stario, die primo Marcii.

Dictus Volchoe conduxit staria LXXV furmenti, secundum relacionem Çiuchi Chamerlengi.

Çvetco Bogonovich in dicto minori consilio data fuit licencia posse extrahere de Ragusio miliaria duo sepi solvendo ius doane.

Blasio Radoani in dicto minori consilio data fuit licencia, posse extrahere de Ragusio miliaria tria sepi solvendo ius doane.

Çiucho staçionario data fuit licencia, posse extrahere de Ragusio libras C candellarum de sepo, solvendo ius doane.

DIE XIII FEBRUARII. In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit, quod accipiatur ad servicium comunis . . . quod petit ducatorum auri IIIIC in anno, quod melius fieri poterit ab illo precio inferius.

Item in dicto minori consilio captum fuit, de dando licenciam Medosio staçonario, posse extrahere de Ragusio libras IIIC sepi solvendo doane ius suum.

Item in dicto minori consilio captum fuit, de dando libertatem Martolo de Tudisio posse assumere ad salarium comunis magistrum Johannem de S. Sofia, pro ducatis IIIIC et domo inferius, quod melius poterit in anno.

Item in dicto consilio captum fuit, de dando libertatem dicto Martolo, posse assumere ad nostrum salarium unum bonum speciarium, qui sit bonus erbarius, et sciens conficere omnes medicinas necessarias prout debet quilibet bonus speciarius; qui non participet lucrum cum medico, et qui debeat tenere stacionem fulcitam de omnibus necessariis.

*

Item in dicto minori consilio captum fuit, quod mittantur Stagnum magistri petrarii ad fodendum gusternam.

Pribil filius Juroe in minori consilio factus fuit scribanus super barcosio cuius est patronus Milgostus de Ragusio.

Maroe de Çana . . . in barcosio Pasqualini de Calamota scribanus.

Helias . . . in barcosio Maroe Pripçich scribanus.

Dobroslavo Bogoevich, Milcho eius frater, Dymco Dumovich, Drusco eius frater de Çoncheto, in minori consilio data fuit licencia posse accipere a puncellabus s. Clare unam possessionem in Çoncheto, ad medietatem usque ad quartam generacionem, cum pactibus et condicionibus que partibus videbuntur.

Die xvi februarii. In minori consilio sono campane more solito congregato captum fuit, quod lignetum quod fit pro custodia . . . *(non)* debeat fieri longius illo, quod erat prius pass. i.

In consilio rogatorum *ball.* xxxiii. Prima pars est de mittendo lignum bancorum xx, cum hominibus xx de pede ad nostras *(expensas)* pro domino Petro Baduario Catarum, armatum ad duplum, et mittere ii homines nobiles *(qui debeant)* recipere ipsum, et iiii naurlerios, i maranganum et calefatum i. Et quod detur libertas domino rectori et parvo consilio, posse expedire istud lignum et ipsum fulcire; et de expensis necessariis . . . . pro euntibus providere et commissionem facere. *Capt. per omnes.*

In minori consilio ex auctoritate eis data ut supra captum fuit, quod dentur cuilibet homini de remo grossos vi.

Item captum fuit de accipiendo de Çupana homines xl, et in Chalafodio homines x, et in Starea homines xxx.

Ser Petrus de Prodanello, ser Andreas de Georgio ad caput galee iture Catarum pro domino Petro Baduario.

In minori consilio sono campane *etc.* congregato captum fuit, quod nullus permittatur ire cum galea nisi illi qui sunt scripti; et quod capetanei non debeant recipere in galea, quando fuerint Catari, nisi dominum Petrum Baduario cum arnesiis suis et familia; et quod Andreas cum iii vel v hominibus possit descendere in terram Catari ad recipere dictum dominum Petrum.

Die xxvi februarii. Marcus de Luchàro in minori consilio se obligavit facere, quod Milos Niculich faciet conduci Ragusium usque ad mediam quadragesimam proximam staria frumenti l in pena grossorum iii pro stario, et faciendo conduci habere debeat grossum i pro stario a comuni.

Stephanus filius . . . factus fuit scribanus super barchosio cuius est patronus Maroe Bochdani de Calamota.

Die xxvii februarii. In consilio maiori *ball.* lxviii. Rector mensis Marcii: Petrus de Prodanello *ball.* xxxviiii remansit.

Advocatus: de Bona.

Iusticiarius: Mençii de Mençe.

Camarlengarius: *(Bla)*sius de Saracha.
Supra portum: Climoe de Gleya.

Die xvii marcii. Marinus de Benessa, Mylosius Sylegovich in minori consilio sono campane more solito congregato facti fuerunt tutores filiorum condam Ivani aurificis iuxta Ticoçium aurificem et Stoycum Staçonarium.

Procuratoribus sancte Marie in dicto minori consilio data fuit licençia, posse facere renovari et aptari portas ecclesie s. Marie maioris.

Item in dicto minori consilio concessum fuit domino Petro Baduario, posse nauliçare barcosium Climçe pro illa parte que fuerit necessaria pro se et familia sua et suis arnesiis, et residuum barcosii habeat Çiuchus de Poça et Çiucus de Volçe pro suis mercatoribus.

Item in dicto minori consilio captum fuit, quod quicumque debet dare doane maiori cui erit tempus ellapsum, debeat solvisse hinc ad diem Martis proximum per totam diem sub pena ordinata.

Die xx marcii. Unuçe de Buçignolo in minori consilio sono campane *etc.* congregato factus fuit scribanus salinarum.

Item in dicto minori consilio captum fuit, quod de milliario tufforum necessariorum pro gusterna illius maris, ad faciendum ipsas portari ad locum, dari debeant illis salmeriis a perp xii inferius, quod melius poterunt officiales. Et si illi a salmeriis non vellent apportare dictos tuffos de voluntate pro illo precio, quod precipiatur eis ut portent pro illo precio.

Item captum fuit, quod detur illi de Spaleto pro farina quam habet, si vult ipsam in Ragusio discargare, ad vendendum in fontego, a grosso i inferius pro stario.

Die xxxiii marcii. Pale de Tornado factus fuit scribanus super barcosio cuius est patronus . . . qui iuravit.

Die xxv marcii. In consilio maiori *ball.* lx. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum posse augumentare precium salis, quantum eis videbitur racionabile. *Capt. per* lv.

Eodem die. In consilio rogatorum *ball.* xxxviii. Prima pars est de augmentando precium salis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de vendendo modium salis gross. vi ad mensuram parvam consuetam. *Capt.*

In minori consilio captum fuit, quod quicumque debet habere a Blasio Matarango, qui sunt in Ragusio debeant venire ad cancellariam, et ad dandum pignum pro navigium, quod mitti debet ad accipiendum frumentum, quod ipse dare vult in pagamentum. Et qui non veniet usque ad tres dies, ens in Ragusio et non dederit pignum, non habeat partem illius grani, quod habebitur.

(Margini adscript.) Bampnitum per Allegrinum.

Milos Sason cum Ticoçio se presentaverunt et dederunt naffum I in pignore.

Ticoçius se presentavit pro se et pro Dobrelo factore suo et dicti Milosii, et dedit naffum I.

Çvetcus staçonarius se presentavit et dedit cadiçam I in pignore. Dixit se debere habere ducatos LXXV.

Pauluçius speçiarius pro se et pro Margo de Trepagna se presentaverunt, qui debent habere duc. IIIC et I velam et alias res.

Item presentaverunt ser Andreas de Georgio, Giuchus procurator Ivani Ogreya, Jonçe, Dobrosclavus Druganovich, — Sestanovich, Maroe de Gobelo etc.

Die XXVIIII marcii. In minori consilio captum fuit, quod perperi VIIIC quos Paulus de Baraba solvit Paulo çephalie de Canali, nuncio comitisse condam comitis Voyslavi pro tributo comercli . . . . mensis proxime preteriti, quod ipse Paulus habere debeat ad salem de primis denariis, extractis ducatis IIICL auri, qui debent mitti ad Valonam, et naulis et denariis necessariis pro salinis.

Die XXX marcii. In maiori consilio *ball.* LXVI. Georgius Jacobi de Georgio *batl.* XL remansit rector mensis Aprilis.

Terminus statuti loquentis infra, quot dies debeant presentari testem, quod ille terminus non preiudicet testamento Petri de Petragna, quod non scitur nec scit, donec Theodorus cancellarius veniet Ragusium, infra unum mensem. *Capt. per omnes.*

Arbitrium rectori et parvo consilio posse facere unum istrumentum notarile tutoribus Nixe de Luchari de eo, quod restant ad habendum a comuni, dando eis de proficuo quinque pro centenario. *Capt. per omnes.*

Eodem die. In minori consilio fratribus predicatoribus facta gracia, posse conducere de Stagno pro suo usu usque ad quinqua IIC vini.

Die III aprilis. Petrus de Çereva per tesseram loco rectoris Georgio de Georgii, in quistione Dymitrii de Benessa cum Marino Junii de Mençe.

Libra carnium castrati vendi possit foll. XII per totum terminum mensis aprilis; et per totum mensem Madii foll. VI. Et aliarum carnium pro racione.

Dymcus advocatus comunis.
Giucus de Poça supra gectum cere.
Petrus de Bauxela rogatorum.
Marinus de Slavçe rogatorum.

In consilio rogatorum *ball.* XXXVI. De donando generali veneto in hiis rebus que videbuntur domino rectori et parvo consilio a perperis XXX inferius. *Capt. per* XXXI.

Die vii aprilis. In minori consilio Palus de Baraba loco rectoris Georgii de Georgio in questione Dimchi de Benessa cum Marino de Mençe et pitropis Domagne de . . .

Die viii aprilis. Marcho de Baseyo licencia posse ire Catarum pro suis serviciis et stare ibi usque ad sanctum Michaelem proximi Septembris.

Petrus de Çereva loco rectoris in questione Benessa cum procuratoribus S. Marie et domine Perue de Goçe.

Quod Mauri debeant recesisse de Ragusio et toto eius districtu usque ad diem Lune prox. vent. per totam diem, in pena frustrandi.

Die xviiii aprilis. Alegrinus preco comunis de mandato domini rectoris ser Georgii de Georgio gridavit in locis solitis, quod nullus consiliarius de consilio rogatorum audeat hodie recedere de Ragusio, sed debeat venire ad consilium rogatorum, quando pulsabitur, sub pena perp. v pro quolibet.

Eodem die. In consilio rogatorum *call.* xxxvi. Prima pars est de denegando Sencho peticionem quam facit civitati. *Capt. per* . . .

Prima pars est de denegando per litteram. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod consilium minus debeat facere scribi litteram mittendam Sencho, cum pulchrioribus verbis que videbuntur, denegando peticionem suam.

Prima pars quod Lone Clementis de Dersa rasectur in minori consilio propter litteram quam misit Venecias. *Capt. per* xxxii.

Procurator sancte Marie: Johannes de Bona *ball.* xlv.

Die xxiii aprilis. In minori consilio de mutuando Give de Sagotino per nunc usque ad duc. xx de denariis comunis, dando bonum pignus, secundum partem captam per maius consilium, ut prosequatur iura sua contra Spalatenses. (Die xxv dicti mensis, dictus Give dedit suam fideiussionem pro istis ducatis viginti Lucam Dobroevich).

Eodem die. Ser Petrus de Çereva loco rectoris in questione Jachusse Saçini de Bonda cum Andre de Binçola.

Eodem die. In consilio maiori *ball.* lxii. Libertatem rectori et parvo consilio posse dare illi navigio de Fano, quod habet staria viiic de grano et farinam, ad grossum pro quolibet stario ut discarget ipsum in Ragusium ad vendendum. *Capt. per* lxi.

Rector mensis Madii: remansit ser Michael de Babalio *ball.* xlii.

Capitaneus Tresteniçe: Ser Blasius de Luca *ball.* xliii. (Reversus fuit die xxiii Junii).

Suprastantes salinarum et laborerii Stagni a modo in antea non possint extrahi ad aliquod aliud officium. *Capt per* lviiii.

Die xxiiii aprilis. In minori consilio. Ser Paulus de Baraba loco rectoris ser Georgii de Georgio, in questione Benesse de Benessa contra Slavchum de Marino de Slavi.

Mataracio de Ancona pro stariis CL frumenti. quod exonerabit in Ragusio grossum medium pro quolibet stario.

DIE ULTIMO APRILIS. In minori consilio. Rector cum parvo consilio precepit Marini de Mençe, Junio de Bona et Marino de Benessa salinariis, quatenus ab hodie in antea non debeant dare alicui aliquem denarium de sale, nisi illi de Çamagno et naulis.

DIE III MADII. In minori consilio. Jacobo de Gondola licencia, quod possit ire Catharum pro factis suis et possit stare in viagio diebus XV.

Tomcho de Gallo et tutoribus suis licencia, quod possint emere unam domum usque ad perp. IIIC pro dicto Tomcho.

DIE V MADII. Per rectorem et parvum consilium preceptum Mate de Bodaça quatenus usque ad diem Dominicam prox. per totam diem debeat recesisse de Ragusio ad comitatum insularum in pena perp. XXV (recessit die VIIII Madii — die XVIII Decemcris reversus fuit de comitatu.)

DIE VI MADII. In consilio maiori *ball.* LXIII. Arbitrium rectori et parvo consilio et consilio rogatorum, quod si eis videbitur, possint providere de meliori custodia in Stagno, per illum modum qui videbitur eis, pro conservacione dicti loci, sicut maius consilium facere possint. *Capt. per* LXII.

De confirmando Petrum barberium pro uno anno cum pactis et condicionibus et salario consuetis. *Capt. per omnes.*

Arbitrium rectori et parvo consilio posse assumere I alium barberium ad salarium communis, cum illo salario *etc.* qui videbitur eis. *Capt. per* LVI.

Arbitrium rectori et parvo consilio posse providere magistro Francischo physico, qui in ista infirmitate ivit medendo infirmis Ragusii. *Capt. per* LXII.

In consilio rogatorum *ball.* XXXI. Prima pars est de mittendo II nobiles homines ad custodiam Stagni iuxta comitem pro diebus XV. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mittendo III homines de populo cum ligno Stagnum, videlicet II nauclerios, et I patronum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando II nobilibus pro quolibet die, ambobus grossos V. *Capt. per* XXIIII.

Prima pars est de dando III hominibus de populo in die pro quolibet grossos III. *Capt. per omnes.*

(Nobiles homines iuxta comitem Stagni) Ser Benessa de Benessa *ball.* XXIII — Ser Martinussius de Proculo *ball.* XXI.

DIE XI MADII. In Christi nomine Amen. Nos Michael de Babalio rector Ragusii cum parvo consilio ex autoritate nobis data a maiori consilio, committimus vobis Martinussio de Proculo et Benesse de Benessa, nobilibus et dilectis civibus nostris, quod in nomine domini et s. Blasii, debeatis ire pro parte nostra et pro tota terra Stagnum, et cum eritis in

dicto loco, debeatis adinsemblare vos cum comite Stagni. Et debeatis esse ad invicem cum comite, capitanei et caporales tocius gentis de Stagno et de Punta, ad faciendum bonam custodiam ad custodiendum Stagnum cum Punta. Et secundum habebitis nova exercitus ita debeatis multiplicare et adminuere homines custodie, ut faciatis bonam et solicitam custodiam pro salvamento illius loci. Et de omnibus novis que scietis debeatis nobis notificare Ragusium. Et non debeatis recedere de Stagno propter venire Ragusium, donec vobis scribemus, quod debeatis venire Ragusium et habebitis vestrum scambium. — Et lignetum nostrum semper debeatis facere navigare per illud mare pro salvamento illius loci. Et faciatis, quod dictum lignetum usque ad bocham Narenti versus Spaletum et usque ad Usinos. Et tam de gentibus Stagni et Punte, quam de qualibet alia gente insularum que vobis mittetur in Stagnum, debeatis precipere et ordinare totum illud quod erit salvamentum illius loci, et noster honor. Et debeatis mittere continue spias ad exercitum propter habere nova de exercitu, que nova vos scribetis Ragusium.

Lett. Comm. Lev. 1359—1380. fol. 60.

Die vi madii. In minori consilio. Magistro Francischo physico provisio de denariis comunis pro beneficio, quod ipse fecit visitando infirmos, ducatos auri xv.

Die x madii. In minori consilio. Ser Nicole de Çavarnigo licençia posse accipere a capitulo s. Marie in Ombla passus xvi per longum et per amplum de terra, pro grossis iiii in anno, cum pactis et condicionibus que partibus videbuntur; que terra extimata fuit per Blas. de Grede et Petrum de Çereva non valere plus.

Die xi madii. Maroe de Çona scribanus in barchosio Juroe Marcovich de Calamota, quod vocatur sanctus Antonius. Qui Maroe iuravit.

Die xiii madii. Maroe de Perviça scribanus super barchosio cuius est patronus Dobrosclavus Chocatelo.

Die xiiii madii. Quod nemo audeat tenere in becharia aliquod pondus nisi librarum x, et libr. v, et libr. i, et libr. $^1/_2$.

Bampnitum per Allegrinum.

In consilio rogatorum *ball.* xxxiii. De mittendo Stagnum de hominibus insularum omnium nostrarum. *Capt. per* xxxii.

De mittendo Stagnum de Çupana, Calafota et Calamota homines xxx.

De Melita et de Lagusta homines xxv pro qualibet insula.

Penam cuilibet dictarum insularum qui esset inobediens ad eundum. *Capt. per omnes.*

De dando cuilibet homini (dictarum Insularum qui mitteretur Stagnum) in die libram i$^1/_2$ de biscocto et tercium i de vino in xii.

De mittendo ad Melitam et Lagustam i nobilem hominem pro dictis hominibus.

De dando ordinem signorum in Stagno et in insulis si fuerit opportunum.

Ser Joh. de Bauxela ad eundum ad Melitam.

Die xviii madii. In consilio maiori *ball.* lxi. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio cum consilio rogatorum, posse recipere dominum banum Tuertcum de Bossina, et eidem facere dona. Et mittere ad ipsum ambaxiatores cum illa ambaxiata que eis videbitur. Et posse ponere penam illis qui fuerint ellecti ambaxiatores, et invenire denarios necessarios pro dictis donis et pro expensis et pro expedicione dicte ambaxiate, et facere omnes alias expensas, que fuerint opportune circa ista facta, sicut maius consilio facere possit in servicio Senchi. *Capt. per* lviii.

In consilio rogatorum *ball.* xxxiiii. Prima pars est de mittendo ambaxiatam ad dominum banum Tvertcum de Bossina. — *Capt. per omnes.*

De mittendo ii ambaxiatores. *Capt. per omnes.*

De augumentando penam ultra statutum. *Capt. per omues.*

De ponendo penam perperorum c pro quolibet illis qui fuerunt ellecti ambaxiatores, quod vadant et nulla excusacio valeat si vadunt per plateam. *Capt. per* xxxi.

Quod ire debeant ambaxiatores ad dominum banum usque in Geçcham et Chelmum.

De dando dictis ambaxiatoribus equos xii, famulos sex et homines un de pede, et expensas necessarias pro ipsis et pro equis et famulis. *Capt. per omnes.*

Ambaxiatores ituri ad dominum banum; Ser Blasius de Grede. *ball.* xxxviiii — Ser Andreas de Binçola *ball.* xx.

Arbitrium domino rectori et parvo consilio posse obligare bechariam thesaurariis sancte Marie pro illis denariis quos mutuabunt comuni, et facere cartam . . .

De ponendo in commissionem ambaxiatoribus, quod debeant tentare pacem inter banum Tvertcum et Volchich eius fratrem.

In minori consilio. Ser Jacob de Sorgo et ser Joh. de Grede extimatores equorum ambaxiate.

Eodem die (xviii madii). In consilio rogatorum *ball.* xxxvii. Quod commissio facta bene stat.

Arbitrium domino rectori et parvo consilio, quod si Sencus venerit Ragusium, quod possint sibi providere de domo et de expensis. — *Capt. per omnes.*

Quod suprascripti ambaxiatores debeant recesisse de Ragusio cras usque ad mediam diem in pena perperorum c. *Capt. per omnes.*

Die xx madii. In minori consilio. Blasio de Mençe et Helie de Bonda olim dohaneriis post prandium venire debeant cum quaternis dohane ad exigendum debita dohane sub pena de perp. v pro quolibet.

In consilio rogatorum. Provisores Stagni: Helias de Bonda *ball.* xvm .— Andreas de Ragnina *ball.* xvm.

Capitanei C. hominum: Ser Blasius de Babalio, ser Paulus de Sorgo.

In consilio rogatorum *ball.* xxxv. Prima pars est de mittendo lignum ad Slanum pro domino bano Tvertcho, et barchas prout misit dicendo. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de respondendo domino bano Tvertcho ad ea que misit dicendo per Pauluscum, scribendo nostris ambaxiatoribus qui debent respondere.

Prima pars est de armando lignum ad duplum de hominibus insularum.

Prima pars est de mittendo IIII nobiles homines ad recipiendum dominum banum.

Isti IIII remanserunt ad eundum cum ligno ad recipiendum dominum Tvertchum: Ser Georgius de Georgio *ball.* xxxIIII — Ser Marinus de Goçe *ball.* xxx — Ser Jacobus de Sorgo *ball.* xxi — Ser Grube de Mençe *ball.* xx.

Isti III facti fuerunt ad inveniendam pecuniam: Ser Nicola de Çavarnico — Ser Johannes de Grede — Ser Johannes de Bona.

In minori consilio pena hominibus LXXX insularum, quod veniant ad eundum cum ligno, de perp. x pro quolibet.

Comitus ligni: Nixa de Ponte.

In consilio rogatorum *ball.* xxxIII. Prima pars est de accipiendo denarios Logofeti in comune, quos habent epitropi condam Milçe de Povrescho. *Capt. per* . . .

De armando galeam maiorem pro aducendo dominum banum ad civitatem Ragusinam. *Capt. per* . . .

Parvum consilium debeat facere expenditores qui facient expensas pro domino bano.

De donando Sencho Casneç par unum fornicum vestium de panno cincto in lana, prout videbitur parvo consilio.

In parvo consilio. Expenditores facti fuerunt: Dimchus de Benessa, Junius de Grede, Matehus de Georgio, Blasius de Sorgo.

In consilio rogatorum *ball.* xxxIII. De obligando comune Ragusii ad restitucionem ducatorum auri MCLXXII, quos ipsum comune recipit mutuo de denariis Logofeti. *Capt. per omnes.*

In consilio rogatorum *ball.* xxxIIII. De respondendo Cierep filio Ragutoe, quod ipse non apportavit litteras credenciales a dicto domino bano (Stephano), prout solent ambaxiatores dominorum apportare; et quod non possumus respondere ad verba ipsius. *Capt.*

Die xxIIII madii. In consilio rogatorum *ball.* xxx. De accipiendo mutuo de denariis quos habent camerarii comunis duc. LXI et ipsos restituere de primis denariis pro solvendo naulum ili de Fano . . . . de sale de Valona. *Capt.*

De dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse respondere Çagno ambaxiatori illorum de Balsa, per pulcriorem modum qui videbitur eis, denegando in totum peticionem suam. *Capt.*

Mateus de Georgio ad çecham.
Symeon de Bona Camarlengus.

Die xxiv madii. In consilio rogatorum *ball.* xxxvi. De scribendo ambaxiatoribus nostris sicut diximus. *Captum.*

Die xxvii madii. In consilio rogatorum *ball.* xxxv. Arbitrium expenditoribus quod debeant emere de napis quot fuerint necessarie pro apparamento domini bani Tvertchi Bossine. *Capt.*

De faciendo venire Stagnum ressiduum gentium Punte. *Capt.*

De faciendo venire Mate de Baseio ad standum in camara ubi stabat Blasius de Morino. *Capt*

In consilio maiori *ball.* lxi. Rector mensis Junii: Ser Grube de Mençe *ball.* xxxv remansit.

Die xxvii madii. In consilio rogatorum *ball.* xxx. De fulciendo galeas de armis, quot fuerint necessaria pro gentis . . . *Capt.*

Quod quilibet de Ragusio possit portare arma. *Capt.*

Die xxviii madii. In consilio rogatorum *ball.* xxxi. Quod sicut galea ire debebat ad Slanum pro domino bano, nunc ire debeat ad civitatem veterem. *Capt.*

De ponendo penam illis qui sunt scripti, quod vadant ad associandum dominum banum Tvertcum de Bossina, si veniet Ragusium. *Capt.*

De ponendo penam predictis de perperis x *(cassum).*

De perperis v. *Captum.*

Die xxviiii madii In consilio rogatorum *ball.* xxxiiii. Libertatem domino rectori et parvo consilio posse mittere pro galeis, si exercitus domini bani veniet. *Captum.*

De faciendo ii capitanei generales supra totam gentem nostram, qui durare debeant donec stabit exercitus bani Bossine. *Captum.*

Quod isti ii capitanei generales cum domino rectore habeant libertatem, possendi dare ordinem pro custodia et deffensione civitatis, non mittendo gentes extra civitatem. Et quod possint ponere penam et penas de havere et de persona. Et hec pars durare debeat, donec stabit iste exercitus iuxta nos. *Captum.*

Quod si iste exercitus veniret ad accipiendum animalia que sunt iuxta muros, quod possint deffendi de muris civitatis. *Capt. per* xxxiv.

Remanserunt capitanei generales modo suprascripto: — Ser Johannes de Gondola *ball.* xxvi — Ser Marinus de Mençe *ball.* xx.

De donando domino bano Tvertcho. *Capt.*

De donando dicto domino bano ducatos auri vc, illis rebus qui videbuntur domino rectori et parvo consilio.

Libertatem domino rectori et parvo consilio possit obligare illis a quibus emerentur res donande domino bano, illam gabellam quam creditoribus videbitur, vel in gabella vini, vel in doana maiori, vel ad salem,

non rumpendo ordinem alicui qui sit scriptus debere habere ad aliquam dictarum doanarum in anno proximo futuro a sancto Michaele in antea. *Capt. per* xxxii.

Blasius de Sorgo ducatos clxxxviiii, quos vult ad doanam vini prox. venientem.

Die xxviiii madii. In minori consilio. Nixa de Gondola, Andruschus de Sorgo, et Luxa de Bona facti fuerunt ad eundum dona fienda domino bano bosnensi.

Ser Nicola de Çavernicho et ser Jacobus de Mençe facti fuerunt capitanei simul cum Blasio de Babalio et Paulo de Sorgo.

Ser Benessa de Benessa factus fuit socius Blasii de Mençe domini de nocte.

Ser Martinussius de Proculo factus fuit dominus noctis loco Matei de Georgio.

Isti facti fuerunt ad tractandum concordium inter dominum banum Tvertcum et eius fratrem iuxta dominum comitem, quando poterit interesse: Ser Marinus de Goçe *ball.* xxiv — Ser Johannes de Bona *ball.* xxxii — Ser Johannes de Gondola *ball.* xxxii.

In consilio rogatorum *ball. (desiderantur).* De accipiendo denarios vendicionis domus quam emit Nicola Georgii de Caboga, mutuo pro solvendo tributum Stagni domino bano Bossine, et facere sibi cartam vendicionis extrahi a Notaria.

Die ultimo madii. In consilio rogatorum *ball.* xxx. De respondendo peticioni domini bani Tverchi de Bosna.

De confirmando omnes consuetudines consuetas pro tempore retroacto et amicicias inter banos Bosne et nos, cum isto domino Tvertcho bano Bosne, reservato semper honore domini nostri regis Hungarie et iurarum pro tota civitate. *Capt. per omnes.*

Die primo mensis junii. In consilio rogatorum *ball.* xxx. De accipiendo compromissum faciendi pacem et concordium inter magnificos et potentes dominos Tvercum et Stephanum banos Bossine. *Captum per omnes.*

Die ii junii. In minori consilio de affrancando animalia, que cepit Mathe de Ragnina in possessione sui fratris, prope muros civitatis.

De dando cuilibet famulo tam equestri quam pedestri illorum, qui associaverunt Blasium de Grede et Andream de Binçola, qui iverunt ad dominum banum Bosne, gross. xviii.

Die iii junii. In consilio minori. Ser Paulus de Sorgo loco rectoris, ser Grube de Mençe in questione Marini de Mençe fratris sui, cum tutoribus heredum Vite de Resti.

In consilio rogatorum *ball.* xxxvii. De scribendo domino bano Stephano per unum cursorem ad sciendum suam voluntatem supra trac-

tatu pacis fiende inter ipsum et suum fratrem, prout fuit arrengatum. *Capt. per omnes.*

De respondendo domino regi Rassie Volchassino per nostras litteras, prout fuit arrengatum. *Capt. per omnes.*

De licenciando illos qui fuerunt cum nostra galea, quod vadant ad domos suas. *Capt. per omnes*

Libertatem domino rectori et parvo consilio, quod possint licenciare illos. qui sunt in custodia Stagni, si habuerint bona nova et illis videbitur et placebit *Capt. per omnes.*

Jacobus de Sorgo advocatus comunis.

Die iii junii. In consilio maiori *ball.* lxii. Arbitrium domino rectori et parvo consilio posse accipere si videbitur eis, tot denarios quot sunt necessarii pro solvendo salem emptum per Bochdassam de Branota pro comune, assignando illis a quibus acciperetur per nos denarios salis qui vendetur, extractis primo denariis necessariis pro laborerio gusterne et salinarum Stagni, et naulis et bastasiis. *Capt. per* lv.

Arbitrium domino rectori et parvo consilio posse assignare procuratoribus sancte Marie in qua doana voluerint, tot denarios quot fuerint accepti ab ipsis, pro solvendo tributum Stagni domino bano. *Captum per* lxi.

Die predicto. Braianus Osrisich de Drina, Radich Clapçinovich peliparius facti fuerunt cives Ragusii. Qui iuraverunt fidelitatem.

De accipiendo mutuo ab epitropis condam Marini de Bona, de argento quod fuit dicti Marini, ducatos auri iiclxxx.

Die iii junii. In consilio rogatorum *ball.* xxxvii. De respondendo domino bano Tvertcho per modum qui fuit arrengatum. *Capt. per omnes.*

De faciondo tres nobiles homines, qui provideant super hiis que arrengata fuerunt. *Capt. per* xxxiv.

Ser Johannes de Gondola, ser Marinus de Goçe, ser Johannes de Bodaça dicti iii nobiles.

In consilio minori. Pro tractis et piscatoribus qui piscati fuerunt pro domino bano Bosne, captum fuit et firmatum de dando perp. x.

Die vii junii. In consilo minori. Milchus factus fuit portarius portae Pilarum.

Paulus de Picurario factus fuit extimator dampnorum insularum.

De mittendo domino bano Stephano.

Si epitropi Marini de Bona non dederint clavem casselle argenti que est in thesauraria pro recipiendo debitum condempnacionis, quod ipse Marinus dare debuit comuni usque ad meridiem . . . . quod debeat defigi fora dicte casselle et aufferri argentum pro solucione dicti debiti ipsius Marini.

Die viii junii. In minori consilio. De francando illos qui missi fuerunt ad custodiam et defensionem Stagni, quod vadant domum, et quod fiat solumodo custodia consueta.

Die x junii. In minori consilio de precipiendo Luxe de Bona sub pena de perperis xxv, ut usque ad horam vespertinam debeat presentasse omnes claves casselle argenti condam Marini de Bona que est in thesauraria; cui Luxe fuit factum die predicto de mane dictum preceptum per dominum rectorem ser Grube de Mençe.

Nicola de Mençe, Andreas de Georgio officiales supra bladum et farinam rusticorum Staree.

Paulus de Sorgo loco rectoris domini rectoris ser Grube de Mençe in questione quam movere intendit Boscus de Rissa domino rectori, et in questione quam movere intendunt procuratores sancte Marie Marcoçio de Lucaro.

Die xviii junii. In minori consilio. Domino Guidoni olim vicario domini archiepiscopi, per me Theodorum, de mandato parvi cousilii, fuit dictum, quod a modo non debeat deliberare salarium, quod sibi dabat comune Ragusii.

Die xviiii junii. In consilio maiori *ball.* lxvii. Comes Laguste: Ser Mate Mençii de Mençe *ball.* xxxviii.

Capitaneus illius maris: Ser Margus de Trepagna *ball.* lvii qui recessit die vi mensis Julii de sero.

Arbitrium domino rectori et parvo consilio posse delivrare doanam becharie de Stagno cum sepo cum illis modis et condicionibus, cum quibus vendita est doana becharie Ragusii cum sepo. — *Captum per* lxv.

In consilio rogatorum *ball.* xxxiii. De scribendo Stephano de Georgi et Nico de Bube super facto mercatorum dampnificatorum per Blasium Matarango, prout melius videbitur domino rectori et parvo consilio. *Capt. per omnes.*

Die xxiii junii. In minori consilio. Sylvestro de Macedauro data fuit licencia posse ire Stagnum pro viii diebus eundo, stando et redeundo.

Illi de Tragurio facta fuit gracia, posse extrahere de Ragusio milliaria cupporum v.

Die xxv junii. In minori consilio. Lobote fuerunt promissi ad dandum gross. ii pro qualibet barcha aque quam aducet, qui debet aducere de aqua donec erit opportuna et videbitur domino rectori et parvo consilio.

Fratribus minoribus conventus sancti Nicolai de Bosna captum fuit, de dando brachia c rassii pro ipsorum tunicis.

De precipiendo patronis barchosiorum, quod vadant Oldrinum pro palis pontis preparandi.

Die xxviii junii. In minori consilio. Hemanuel grecus pictor factus fuit civis Ragusii, qui iuravit et debet habere a comuni yperperos x in anno habitando Ragusii continue et tenendo stacionem pro arte sua.

Die xxviiii junii. In maiori consilio *ball.* lx. Rector mensis Julii: Ser Jacobus de Sorgo *ball.* xl remansit.

Graciam magistro Christoforo phisico, quod possit ire pro factis suis pro mensibus ii, postquam venerit alter magister physicus, non lucrando soldum. *Capt. per* xlv.

De accipiendo a geto cere pro gusterna Stagni perp. c.

In minori consilio. Quod alia pars fondegi comunis debeat abati.

Die primo mensis julii. In minori consilio. — Maslovich, — — eius filii, — — filii dicti Çieriep facti fuerunt cives Ragusii. Qui Çieriep pro se et pro filiis suis et pro patre suo et fratre iuravit fidelitatem.

Die iii julii. In minori consilio. Caloiaris gracia de miliariis iiii cupporum, quod possit extrahere sine solucione alicuius doane.

Die vi julii. In maiori consilio *ball.* . . . (?) De faciendo homines nobiles in comitatu Brenj . . . —

De faciendo comites Staree pro mensibus vi. *Capt. per* xxx . . . (?) Qui fuit menses vi non possit esse in dicto officio usque ad alios menses sex proximos. *Capt. per* . . .

Eodem die. In consilio rogatorum *ball.* xxxiii. Quod littere quas apportaverunt caloiari a domino imperatore Sclavonie pro tributo Stagni de anno preterito sunt sufficientes, et denarii dentur eis ad illum terminum qui videbitur domino rectori et parvo consilio. *Captum per omnes.*

In consilio minori. Nicolao speçiario de donando perperos xxx in anno pro afflictu staçionis speçiarie, quam debet tenere cum condicione, quod non debeat recipere aliquam staçionem speçiariorum qui sunt ad presens in Ragusio.

Ser Andreas de Binçola, ser Junius de Grede, ser Blasius de Mençe provisores ad providendum de salario, modo et condicione cum quibus debet esse comes Breni, et ad ducendum ad istud consilium; quam provisionem debeant fecisse usque per totum diem Veneris pr. fut.

De precipiendo omnibus navigiis, quod a modo in antea venirent ad portum Ragusii, que non erunt nauliçata, quod quidlibet faciat ad unum viagium in Stagnum pro sale comunis educendo Ragusium. Et similiter quod omnes barche insularum ire debeant pro sale Stagni.

Carnes castratine debeant vendi libr. follaris vi totum presentem mensem, et alie carnes per racionem.

Die vii julii. In consilio maiori *ball.* lxv. De calando precium salis ad gross. iii modium. *Capt. per* lxi.

In consilio rogatorum *ball.* xxxv. De dando illi homini qui mittetur ad recuperandum mercaciones, expensas secundum consuetudinem antiquam, dando . . . in camara. *Capt. per* xxxiiii.

Quod ponatur pena perperorum c Nixe Buchane, quod vadat per planinas ad Vlacos denunciando eis, quod salmam salis calavimus ad perperum i.

Die viii julii. In minori consilio. De dando cuidam nobili homini hungaro nunc existenti Ragusium, a perperis x inferius in denariis.

Die xiii julii. In maiori consilio *ball.* lxiiii. Ista est provisio facta per nobiles et circumspectos viros ser Blasium de Mençe, ser Andream de Binçola et ser Junium de Grede super facto comitum Astarie.

1. In primis quod comes Breni habere debeat pro vi mensibus perp. cxx; qui teneatur habere in suo comitatu unum equum et duos famulos; et nullo modo audeat venire Ragusium sine licencia parvi consilii, sub pena de perperis xxv pro qualibet vice qua contrafecerit, et possit elligi ab omni officio.

2. Item quod minus consilium non possit illi dare licenciam veniendi Ragusium a festo s. Marie de Augusto usque per totum mensem Septembris.

3. Et qui veniet Ragusium et stabit in alio tempore, non possit delibare salarium.

4. Et teneatur ad minus uno die in septimana ire et stare per Çonchetum ad faciendum iusticiam (sub pena perp. xxv).

5. Et possit iudicare de mobili et senterciare solum cum statuto Ragusii, omnem questionem que oriretur inter rusticos sui comitatus; qui rustici possint appellari ad dominium Ragusii si senserint se gravatos.

6. Et possit iudicare homines sui comitatus in maleficiis factis cum manu vacua, et de iniuriis, cum forma statuti Ragusii. Et de aliis maleficiis factis in suo comitatu debeat intromittere malefactores et mittere ad dominium Ragusii.

7. Et faciendo suum officium, ut obbediatur, possit ponere penam de perp. v inferius hominibus sui comitatus.

8. Et debeat exigere omnes penas quas ipse poneret, quas si non exigeret absque iusto impedimento, debeant sibi abbatti dicte pene in suo salario.

9. Comes Ombole debeat habere pro sex mensibus pro salario perperos c, et debeat tenere duos famulos, et debeat ad invicem una die de septimana ire et stare in Malfo, et una alia in Gravossio. Et debeant habere omnes alias condiciones quas habet comes Breni.

Comes Breni: Ser Georgius de Bodaça *ball.* xxxiiii, qui ivit ad comitatum die Veneris xxvi Augusti.

Comes Omble: Ser Baye de Bataça *ball.* xlviiii.

Die xiii julii. In consilio rogatorum *ball.* xxxii. Prima pars est, quod proferatur et detur imperatori Sclavonie tributum anni proxime preteriti de s. Dimitro. *Capt. per omnes.*

In consilio minori. Maroe filius Thome de Viciano, sono campane more solito congregato, absolutus fuit a potestate et subiectione tutoris, et quod a modo in antea possit libere facere et exercere facta sua tanquam pater familias et sui iurii.

Magistro Bartholomeo ciroyco salariato comunis Ragusini, in minori consilio captum fuit, quod scribantur ei ad gabellam vini pro parte solucionis salarii sui huius anni presentis, ducati centum.

In consilio rogatorum *ball.* xxxi. Prima pars est de dando illi ambaxiatori, qui eligetur ad eundum ad domioum b(anum) Bosne, vi equos et famulos iii ad equum et iii de pede.

Prima pars est de dando de salario ambaxiatori eligendo de salario perp. c. *Captum.*

Prima pars est de dando dicto ambaxiatori quolibet die pro expensis suis, famulorum et equorum gross. xxx. Ambaxiator: ser Blasius de Grede *ball.* xxiii, qui iuravit.[1]

Prima pars est de dando in commissionem ser Blasio de Grede nostro ambaxiatori, quod debeat ire in Stagnum et ibi debeat expectare responsionem Semchi. Et si Semchus voluerit, quod dictus Blasius vadat ad eum, debeat ire ad illum locum et cum illo ordine, prout dictus Semchus sibi mittet dicendo. Et habita intencione formali ipsius Semchi, si iverit ad ipsum, vel si ipse Semchus noluerit, quod vadat ad ipsum per suas litteras vel specialem nuncium ipsius Semchi debeat ire ad dominum banum Bosne; et per pulcriorem modum, quem sciverit et potuerit, debeat tractare et firmare pacem et bonam concordiam inter ipsos, dominum banum et Semchum, ostendendo raciones et argumenta utrique parti, quomodo pax et concordia erit ipsis honorabilis et fructuosa; et quod dominus banus recipiendo dictum Semchum in suam fidelitatem, faciliter poterit facere vindictam de vituperio, quod sibi fecit çuppanus Nicolaus. Et in premissis et circa premissa acuendo suum intellectum et taliter arguendo, quod animos ipsorum dominorum bani et Semchi, possit inclinare et inducere ad concordiam et bonam pacem. Pro qua pace et concordia firmanda inter ipsos, recipiat sacramentum ipsorum in suis manibus nomine nostre civitatis. Tamen si ipsi, vel alter ipsorum, vellent, quod civitas nostra fideiuberet inter ipsos pro dicta pace et concordia firmiter optinenda et non contrafaciendo, dicat et excuset se, quod non habeat commissionem de ista fideiussione, arguendo quod non posset esse firma fideiussio civitatis inter ipsos, si ipsi vellent frangere pacem. Et nullo modo debeat impedire civitatem per fideiussionem inter ipsos; verumptamen si dominus banus omnino vellet, quod si Semchus non observaverit sibi fidelitatem prout promittet, de qua observancia constaret nostre civitati, quod in casu, quod exercitus dicti domini bani vel suorum baronum persequeretur eum sua gente, quod non recipiamus illos inter in nostram civitatem: hoc promittas dicto domino bano, quod faciemus. Et si aliqualis different inter ipsos, propter quam ipse Blasius non posset ipsos concordare, debeat nobis ipsam differenciam per suas litteras significare, et a dicto domino bano non discedere sine nostro speciali mandato. — *Captum per omnes.*

[1] Praeterea adducuntur: Ser Jacobus de Sorgo *ball.* . . . Ser Johannus de Gondola *ball.* . . . — *(Cassi quia non electi).*

Die xviii julii. In consilio rogatorum. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse dare ad faciendum fieri de coracçiis de novo, que videbuntur eis pro comuni, et inveniendi pecunias de bonis comunis, occasione predicta. *Capt per omnes.*

Die xvii julii. Indic. V. In minori consilio de faciendo unum ensenium comiti de Sabaldia de perp. x.

Adest in ii ternione voluminis a. mcccl.

Die ultimo julii. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est de eundo ad maius consilium de precipiendo isti, qui debet ire pro recipiendis rebus Pauluschi et Stanchi et aliorum dampnificatorum *(cassum).*

Secunda pars est de non eundo ad maius consilium. *Captum per ball.* xxiii.

Prima pars est, quod isti dampnificati possint, si voluerint, reperire unum bonum hominem, qui volet de sua voluntate ire pro recuperandis eorum rebus; qui nuncius habeat a comuni secundum ordinem consuetum. *Capt. per* xxviii.

Die ultimo julii. In minori consilio. Ser Savinus de Bonda, s. Johannes Pauli de Gondola, s. Helias de Bonda facti fuerunt tutores heredibus Pasche de Bonda.

Tutoribus heredum Ivani aurificis data fuit licencia posse dare alicui aurifici, cum quo laboret Percus filius minor dicti Ivani, per illum modum, qui videbitur dictis tutoribus, perp. cc.

Bogoslavus Petrovich assumptus pro famulo domini rectoris, qui incepit (servire) die primo mensis Augusti.

Die xxi julii. In minori consilio. Stigno caligario et Bratoslavo caligario facta fuit gracia, quod possint facere unam domum lapideam extra murum civitatis in Çudeyca in loco, ubi fuit prius.

Die xxv julii. In minori consilio. Tutoribus heredum Ivanini aurificis licenciam, quod possint compromittere in Franciscum cancellarium pro questione, quam dicti heredes habent cum Tichoçio de Coniali.

Item de dando domum, ubi affinatur et colatur argentum, pro reponendo de sale comunis.

Forensibus de Ydronto, qui fuerunt in parvo consilio, captum fuit, quod dominus rector possit se concordare, quod aducant de frumento novo, dando illis ab uno grosso inferius pro stario frumenti.

Jacobus Mathei de Ombola fuit assumptus pro custode carceris et castelli cum illo salario, cum quo stabat condam Blasius de Millurino, qui incepit servire die primo Augusti.

Prima pars est de dando in commissionem d. Babalio ambaxiatori ituro ad Senchum nostrum amicum, quod per pulchriorem modum, quem sciverit et potuerit, debeat ipsum reducere et confortari ex parte nostra, quod debeat redire ad fidelitatem domini bani Bosne, sui domini naturalis, ostendendo sibi illas raciones et argumenta, que sciverit et potuerit quo-

modo eius reditus ad fidelitatem dicti domini bani erit sibi honorabilis et fructuosa. Et stando sub dominio Nicolai çuppani est sibi et suis vituperium et periculum satis magnum; quia triumphus istius Nicolai est ad tempus, et nullo modo est diu duraturus, dum vero banatus Bosne est perpetualis. Et est amplificandum contra dictum Nicolaum, secundum vera nova, que dicuntur in favorem dicti domini bani; et promittendo ipsi ex parte terre, si oportuerit, mictere ambaxiatam unius vel duorum nobilium ex parte nostra ad dictum dominum banum pro concordia et pace fienda inter ipsum et dominum banum; et quod confidat se de nobis, et non dubitet, quod banus faciet nobis aliud quam illud, quod nobis promiserit pro facto suo. Et de promittendo sibi etiam, quod si casus aliquis acciderit pro reversione sua ad fidelitatem dicti domini bani, quod dictus Nicolaus çuppanus vel sua gens faceret aliquam persecucionem contra ipsum Semchum et suam gentem, quod nos recipiemus ipsos omnes intus in civitatem Ragusii pro ipsorum securitate, si oportebit et venire voluerit. Et super premissis omnia alia pulchra verba et raciones inducendo et arguendo que erunt necessaria ad perfectionem dicti negocii, honorem et bonum statum nostre terre et laudem ser Michaelis predicti, quod istud auxilium rogatorum perducat ad effectum istam partem *Capt. per ball.* xxx.

Item ex parte parvi consilii demum sibi comitti, ut sciat a Semcho, si çuppanus Nicolaus dedit fidem suam Radoslavo Yamometh, quod nostri mercatores securi in personis et rebus possint transire per suum teritorium veniendo et eundo in Bosnam, et quod det nobis responsionem illis verbis, que sibi diximus, quando fuit in Ragusio.

Die primo augusti. In minori consilio pro complendo domum a cupis de Çoncheto accipi debeant perp. x qualibet septima.

Andreas de Binçola, Nicolaus Marini de Mençe facti fuerunt in dicto minori consilio ad faciendum compleri dictam domum.

Die ii augusti. In minori consilio. A die sabati proxime futuro in antea usque ad festum sancti Michaelis proxime futurum, libra carnium mutolinarum castratinarum non possit vendi ultra folleris viii; libra muntonis testiculati, ovis et yrci castrati et vacce foll. vi; libra yrei testiculati et capre foll. v; epar foll. xv; caput foll. x; venter foll. x; intestina foll. x; et libra casei foll. xii; sub pena ordinata.[1] (Die i Octobris prefata pars fuit confirmata per parvum consilium, quod duret per totum mensem Novembris prox. fut.)

Vol. Ref. 1350 — sub d. evidenter 1367. pag. 41.

Die iii augusti. In minori consilio. Nixa de Ginochna factus fuit scribanus in barchosio Perfçi de Calamota vocato sanctus Nicolaus.

Die iiii augusti. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est de respondendo ambaxiatori domine imperatricis Sclavonie per modum racionatum. *Capt. per omnes.*

Die iiii augusti. In consilio rogatorum *ball.* xviiii. Prima pars est de mittendo unum nostrum mercatorem de populo in Segniam et ultra

[1] Ad calcem: „*Bampnitum per Sriedum preconem*".

si videbitur, ad emendum de blado pro nostro comuni, cum illa commissione et salario et pena, que videbuntur parvo consilio. Et ellectio ipsius et expedicio sit dicti parvi consilii. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio de mittendo emptum de blado necessario terre nostre in partibus Sicilie, per patronos navigiorum de Ragusio et alios plebeos cum illis commissionibus, preciis, salariis et penis, que dicto consilio videbuntur expedire. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod quicunque voluerit se obligare de aducendo in Ragusium per totum mensem Novembris proxime futurum de furmento, ponendo illud in fundicum, habeat a comuni pro quolibet stario grossos iii, et de ordeo simili modo habeat pro quolibet stario grossos ii; — et illi qui non se obligabunt et aducent de frumento in fundicum Ragusium usque ad dictum terminum, habeant pro quolibet stario frumenti a comuni grossos ii, et de stario ordei grossum unum et illi, qui se obligabunt et non conducent, solvant duplum illius provisionis, quam habuissent a comuni si aduxissent. *Capt. per omnes.*

Mathias filius Maroe Prepeco de Calamota in minori consilio factus fuit scribanus super barcoso Radani Laurencich.

In minori consilio captum fuit, quod ille qui fuerit electus ad eundum in Segniam vel ultra, non possit refutare sub pena yperperorum ducentorum.

Item in dicto consilio captum fuit de dando pro salario et expensis illius, qui ibit in Segniam vel ultra et sui famuli perperos xx pro quolibet mense, quo stabunt in servicio comunis.

Die xx Augusti in minori consilio captum fuit, de dando famulo scribano dicti Nixe pro suo salario perperos iii ad mensem.

Ser Nixa Cuyancich fuit electus ad eundum ad Segniam seu ultra; (qui recessit de Ragusio die xxii Augusti).

Ser Ruschus de Saracha, ser Lampre de Sorgo, ser Marinus de Crosi in minori consilio facti fuerunt iusticiarii usque ad festum sti. Michaelis proxime futurum.

Die vi augusti. In consilio rogatorum *ball.* xviiii. Prima pars est de scribendo per duos nostros cursores domino nostro regi et nostris amicis, suis curialibus, pro optinendo graciam, quod possimus extrahere de blado de Segnia pro nostro comuni, prout minori consilio videbitur expedire. *Capt. per* xvi.

Ser Petrus de Saracha, ser Martholus Petri de Thiodisio, facti fuerunt procuratores monasterii sancti Andree, ad vendendum unam camaretam dicti monasterii et convertendum pecuniam ad laborerium cisterne eiusdem monasterii.

Die xviiii augusti. In consilio rogatorum *ball.* xvi. Prima pars est de induciando istud consilium usque ad diem sabati proxime futurum. *Capt. per omnes.*

Die x dicti mensis. In minori consilio. Radoe Milcinich et Tomcho Radenovich de Conclapech licencia ad possendum accipere a Mo-

nasterio Crome unam possessionem de Conclapech prout melius poterunt concordare.

In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit de dando magistro Jacobo de Parma pro regendo scolas perperos c in anno, et quod ipse debeat sibi invenire domum iuxta plateam, et quod ipse debeat solvere affictum dicte domus, et quod debeat recipere a quolibet scolaro non discente grammaticam quolibet mense grossos II; et a quolibet scolaro discente grammaticam debeat habere quolibet mense grossos III, et nihil aliud possit petere. Qui Jacobus incepit servire comuni et regere scolas die III Octobris.

Die XI augusti. In consilio rogatorum *ball.* XXIII. Prima pars est, quod si Radogna cum suis fratribus, Radoslavo et Pribillo Obugavich, restituerint nobis et universis Ragusinis totum illud, quod abstulerunt ipsi cum suis hominibus et sequacibus a tempore, quo incepit dominari Georgius de Balsa usque ad presentem, prout dixerunt Give Longo olim nostro nuncio ad ipsos misso, quod recipiamus illos pro nostris amicis, dimittendo eis omnem iniuriam et offensam nobis factas, et quod demus eis fidem. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod de omnibus aliis dampnis et robariis, factis ab hominibus Sclavis de marina nostris civibus Ragusinis, antequam inceperit Georgius de Balsa dominari in istis contratis, debeat fieri stanicus post festum s. Michaelis proxime futurum, secundum consuetudinem assuetam. *Capt. per omnes.*

In minori consilio captum fuit, quod dohana maior vendatur cum ista condicione, quod si fuerit guerra vel vetacio generalis per mare vel terram, possit refutari ab illis, qui ement ipsam, alioquin non.

Die XXX augusti. In consilio rogatorum *ball.* XXXVII. Prima pars est de differendo istud consilium. *Captum.*

Die primo septembris. In minori consilio. Lucas Bogdanovich et Costoe Tichoevich facti fuerunt tutores heredum Radini Culessa.

Die VI septembris. In minori consilio. Simcho de Benessa facta fuit gracia, possit venire de Stagno faciendi suas vindemias cum condicione, quod non revertatur Stagnum.

Die VIII septembris. In minori consilio. Petcho Bratcovich caligario de Stagno gracia, quod recipiat passum unum terreni comunis prope domum suam ultra terrenum comunis, in quo est dicta sua domus.

Marco de Basilio in minori consilio captum fuit, de prorogando terminum usque ad nativitatem Domini proxime futuram pro expediendis factis suis in Catharum.

Item in dicto consilio captum fuit, de scribendo comuni Cathari pro facto Giugi nostri civis, ut liberetur de ipsorum carcere, et ut faciant racionem Marcho de Basilio expeditam.

Die xii dicti mensis. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum de scribendo Unuçe de Mattessa, quod det salinas Stagni ad medietatem ad laborandum, et quod concordet se cum laboratoribus ad emendum partem ipsorum salis a perp. xv infra centenarium modiorum.

Item in dicto consilio captum fuit, de scribendo Nicole Marini de Mençe et Dobre de Calich, quod interogant officiales salinarum, quantum salis dederint laboratoribus salinarum, et quod statim, receptis litteris, unus ipsorum vadat ad domos unius maris et alius ad domos alterius maris, et similiter per domos vinearum inquirendo, si invenerint de sale; et totum sal, quod ibi invenient ab uno modio supra recipiant in comune.

Die xvii septembris. In consilio minori. Pale de Picurario, Nicola Marchi de Mençe facti fuerunt examinatores dampnorum Staree factorum de tempore preterito.

Die xviii septembris. In consilio rogatorum *ball.* xxxi. Ser Vitchus de Babalio *ball.* xviii, ser Laurencius de Bodaça *ball.* xxiii[1] provisores Stagni.

Die xx septembris. In minori consilio. Fratribus minoribus de Ragusio data fuit licencia, posse facere conduci de Stagno Ragusium pro eorum usu quinqua vini cxx secundum formam ordinis.

Miloslavo Liubibratich de Malfo in minori consilio, sono campane more solito congregato, data fuit licencia posse accipere a monasterio Crome medium solidum de terra in Malfo, in perpetuum; que extimata fuit per ser Pale de Sorgo et ser Blasio de Grede consiliariis, valere ad plus yperperum. unum.

Die xxiii septembris. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est de mittendo unum nobilem hominem ad filium Semchi ad removendum ipsum ex sua parte a suo proposito, quod non veniat Ragusium *(cassum).*

Secunda pars est de non. *Capt. per* xxvi.

Prima pars est de dando soldum in Stagno hominibus. *Captum.*

Prima pars est, quod illi qui prius fuerunt destinati Stagni sine tessera, quibus nunc tetigit tessera, quod non sint excusati. *Captum.*

In minori consilio. Giucus spadarius factus fuit civis Ragusinus. Qui iuravit fidelitatem.

Die xxiiii septembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit de portando ad consilium rogatorum factum centuriarum, pro quibus scripsit dominus banus Bosne, et factum magistri Christofori.

---

[1] Deleta reperiuntur nomina: Ser Unuçe de Mattessa *ball.* — ser Maroe de Ragnina *ball.* — ser Pasche de Mençe — ser Vita de Georgio — Maroe de Bagavcich *ball.* xvii — ser Blasius de Chaboga *ball.* —

Rogatorum ball. xxxi. Prima pars est de mittendo i bonum hominem de populo ad istos qui depredati fuerunt hac nocte, cum illa commissione, que videbitur domino rectori et parvo consilio. *Capt. per omnes.*

Die xxvii septembris. In minori consilio, sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum de dando Paulo de Sorgo et Blasio de Mençe de denariis beccarie omni ebdomada perp. xx usque ad completam solucionem expensarum ligneli, quod fecerunt fieri.

Item in dicto consilio captum fuit de precipiendo iudicibus et consiliariis parvi consilii, qui sunt in Stagno, per comitem Stagni, sub pena de perp. xxv pro quolibet, ut statim, facto illis precepto, debeant intrare barcham, que pro illis mittitur, et debeant venire Ragusium. Ser Jacobus de Mençe, s. Jacobus de Sorgo, s. Dobre de Calich venerunt ad terminum eis datum. S. Nicola de Çavarnigo non venit.

Die xxvii septembris. Advocati curie maioris: S. Johannes de Gondola, s. Petras de Cerva, s. Marinus de Mençe, s. Nicolaus de Chaboga.

Advocati comunis: S. Johannes de Grede,[1] Paulus de Baraba, Mathe Mençi de Mençe.

Camerarii: S. Simeon de Bona, s. Lampre de Sorgo, s. Junius Martholi de Çrieva.

Milites. S. Sanchus de Getaldo, s. Tripe de Bodaça.

Advocati parve curie: S. Michael de Mlascagna, s. Vole de Battallo.

Dohanerii dohane maioris: S. Matheus de Georgio, s. Benessa de Benessa, s. Nicola Marini de Mençe.

Passatores extra civitatem: S. Nifficus de Galloç, s. Petragna de Bonda, s. Vita de Georgio.

Passatores in civitatem: S. Marinus Nicole de Mençe, s. Jacobus de Gondola.

Super portum: S. Sanchus de Poça, s. Ruschus de Saracha, s. Mathe de Ragnina.

Super cecham: S. Blasius de Sorgo, s. Maroe de Benessa, s. Michocius de Bodaça, s. Marinus de Ragnina.

Justiciarii: S. Blasius de Grede, s. Jacobus de Bauxella, s. Kallendas de Buçignolo, s. Marinus Lampre de Mençe, s. Marcus de Lucaro.

Judices parcium Puncte: S. Unucius de Boçignolo, s. Silvester de Macedauro, s. Giuchota de Binçola.

Super gectum cere: S. Stiepchus de Lucaro, s. Palçe de Palmota.

Procuratores Crome: S. Maroe de Grube, s. Luchas de Bona.

Super laborerium terrarum: S. Andreas de Sorgo, s. Grube de Mençe, s, Stiepchus de Çamagno.

Ad salem et ad exigendum affictum domorum: S. Dimeus de Benessa, s. Guicus de Poça, s. Marinus de Crose.

[1] Alia nomina deleta.

Ad dandum soldum custodibus noctis: Jacxa de Prodanelo, Petre de Benessa.

Ad pondus farine: S. Michael Dragota, s. Pale de Picurario.

Super arma: S. Andreas de Ragnina, s. Marinus de Slavçe, (*l. s.* s. Petrus de Saracha die v Novembris).

Scribanus dohane maioris: Gruboe filius Give Junii de Georgio.

Super laborerius cisterne de Stagno: S. Unuçe de Matessa, s. Simchus de Benessa, s. Blasius de Mençe, (*l. s.* s. Junius Give de Georgio die x Januarii).

Fondegarii: Mate de Bodaça; Marinus de Slavçe, (*l. s.* Andre de Ragnina die I Marcii; Maroe condam Lampre de Mençe die xv Madii).

Missete: Antonius de Gaçaro, Micus de Canni die VII Novembris.

Extimatores insularum: Marcus de Stilo, Clima de Gleya.

Extimatores tocius Staree: Grimanus de Grimano, Nixa Marchi de Mençe.

Rogatorum. I. Clemens de Dersa, s. Petrus de Prodanello, s. Jacobus de Mençe, s. Laurençius de Bodaça, s. Jacobus de Sorgo, s. Andreas de Benessa, s. Petragna de Bonda, s. Georgius de Georgio, s. Nicola de Gondola, s. Dobre de Calich, s. Nicola de Çrieva, s. Marinus Junii de Mençe, s. Junius de Çrieva, s. Nicolaus Georgii de Chaboga, s. Jacobus de Georgio, s. Marinus de Bagante, s Paulus de Baraba, s. Nicola de Çavernigo, s. Give de Volçe, s. Pasqua de Mençe, s. Nicola de Palmota, s. Stepcus de Georgio, s. Petrus de Saracha, s. Palçe de Palmota, s. Johannes de Grede, s. Helia de Bonda, s. Benessa de Benessa, s. Maroe de Ragnina, s. Matheus de Georgio, s. Stiepchus de Lucaro, s. Michoçius de Bodaça, s. Dimchus de Benessa, s. Stephanus de Çamagno, s. Petrus de Çrieva, s. Marinus de Slavçe, s. Pale de Sorgo, s. Mateus de Bodaça, s. Kalenda de Boçignolo, s. Çive de Poça, s. Nicola Marini de Mençe, s. Vita de Georgio, s. Niffìcus de Golaç, s. Blasius de Mençe, s. Blasius de Babalio, s. Andreas de Sorgo.

Die ultimo septembris. In minori consilio. Chanus condam Petri Jaxinovich factus fuit civis Ragusii, qui iuravit fidelem se esse et facere omnes factiones reales et personales sicut quilibet verus Ragusinus.

Die predicto. Bochacius Milonovich, Nicola Jurgevich in minori consilio sono campane more solito congregato, facti fuerunt familiares d. rectoris.

Die II octobris. In minori consilio. Nicole Maroevich et Johanni Vlachotich de Dalafochio fuit data licencia, quod possint recipere ad medietatem unam possessionem ecclesie a domino Jacobo de Dersa, positam in insula, sibi datam cum pactis et condicionibus quibus poterunt convenire.

Die III octobris. In minori consilio. Vidoe Milosevich et Sfietchus Gordievich facti fuerunt tutores Stanoe filie Ostoye Mirossevich de Gravossio iuxta Bratam matrem dicte Stanoe.

Matheo de Bodaça comiti insularum et Gergo de Bodaça comiti Breni in dicto minori consilio facta fuit gracia, quod possint venire Ragusium et stare III diebus cum ordine.

Item in dicto consilio captum fuit et firmatum, de mittendo unum plebeum ad Morovlachos; item de dando eidem plebeo, qui ibit pro Morovlachis, pro salario et expensis perp. x. Radoslavus Çinbich fuit electus ad eundum pro Morovlachis.

Die v octobris. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est de differendo ad cras propter examinacionem super facto istius omicidii, et cras quod fiat istud consilium super hoc. *Capt. per* xxv.

Prima pars est de mittendo Catarum pro facto Giuchi I nobilem hominem. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de ponendo maiorem penam illi, qui fuerit electus ad eundum Catarum pro facto Giuchi de perp. c. *Captum.*

Prima pars est de dando illi, qui fuerit electus, III famulos et barcham et gross. XVI pro quolibet die, pro isto et famulis eius. *Capt. per omnes.*

(Electus) s. Blasius de Mençe.

Prima pars est de mittendo lamentando comitisse de illis de Tribigna per I bonum hominem de populo.

In minori consilio. Silvester de Macedauro, Climoe de Gleya sono campane more solito congregato, facti fuerunt extimatores dampnorum factorum s. Marino Junii de Mençe in Vergato et Benesse.

Die vi octobris. In consilio rogatorum *ball.* XXXIII. Prima pars est, quod consulant et ortentur dominum rectorem cum iudicibus, quod examinent istos, contra quos est presumptio de morte Jacobi speciarii, cum tortura et tormentis. *Capt. per* XXXI.

Prima pars est de mittendo pro providitoribus Stagni, quod veniant Ragusium. *Captum.*

Die xxx octobris. In consilio rogatorum *ball.* XXXIV. Prima pars est de obligando per cartam notarilem bona comunis Francisco Blasii de Barloto pro furmento accepto ab ipso pro faciendo panaticam. — *Captum.*

Prima pars est facere aptari galiam magnam et ipsam facere iactari in aquam cum ligneto. *Captum.*

Prima pars est de mittendo Stagnum de caseo usque I milliare, et de sertoriis .c. et de clavis quot fuerint necessarii.

Die ultima octobris. In minori consilio. Navigium Grube de Mençe et Marini de Benessa licenciatum fuit cum suis marinariis, quod possit ire ad viagium eius, et quod dictum navigium possit in Apulleam nauligare pro aducendo furmentum Ragusium.

Grube Cetrano in dicto minori consilio facta fuit gracia, quod possit ire Catarum cum I barcha de Ragusio.

In minori consilio captum fuit de dimittendo ire in Apulleam barchosium Marini de Benessa pro furmento cum condicione, quod recedat de Ragusio, antequam cras sit dies non capiendo aliud viagium.

Lucas de Bona in dicto minori consilio se obligavit de faciendo conduci Ragusium tantum furmenti, quantum poterit portare barcosius Marini de Benessa in isto presenti viagio, sine Dei impedimento, sub pena gross. III per starium; et faciendo conduci habere debeat a comuni gros. I per starium.

Eodem die. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est de mittendo I hominem ad Sencum ad equum cum I famulo.

Prima pars est de mittendo nos excusando domino bano Dalmacie et Croacie super facto iudicum, quos debebamus mittere Narentam pro facto mercatorum pro dubio quod habemus de Nicola Altomani; et de petendo, quod ipse det nobis subsidium de hominibus suis civitatum marine et insularum. *Captum.*

Die secundo novembris. In minori consilio. Prima pars est de ponendo salem comunis in domo çeche supra sanctum Nicolaum.

Stephanus de Fuligno in minori consilio assumptus fuit pro barberio comunis pro uno anno, ad salarium ducatorum viginti et domum; et incipit lucrare soldum die tercio Novembris.

Eodem die. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est de scribendo capitaneo, comiti et consiliariis armate de Stagno, quod si homines Volcote et Maslovich non applicuerunt Stagnum, quod ipsi debeant mittere velociter I barcham versus ipsos cum I bono homine eis dicendo, quod per graciam Dei habemus bona nova, et ipsos regraciari cum illis pulcris verbis, que videbuntur eis, et quod debeant domum reverti; et si causa occurret, quod non credimus Deo dante, quod sint parati venire, quandocunque mittemus pro ipsis; et vester honor vos inveniet usque in domo. *Capt. per* XXVIIII.

Prima pars est, quod capitaneus, comes et consiliarii debeant nobis significare, quando applicuerunt et quot sunt, velociter per mare et per terram.

Die IIII novembris. In minori consilio. Boganov de Cudelono factus fuit capitaneus comitatus Breni pro I anno, cum salario quod habuit Bochde de Usigna.

In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est de accipiendo de denariis affictum comunis perp. IIc pro mittendo illos in Stagnum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo capitaneo, comiti et consiliariis Stagni, quod quicumque non erit eis obediens sicut decet, quod ipse debeat puniri in honore et personis secundum ipsorum commissionem. *Capt. per omnes.*

Die V novembris. In consilio rogatorum *ball.* XXXI. Prima pars est de scribendo çuppano Nicolao et respondendo suo nuncio prout fuit arengatum. *Capt. per omnes.*

Die vi novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxxii. Prima pars est, quod de decenis extrahant capitanei et consiliarii armate iture Stagnum. *Capt. per* xxxi.

Prima pars est de non portando ad maius consilium peticionem Dimitrii de Benessa doanarii vini et Unuçe de Matessa doanarii beccarie. *Captum.*

Capitaneus generalis armate Stagni: Ser Nicola Georgii de Caboga *ball.* xxiii, remansit capitaneus generalis armate Stagni.

Consiliarii: S. Petrus de Prodanelo *ball.* xxxiii, s. Paulus de Sorgo *ball.* xxvi.[1]

Prima pars est, quod vadant nunc Stagnum illi quibus tetigit tesseram et non iverant Stagnum *(cassum).*

Secunda pars est, quod recolligantur et mittantur in ultimis decenarum Stagnum. *Capt.*

Capitaneus maris: S. Benessa de Benessa *ball.* xxii. capitaneus maris.

Prima pars est de regraciando ambaxiatoribus Catari, sicut dictum fuit, et nos agravari de scabis, que data fuerunt per ipsos Sclavis, prout nobis dictum fuit per minus consilium. *Captum.*

In consilio rogatorum *ball.* xxxii. Prima pars est de scribendo litteram domino bano Dalmacie et Croacie recomendando Volcotam eidem. *Captum.*

Petrus de Saracha, Pasche di Mençe ad scribendum homines comitatus Breni. Marinus de Benessa, Stepe de Zamagna ad scribendum homines comitatus Omble.

Die viii novembris. In minori consilio. Obrad marangonus assumptus fuit pro protomagistro arsenatus, cum salario perp. lxx pro i anno et domo: et quod teneatur facere stropare galeas comunis; et quoties laborabit comuni ipse cum famulo parvo eius, habere debeat quolibet die gross. viii.

Die x novembris. In minori consilio. Miloslavus Desetcovich assumptus fuit pro familiari domino rectoris.

Die xi mensis novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxxii. Prima pars est de scribendo domino bano Dalmacie et Croacie, quod non se moveat, cum illis pulcris verbis, que videbuntur, quia ad presens non indigenus eius auxilio. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de non mittendo Stagnum ii consiliarios et i capitaneum barbote, pro mo(re) nobiles homines. *Captum.*

Prima pars est de extrahendo de tota Starea homines xxiiii ad mittendum ad custodiam Stagni, qui non computentur tessera decenarum pro i mense.

---

[1] Deleta sunt nomina: „S. Benessa de Benessa, s. Petrus de Saracha, s. Dobre de Calich, s. Dominicus de Benessa“. Item: „Prima pars est, quod vadant nunc Stagnum illi, quibus tetigit tessera et non venerant Stagnum“.

Prima pars est de dando dictis xxIIII hominibus pro quolibet die gross. I.

DIE XIII NOVEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est de licenciando homines Volcote, quod vadant donum et quod filius Volcote veniat Ragusium.

DIE XVII NOVEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* xxxII. Prima pars est de accipiendo de doana vini pro mittendo Stagnum ad laboreria perp. IICL, et pro stipendiariis xxxIIII, qui debent mitti Stagnum. *Capt.*

Prima pars est de providendo filio Volcote, qui fuit cum gentibus eius ad servicium nostrum Stagni. *Capt.*

Prima pars est de donando filio Volcote pro servicio eius duc. VI. *Captum.*

Prima pars est de providendo Maslovich, qui venerant ad nostrum servicium Stagni. *Captum.*

Prima pars est de donando Maslovich, pro eo quod venerant Stagnum ad servicium nostrum duc. LXXX.

Prima pars est de scribendo istos danarios illis, a quibus ementur pecie pannorum donande filiis Volcote et Maslovich, ad doanam maiorem vel ad salem cum ordine, in quo voluerint.

DIE XVIII NOVEMBRIS. In minori consilio. Tutoribus heredum Lorini Rucii, s. Kalende de Boçignolo et Clementi de Dersa fuit data licencia, quod possint se concordare nomine heredum, cum Raynaldo de Stambertis et sua matre pro quadam carta debiti, quod debent accipere a dictis heredibus, et quod denarios dicti heredis quos habet ipse Kalenda, debeat tenere et lucrari cum ipsis nuro dictorum heredum.

DIE XVIII NOVEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est de levando armatam de Stagno, quod vadat domum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo apportari Ragusium arma, que sunt in Stagno, dimittendo castrum fulcitum de coraciis et capelis xxx.

Prima pars est, quod dimittentur in Stagno *(cassum)*.

Secunda pars est de non dimittendo. *Captum.*

Prima pars est de faciendo apportare Ragusium arma, que fuerunt in Stagno. *Captum.*

Prima pars est de permittendo ire quemlibet de civitate Ragusii, quo voluerit. *Captum.*

Prima qars est, quod complendo decenas Ragusium non custodiant plus pro nunc. *Captum.*

DIE XX NOVEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est de mittendo Oldrinum istam nobilem dominam et nuncium domino bani Bosne cum ligneto, et ponere ipsos in terram et reverti Ragusium. *Capt. per omnes.*

In minori consilio captum fuit de faciendo laborari fundicum ad ariam superiorem ibi signatam.

Die xxii novembris. In consilio rogatorum *ball* xxxiii Prima pars est de faciendo fieri murum, ubi est necessarius, et aptari scalas et de assidibus et de ploto per muros taliter, quod homines possint stare super muris ad pugnandum, si fuerit opportunum. *Captum.*

Prima pars est de mittendo duos nobiles homines, qui videre debeant ubi sunt necessarie scale, et murari et aptari in Stagno. *Captum.*

Prima pars est de recomendando Vite de Babalio et domino Marino ad faciendum fieri laboreria Stagni, que providebuntur per ii provisores. *Captum.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, posse providere Vite de Bobalio et domino Marino, prout eis videbitur completis laboreriis, que sibi committentur ad faciendum fieri. *Captum.*

Secunda pars est, quod elligantur in minori consilio dicti provisores.

In consilio rogatorum *ball.* xxxiii. Prima pars est de dando cuilibet homini de remo eunti cum ligneto Aldrinum gross. xviii; et si starent plus viii diebus, quod habere debeant gross. ii per diem. *Captum.*

Jacobus de Sorgo, Dobre de Chalich, provisores Stagni.

Die xxiii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxxviii. Prima pars est, quod condempnacio, quam fecerunt s. Jacobus de Mençe capitaneus, Laurencius de Bodaca comes et Nifficus de Galoç consiliarius supra s. Paulum de Baraba, sit firma; et nulla excusacio haberi valeat. *Capt. per* xxvi, videlicet de perp. xxv in una vice, et de perp. l in alia vice, et non de alio.

Marinus de Benessa, Pasche de Mençe facti sunt ad dandum soldum hominibus ligneti, quod ire debet Oldrinum.

Die xxiiii novembris. In minori consilio. Nicolaus Marini de Mençe, Marinus de Baganti, Marchus Vite de Georgio fuerunt facti officiales ad separandum conventus fratrum minorum et predicatorum a muris civitatis, secundum ordinem captum in maiori consilio.

Die xxvii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxxiii. Prima pars est de mittendo usque in Papoa ad Sencum aliquem nobilem hominem.

Prima pars est de mittendo i nobilem hominem ad Sencum.

Prima pars est, quod elligatur illi nobilis homo in minori consilio.

Ser Blasius de Grede in minori consilio ellectus fuit ad eundum ad Sencum.[1] Blasio predicto in minori consilio captum fuit de dando pro expensis sui itineris perp. xxv.

Die xxviii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxxiii. Prima pars est de dando in commissionem ser Blasio de Grede ituro ad Sen-

[1] Vide inferius ad xiii Januarii a. s.

chum, quod debeat eidem Sencho dicere per modum, quem a(ren)gavit ser Johannes de Gondola.

In minori consilio. Maroe de Perviça factus fuit scribanus super barchosio, cuius est patronus Michael Miserich; qui iuravit.

Die primo decembris. In minori consilio. Utiesen Radoslavich de Bielgrad factus fuit civis Ragusii, qui iuravit fidelitatem et facere omnes factiones reales et personales.

Die II decembris. In minori consilio. Pale de Picurario, Nixa Marchi de Mençe facti fuerunt extimatores dampnorum factorum Bene de Be(n)venuta, Antonio de Gaçaro et aliis in Breno.

Die III decembris. In minori consilio sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum de confirmando emptionem, quam fecerunt Petrus de Crieva et Mathias de Georgio de miliaribus v calcis ad racionem LXXX yperperorum pro miliari, ita quod ille qui vendet, teneatur portare calcem ad locum laborerii.

Die IIII decembris (die v Dec.). In maiori consilio *ball.* LX sono campane more solito congregato, captum fuit et firmatum de accipiendo de dohana vini omni anno pro faciendo purpuraram yperper. duo milia. Item et dinarios medietatis cabelle sancte Marie cum tota adictione, item et denarios separistine et missarum salis. *Captum.*

Item in dicto consilio maiori captum fuit, quod nullus rector et consiliarius parvi et rogatorum seu magni consilii, aliquo modo vel ingenio possit nec debeat ordinare vel facere, quod denarii supra dicti videlicet duo milia perper. duane vini, denarii medietatis cabelle sancte Marie cum tota adictione et denarii separistine *(sic)* et missarum salis, debeant expendi seu converti in aliud, quam in dicto laborerio purpurare sub pena ducentorum yperperorum pro quolibet rectore, et centum yperperos pro quolibet consiliario, qui contrafecerint in premissis et pro qualibet vice, donec dicta purpurara complebitur. *Captum.*

Item in dicto consilio maiori captum fuit de loquendo cum domino archiepiscopo pro denariis male ablati instrumenti ut omnes vel pars ipsorum debeant expendi ad laborerium dicte purpurare. *Captum.*

Item in dicto consilio captum fuit de faciendo tres officiales annuatim super laborerio dicte purpurare, quorum in fine anni unus debeat remanere pro anno sequenti, et istud officium non preiudicet illis, quod alia officia, si quo haberent vel habent. Et qui fuerit electus officialis in dicto labore, non possit refutare sub pena de perp. XXV secundum formam statuti. *Captum.*

Prima pars est de dando cuilibet istorum trium officialium omni anno perperos x. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod adictio cabelle s. Marie debeat durare, donec complebitur purpurara. *Capt. per omnes.*

Die IIII decembris. In maiori consilio captum fuit, quod si quis voluerit laborare supra terreno comunis, ubi erit edificata aliqua domus

ligneaminis, quod illa domus debeat extimari et solvi patrono dicte domus, et si patronus noluerit dare pro illa extimacione, quod debeat aufferre suum ligneamen et expedire dictum terrenum comunis, et ista extimacio debet fieri pro domo, quam extimacionem debeat solvere ille, qui incantaverit dictam territorium. *Capt. per* LV.

Item in dicto consilio captum fuit, quod dominus rector cum parvo consilio possit incantare et deliberare in perpetuum terrenum comunis a via sancti Nicole superius, ita quod solvatur pro quolibet passu dicti terreni, sicut solvitur comuni ad presens et supra, prout melius pro utilitate dicti comunis poterit ordinare. Et intelligatur dictum terrenum illud, quod est a via sancti Nicole supra usque ad fratres minores. *Capt. per* LX.

Item in dicto consilio captum fuit, quod quicunque acceperit de dicto terreno comunis ad laborandum infra quinque annos inde proxime futuros, debeat laborasse suum laborerium de muro et cohoperuisse de cuppis sub pena solvendi yperperos v pro quolibet passu ultra affictum, quem solveret comuni pro dicto terreno, donec cohoperuerit dictum laborerium. *Capt. per omnes.*

Item in dicto consilio captum fuit, quod dictum terrenum debeat deliberari cum ista condicione, quod sint gotalia prout sunt modo in viis, et quod nullo modo possit fieri fenestra sive coacla supra dictis gottalibus, nisi scaffa, sub pena yperperorum x pro quolibet contrafaciente et pro qualibet vice. *Capt. per* LX.

Item in dicto consilio captum fuit, quod si fiet aliqua vendicio de domibus et laboreriis, quod fient supra terreno predicto, dicta vendicio non preiudicet iuribus comunis, dato quod aliquis non se presentaret dicte vendicioni pro comuni, videlicet de affictu, qui solvitur dicto comuni. *Capt. per omnes.*

DIE V DECEMBRIS. In maiori consilio sono campane more solito congregato, in quo consilio interfuerunt consiliarii LXI, captum fuit, quod terrena comunis, que sunt supra viam sancti Nicole usque ad fratres minores, dari debeant ad affictum in perpetuum pro edifficacione domorum lapidis et calcis. *Per ball.* L.

Item in dicto consilio captum fuit, quod nullus audeat facere peticionem in aliquo consilio de permutando istum affictum terreni comunis in aliam possessionem, nec pro denariis, in pena perperorum c. Et rector, qui ponet partem vel portabit illam peticionem ad aliquod consilium, cadat ad penam perperorum II, et consiliarius parvi consilii, qui consentiet ad portandum dictam peticionem ad aliquod consilium, cadat ad penam perperorum c, et similiter consiliarius quilibet qui arengabit, quod aliquid cambium fieri debeat de dicto affictu vel advocabit, cadat ad dictam penam. *Capt. per omnes.*

DIE VII DECEMBRIS. In minori consilio. Ser Petrus de Çrieva fuit assumptus loco rectoris ser Georgio de Georgio, in questione Simchi de Benessa cum Benessa de Benessa.

Ser Matheus de Georgio, ser Helias de Bona, ser Blasius de Babalio (die XVII Juli) facti fuerunt officiales purpurarie.

1368.

Die xxvi mensis julii. Exemplum littere destinate mercatoribus Narenti.

Et debie far bona et solicita guardia che le schabe de li diti nostri inimisi non possa ni olsa offender algun de li nostri navilii, chi passara davanti lo dito gulfo di Catharo. Et non ve debie partir da la guardia de lo dito gulfo, sença nostro special comandamento.

Et non debie desmontar in terra ad nessun luogo de li nostri inimisi, ni de li Catharini, ni ad sant Georgi. Et quando vorì toller de aqua, sempre debie haver bona guardia, et mande a duy. Et tanto di dì, quando di note habie bona guardia de le vostre persone et de lo legno.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 72.

Die xx augusti. La commission di Vita di Çorçi et Marin di Ragnina.

Nuy Helia de Bonda, rector di Ragusa, cum lo piçolo consello et cum la çonta de li x savii, cometemo a vuy Vita di Çorçi et Marin di Ragnina, che al nome di Dio debie andar a Stagno, et siando là, debie spiar et saver, chomo se lavora tute le parti di Stagno o per li paroni o per li villani, et chomo trovari, cussi debie scriver ordinadamente çaschuna parte per si; se la lavora paron o vilan a parte; et debie scriver li nomi de li paroni et de li vilani. Et debie complir tuti questi servisii al piu tardo infra iii di daspuo havere açonto a Stagno sutta pena di perperi xxv per çaschun di vuy. Et a far tuti questi servisii debie esser insemble cum lo conte di Stagno, et debie vedere, che lavorieri son fatti di nuovo per forteça di Stagno, che ne sapie dir et haver consello cum lo conte di Stagno, se fa besogno anchora de far per mo alguna altra fortereça, di quel che se po fare, et habiando fatto questo, infra lo dito termine di tre di, vi debie partir di Stagno et vignir a Ragusa.

Lett. Comm. Lev. 1361—80 fol. 72.

Die penultimo septembris. Commissio ser Georgii de Georgio.

Nuy Jachomo di Çorçi, rector di Ragusa, cum lo piçolo consello et cum la çonta de li x savii, cometemo a ti Çorçi di Çorçi, che al nome di Dio et di misser san Blasio debie andar capitanio de la nostra armada in Stagno, et vuy Vita di Goçe et Helia di Bonda, che debie andar consilieri de lo dito capitanio. Et vuy semble cum lo conte di Stagno debie far fare bona et solicita guardia; et vuy tuti quatro, over la maçor parte di vuy, possati poner pena et pene in persone et in haver ad çaschuni a vuy subgetti, et punire la, over mandar quelli chi fallera a Ragusa, sicho a vuy over alla maçor parte di vuy parera et piasera per bona et sollicita guardia di Stagno ad dover fare.

Et vuy quatro, over la maçor parte di vuy, debie examinare, disserner et çudigar tute le cause criminal, che nassera in lo vostro tempo. Et le questioni civili debia çudigar lo conte di Stagno solo, sicho he usado. Et debia se intender çudisio di chose criminali dato al conte di Stagno solamente et non de homicidio, incendio et tradimento.

Et tuti li altri capitanii debia esser a vuy subietti. Et de le diferencie, le quali haveri dentro di vuy quatro, se duy sora de una oppinion et li altri duy de una altra oppinion, la parte de li duy in la qual sera lo capitanio debia vinçer et far lo suo volier. Et tute le altre cose, che sera per sigurtade et forteça di Stagno, vuy quatro over la maçor parte di vuy possati fare, sicho vi parera che sia hutile, et la maçor parte se debia intender sicho he dito di su.

Et possati dar ordine de le chase di Stagno, sicho melior ve parera, che possa star la gente de la armada.

Lett. Comm. Lev. 1361—80 fol. 73.

Lettere e Commissioni di Levante.

1372.

Die vi novembris. Indicione viiii. Hec est copia littere destinate pro facto liberacionis Junij de Sorgo.

Nuy Johann de Bona, rector di Ragusa, iudesi, consilieri et comun de la dita terra a vuy misser lo consolo de li Viniciani in Salonich et ser Lucha Pençin de la dita çitade de Vinesia, over a çaschuno altro de qualchuncha stado over condicion si sia, che vorra scomparar Çugno de Sorgo, nostro çintil homo de Ragusa, da carçere, in la qual sta in Salonich, fasemo manifesto, che lo dito nostro comun di Ragusa è pleço e pagador per lo dito Çugno, si sera liberado et affranchado da carcere fin a summa de duchati de oro mille et tresento in çu, cum questa condicion che infra termine di sey miesi primi chi vignera, scomençando da lo di chi è scritta questa nostra littera, lo dito Çugno personalmente debie vignir a Ragusa, over debia vignir a Ragusa in man nostra una littera autenticha de la signoria de Salonich; una altra littera de vuy misser lo consolo et una terza littera scripta per man de lo dito Çugno,

chomo lo dito Çugno sera liberado et affranchado da carcer. Et quello che reschatara over scomparara lo dito Çugno de carçere vignando a Ragusa over mandando suo legittimo procurador cum la dito Çugno, se lo dito Çugno vora vignir in fin a Ragusa; et se Çugno non volesse over non podesse vignir a Ragusa adugando le III carte per lo modo scritto de su, lo comun de Ragusa li dara et assignara fin a summa de ducati mille et tresento in çu sicho havera pagado per scomparar lo dito Çugno. Et se, infra lo dito termine di sex miesi, lo dito Çugno over la resposta de le dite tre carte non vignera a Ragusa, questa pleçaria et obligança scritta in questa carta non vallya ni tegna. Et ad maçor cautella et testimoniança de le dite chose, questa nostra littera autentica fessemo scriver da lo nostro noder et cancilier çurado de lo nostro comun di Ragusa et sigilar di çu cum lo sigillo dello dito nostro comun. Data a Ragusa. Anno domini mille tresento septanta uno di sex(to) del miese di novembrio.

Lett. Comm. Lev. 1361—80 fol. 73.

Die x februarii. Indicione x.

Nuy Mathio de Georgi, rector de Ragusa, cum lo consello de la çonta, commetemo a ti Blasio de Vodopia, che al nome di Dio et de misser san Blasio debie andare, per parte nostra et de tuta la terra, a Obrad Sercha çephalia de Tribigna et de Chanal, et façandoli lo saludo da parte nostra cum quelle parole che se convien, li debie presentar la nostra littera di credença.

Et quando ello ti dara audiencia, et tu li debi dire: Vuy, çephalia, mandasti lo vostro homo cum vostra littera alli çentili homeni et al comun de Ragusa, digando ca vuy si contento de fare treva cum lor, a quello termine chi lor par et piase. Et perço, per parte de li quali homeni de Ragusa, vi do a savere, che essi scrisse al çuppan Nicola, et lo çuppan firmò cum lor la treva fin a san Çorçi primo chi die vignir, et mandò lor sua littera. Adonqua, se tu si contento de questa treva fin a san Çorçi, çura per sacramento de observarla, et fami una carta sigillada cum tuo sigillo, che la gente de lo çuppan et li homeni de lo tuo tignir non debia offendere alli homeni, ni alle chose de Ragusa et de lo suo districto. Et manda cum mi uno tuo homo; et simile sacramento et carta ti sera fatta da lo comun de Ragusa, che non vi sia facta offension nessuna da lor.

Et se contentara, et tu reçevi la sua littera de la fidason de la treva, et lo suo sacramento da nuy. Et se ello non se contentasse, et tu sapi lo suo voler de la sua intençion; et debi vignir a Ragusa.

Et se lo dito Radiç ti farà alguna mençion de lo panno, chi mando ademandando a Ragusa, et tu li debi respondere. In tempo chi fo la mortalita novamente a Venecia, per pagura de la mortalità nessun navile vegniva ni andava in Venecia da Ragusa, et per mo per la mortalità che havemo in Ragusa, non va li navili in Venecia; et per questa occasione quanto al presente non havemo drappi in la çeta de Ragusa. Et se non ti fara mençion de drappi, et tu non li dir nienti de facto de drappi.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 74.

Die xxii marcii. Nuy Polo de Baraba, cum lo piçolo chonsello et cum la çonta de li x savii, commetemo a ti Blasio de Vodopia, nostro dilecto civi, quod in nomine Dei debeas ire pro parte nostra et comunis civitatis ad Obrad Sercho cephalia in Canali et faciendo sibi salutacionem ex parte nostra cum illis ornatis verbis quibus oportet, debeas sibi presentare nostram litteram credenciae.

Et quando ipse dabit tibi audienciam, et tu per ornaciorem modum quem scies, debeas ei dicere: Nobiles homines et comune Ragusii sunt ilares de vestro adventu, ex eo quod ipsi credunt, sicut eis scripsit çuppanus tuus patronus, quia habetis commissionem a çuppano faciendi aptacionem cum eis. Et quia treuga, que est usque ad Pasca, est satis brevis; et vos ex uno latere habetis facere, sicut ipsi credunt, aliqua servicia vestri patroni sicut persona, que venitis nuper ab ipso et ipsi ex alio latere vacant ad orandum Deum in ista edomada sancta in eclesia, sicut est consuetudo per mundum; ideo placeat vobis prorogare treugam usque ad festum sancti Georgii proxime futuri, sicut est usque ad Pasca; et interim loquemini et aptabitis cum nobilibus illud quod erit oportunum.

Et si dictus Obrad contentabitur de treuga usque ad sanctum Georgium, et tu fac quod tibi scribat litteram dicte treuge, sigillatam cum suo sigillo, et habendo dictam litteram, statim debeas venire cum ipsa in Ragusium.

Et si dictus Obrad non contentabitur facere treugam, et tu audiendo responsionem, quam tibi faciet et omnia alia que tibi dicet, statim debeas venire Ragusium.

Et debeas sibi dicere quia hodie recepimus unam litteram a çuppano et propterea nobiles homines sue mittunt ad te pro istis servisiis.

Lett. Comm. Lev. 1361–81. fol. 74.

Die xvi junii. Ind x. Hoc et exemplum littere misse Carolo Tobia pro facto Pauli Clappovich.

Magnifice et potens domine, grata salutacione premissa. Quia ex parte Pauli Clappovich, nostri civis de Ragusio, facta fuit nobis ex parte eius querela, quod nuper, eunte ipso Paulo cum quadam barcha nostrorum Ragusinorum, cum suis rebus et mercacionibhs ad civitatem Durachii, quodam vestrum lignum armatum, circa x miliaria in mari longe a terra, supra palos piratico modo cepit eundem Paulum, et abstulit sibi pecias xviii pannorum et certas alias res, portando dictam barcham cum dictis Paulo et marinariis ipsius ad suum velle captivos. De quo si ita est, admiramur quam plurimum, et nullatenus credere possumus, propter benevolenciam et magnam amiciciam, quam habemus vobiscum, quod premissa, de vestro mandato vel contra, facta fuissent; et maxime quia dicitur ex eo, quod iusticiam habere non potuistis in nostra civitate contra Andream de Drincasso, ideo premissa fieri fecistis; de quo, salva vestra reverencia, fuistis male informatus ex eo, quod non solum vobis nostro cordialissimo amico, set unicuique alio coram nobis iusticiam postulanti, semper parati fuimus, sumus et erimus expeditam iusticiam ministrare. Nunc autem quia Boleslavum Petrovich, latorem presencium, ad vestram dominacionem et ami-

ciciam transmisimus pro premissis, incirca vestram amiciciam deprecamur, quatenus iusticie et nostri amoris intuitu prefatas pecias pannorum et alias res a dicto vestro ligno ablatas, dicto Boleslavo integraliter dari et assignari dignemini facere, si placebit; et prefatam barcham cum omnibus nostris hominibus liberari, sicut de vestra amicicia plene confidimus et speramus; et si quidvis habetis petere contra aliquem nostrum civem, parati sumus, quando aliquem vestrum nuncium miseritis vobis facere favorabilis iusticie conplementum; et pro facto salis quondam Grube de Mençe rogamus vos, ut illud seu eius precium si placeat restituatis.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 80.

Die xiv augusti. Exemplum commissionis facte Blasio de Vodopia pro facto Milossii Povicha.

Nos Johannes de Bona, rector comunis Ragusii, cum parvo consilio, ex autoritate nobis data a consilio rogatorum, commitimus tibi Vlachota de Vodopia, noster civis, quod in nomine Dei debeas ire in barcha ad Civitatem Veterem in Obod, et ibi invenies Milossium Povicha fratrem Gureç logofeti; et debeas descendere in terram et portare tecum Johannem nostrum cancellarium et aliquos testes de marinariis. Et debeas dicere dicto Milossio, in presencia nostri cancellarii et testium latinorum et sclavorum, qui erunt ibi presentes: Milossi, sepe tu scripsisti per tuas litteras, quas misisti per unum tuum famulum nobilibus et comuni Ragusii, quod deberent tibi dare illos vestros denarios, quos habent in comuni. Et eciam Give Longus et Radicha, tui procuratores, ad vestram requisicionem simili modo sepe requisiverunt eos, quod debeant vobis dare dictos vestros denarios. Et ideo nobiles et comune Ragusii miserunt me ad vos cum dictis denariis, quod vobis illos debeam dare. Qui denarii sunt ducati viicLxxxii et grossi xv de toto debito, quod vobis dare tenetur comune Ragusii. Et propterea recipias illos cum vestra manu; et debeas numerari illos, et dare sibi, et dicas ei: Confitere quomodo recepisti eos; et si forte ipse nollet eos precipere, et tu dicas ei; quod nullo modo comune Ragusii vult tenere vestros denarios ita, quod accipiatis eos; et sic si voluerit recipere, sic vero debeas illos sibi dare, et facere scribi, quomodo illos recepit sic si confessus fuerit recepisse, sic si non. Et debeas dicere Stjepasio, qui tenet dictum Milossium incarceratum, et rogare ipsum ex parte nostra, ut debeat dictum Millossium affrancare, sicut promisit comuni Ragusii.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 76.

Die viii mensis octobris. Indictione x. Exemplum littere destinate ducali dominio Veneciarum per consilium rogatorum.

Serenissime domine. Reverencia debita cum omni honore premissa. Litteras vestre serenitatis a consule et civibus vestris noveritis nos recepisse inter cetera continentes, quod celsitudo vestra miratur et gravatur de quodam ordine condito per nos, videlicet quod forensis cum forense mercari non possit; ad quarum litterarum continenciam sic dominacioni vestre per presentes duximus respondendum: quod vestrates in Ragusio commorantes et hac transeuntes, semper amicabiliter sunt et honorabiliter

pertractati, prout patet manifeste; hunc vero ordinem condidimus ex auctoritate et licencia nobis concessa et attributa a domino nostro naturali, domino rege Hungarie, ad ejus honorem et sue civitatis conservacionem et augmentum; quamvis hactenus licebat cuilibet forensi mercari cum forense, quod erat valde damnosum inutile et destructivum civitatis nostre antedicte. Et immo nos oportuit de necessitade condere ordinem prelibatum, non solummodo pro vestris civibus, sed generaliter pro forensibus quibuscunque. Quapropter dominacionem vestram deprecamur, quatenus dignemini ac vobis placeat de dicto ordine non gravari nec turbari, quem licite atque iuste facere potuimus. Cum eciam hoc de vestra serenissima ac preclara civitate desiderare potestis, in qua similes sunt ordines et maiores, et fiunt assidue qui ad comodum ac conservacionem excellentissime dominacionis et civitatis vestre redunt et honorant.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 76.

Die xxvii novembris. Hec est copia declaracionum franchisiarum et solucionum doanarum civitatis Ragusii in unum conpilatarum pro declaracione Anchonitanorum.

Anchonitani et eorum mercimonia tractari debeant in Ragusio et toto eius districtu, sicut tractantur proprii cives dicte civitatis Ragusii in solucionibus doanarum et merchanciorum.

Inprimis: quod pro omnibus mercacionibus, seu rebus conducendis Ragusium, vel ad eius districtum, per Anchonitanos seu alios conducentes mercatores, et res ipsorum Anchonitanorum, de quacunque parte mundi, intus vel extra chulfum, nullam doanam, ipsi conducentes, pro conductu solvere teneantur. Excepto, quod pro quolibet vasello medii miliarii de oleo, solvere debeant conducentes grossos octo ragusinos, prout cives Ragusii similiter solvunt.

Si vero dicte mercaciones seu res extraherentur de Ragusio, per ipsos Anchonitanos, seu per Ragusinos quibus ipse mercaciones seu res vendite fuerint, et eas portaverint seu miserint ad quecumque loca, inferius non declarata, talis extrahens, seu mittens, nullam doanam pro tracta solvere teneatur. Excepto et reservato, si dictas mercaciones vel res ipsi Anchonitani vel Ragusini, quibus vendite fuerint, extraxerint vel aportaverint seu miserint ad ista loca videlicet ad totum regnum Rassie, ad partem regni Hungarie vocatam Sremia, ad banatum Bossine et ad civitatem que sunt a Ragusio versus orientem, ab ista ripa Sclavonie usque Durachium exclusive, et ad insulas Melite, Curçule, Farre et Braçe, tunc talis extrahens, portans seu mittens ad predicta loca duo et tres quartas pro centenario quolibet solvere teneatur. Salvo pro fostaneis, si miserint vel portaverint ad regna, civitates et loca superius nominata, solvere teneantur pro qualibet pecia grossum unum ragusinum.

Si vero dicte mercationes vel res vendentur in Ragusio. vel in eius districtu Sclavis. vel hominibus predictorum locorum, exceptis hominibus de Durachio et de Anchona, tunc dicti Anconitani solvere teneantur tres et terciam pro centenario, sicut Ragusini vendentes talibus solvere tenentur.

Si vero predicte mercaciones seu res venderentur hominibus de Durachio, vel de Anchona, seu aliis forensibus quibuscunque, exceptis Sclavis

et hominibus locorum superius declaratorum, tunc tales Durachini, Avelonite et tales alii forenses solvere teneantur tantum videlicet, quantum Ragusini solvunt in civitate vel loco eorumdem Durachinorum, Avelonitarum et talium forensium predictorum; Anchonitani vero vendentes in Ragusio talibus, nullam doanam solvere teneantur. Item pro omnibus mercacionibus et rebus, quas Anchonitani emerint in Ragusio, vel in eius districtu, a Ragusino, vel Sclavis, vel hominibus predictorum regnorum, civitatum seu locorum preter Durachium et Avelonam, et ipsas mercaciones et res portaverint seu miserint Anchonam, vel ad alia quecunque loca superius non declarata, nullam doanam ipsi Anchonitani extrahentes solvere teneantur. Si vero ipsas mercaciones seu res portaverint vel miserint ad loca prenominata, solvere teneantur, prout superius est declaratum. Ragusini vero, vel Sclavi, seu homines regnorum, civitatum et locorum predictorum prepter Durachium et Avelonam vendentes Anchonitanis, nullam doanam solvere teneantur pro dictis mercacionibus et rebus vendendis Anchonitanis.

Si vero ipsi Anchonitani emerint in Ragusio aliquas mercaciones vel res ab hominibus de Durachio et de Avelona, vel ab aliis quibuscunque forensibus, exceptis Sclavis et hominibus regnorum, civitatum et locorum predictorum, Anchonitani, extrahentes vel mittentes ipsas mercaciones, vel res Anchonam et ad alia quecumque loca superius non declarata, nullam doanam pro tracta ipsorum mercanciarum vel rerum solvere teneantur. Salvo, si eas miserint vel portaverint ad loca predicta, tunc solvere teneantur prout superius est expressum; homines vero de Durachio et de Avelona et tales forenses predicti, qui dictas mercaciones seu res vendiderint Anchonitanis, per conducta dictarum mercacionum seu rerum solvere teneantur tantum videlicet, quantum cives Ragusini solvunt in civitate vel loco Durachinorum, Avelonitarum, seu talium forensium predictorum. Si vero nichil solverint Ragusini in civitate vel loco ipsorum Durachinorum, Avelonitarum, seu talium forensium predictorum; nichil etiam ipsi Durachini, Avelonite, seu tales forenses predicti vendentes Anchonitanis in Ragusio solvere teneantur.

Item, quod de omni mercato, quod fiet in Ragusio per Anchonitanos, de quibuscumque mercacionibus et rebus, a viginti solidis grossorum supra, tam emendo, quam vendendo, solvere teneantur comuni Ragusii pro misitaria grossos tres ragusinos, pro quolibet centenario solidorum grossorum quorum trium grossorum solvendorm pro centenario, medietatem vendito et aliam medietatem emptor solvere teneatur, prout similiter et ipsi Ragusini solvere tenentur. Excepto quod de auro et argento nullam misitariam solvere teneantur.

Item de blado cuiuscumque generis et leguminibus conducendis et exonerandis per Anchonitanos in Ragusio. tractentur et tractari debeant dicti Anchonitani prout tractantur cives Ragusii, nichil solvendo per ipsos Anchonitanos per conducta de illis leguminibus et blado. Item de vino tractentur et tractari debeant dicti Anchonitani, prout ipsi Ragusini tractantur, videlicet quod ullo modo valeant nec possint conducere vinum forense in Ragusium, nec in eius districtu quemadmodum ipsi cives Ragusii ullo modo possunt conducere illud.

Item de sale, sepo, oleo, caseo, carnibus salatis et bestiamine cuiuscumque generis tractentur et tractari debeant Anchonitani predicti quemadmodum tractantur proprii cives Ragusini.

Item de tela de lino, sclavinis, drappo vocato rassa, austuribus et aliis avibus, servis et ancillis Anchonitani predicti tractentur et tractari debeant quemadmodum tractantur proprii cives Ragusini.

Item quod omni miliari ponderis de mercacionibus vendendis ad pondus solvantur per venditorem parvuli vigintiquinque pro pondere; emptor vero nichil solvere teneatur. Si vero per se voluerit ponderare sine aliqua vendicione, talis ponderans per se solvere teneatur medietatem dictorum vigintiquinque parvulorum.

Item st aliquis Anchonitanus portaverit vel miserit ad loca superius declarata ubi solverit doana, aliquas mercaciones vel res, solvere teneatur ultra id quod superius dictum est grossum unum Ragusinum, pro qualibet salma portature equi, pro ferro vero et lana si ea portaverit vel miserit ad talia loca predicta solvere teneatur pro quolibet miliari ponderis grossos tres ragusinos, ultra id quod superius dictum est.

Item navigium Anchonitanorum in Ragusio et in toto eius districtu pro arboraticho nichil solvere teneatur.

Item si navis vel mercaciones Anchonitanorum per fortunam temporis vel cursariorum timorem vel deffectum navigii, attinxerit in portum Ragusii, possit discarcari et iterum carcari nichil solvendo. Salvo si vendiderint de dictis mercibus vel apportaverint seu miserint ad loca predicta ubi solvitur doana, tunc solvere teneantur secundum quod superius est declaratum de eo tantum quod vendiderint, portaverint seu miserint ad loca predicta, ubi solvitur doana.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 77.

Copia sive exemplum littere destinate domino nostro naturali, domino regi Hungarie pro ordinibus et novitatibus contra Raguseos.

Serenissime domine noster, omni debita reverencia cum humili recomandacione premissa. Decet nos fideles et subditos vestre regie magestatis, in omnibus nostris oppressionibus gravaminibus et perturbacionibus illicitis ad benignam et graciosam celsitudinem vestram fiducialiter recurrere, qui post Deum est tota spes nostra atque salus. Hinc est, quod aliquo tempore in civitate Veneciarum mercaciones extrahere cum forensibus solebamus tam in emendo, quam in vendendo; de qua consuetudine a dictis Venetis omnino privati sumus, ordinem facientibus contra nos, quod ullo modo valeamus in dicta civitate Veneciarum aliquas mercaciones emere a forensibus nec vendere forensibus prelibatis ab annis quatuor citra proxime preteritis, de quibus privacionibus sive novitatibus statim in illo tempore vestre benignitati regali per nostros nuncios curavimus explicare. Et ab illo tempore in antea contra omnes libertates et consuetudines supra nostras mercaciones, quas Venecias portabamus et quas inde extrabamus dacia sive gabellas et gravamina maiora solito imponebant, et incessanter extorquere faciebant. Et considerantes dicti Veneti et videntes gravamina supra nos et mercaciones nostras in dicta eorum civitate inpunitas, ad hanc nostram civitatem Ragusii cum eorum mercacionibus multi et multi ipsorum

concurrerunt, nobis non auferentibus eis, nec eorum mercacionibus, aliquod dacium vel gabellam, unde predicti Veneti cum forensibus mercabantur et lucrabantur, auferentes totaliter in iuvamentum et lucrum vestris fidelibus huius vestre civitatis Ragusii, cum quo conservabantur. Nosque, pro honore regio et huius nostre civitatis conservamento, ac eciam pro evitando periculum, quod evenire potuisset occasione concursus multorum Venetorum ac conversacionis ipsorum in hac civitate nostra, opportuit de necessitate contradictum ordinem, quod nullus forensis cum alio forense ullo modo mercari possit. Et Veneti sepedicti in vigilia Nativitatis Domini proxime preterita in eorum civitate Veneciarum proclamari fuerunt et bampniri cum magnis penis et bampnis, quod nos Ragusini de Veneciis aliquas mercaciones extrahere non valeamus, nec illuc portare aliquas mercaciones nostras ullo modo. Et si vestre regie magestati libebit videre copiam dicti bampni Venetorum, contra nos facti, huic nostro nuncio dedimus presentandam. Quapropter serenissime magestati vestre, que post Deum unica spes nostra est in terris, humiliter supplicamus quatenus dignemini, si placet, hiis agravaminibus nostris, minis et superbie dictorum Venetorum providere, prout vestre benignitati regali videbitur expedire.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 78.

Lettere e Commissioni di Levante.

1373.

Die . . . mensis januarii. Exemplum commissionis Blasii de Radoano ad dominum regem Hungarie.

Nos Andreas de Gondola, miles regalis, rector de Ragusio, cum lo nostro conseio minor et de pregadi, cometemo a ti Blasio de Radoani, çitadin nostro dilecto, che al nome de Dio debi andar per parte nostra et de tuta la terra al nostro signor natural misser lo re de Ongaria. Et quando Dio te çonçera da ello, debilo inclinar cum omne reverencia, che a la tua discrecion parera che se convegna.

Et fata la inclinacione, debili presentar la lettera nostra, la qual nuy li mandemo, et debi li dir et exponer chomo questa lettera manda alla vostra regal magestade li vostri subditi et fideli de Ragusi de le lor novitade et graveçe, la quale li fasie li Veneciani, chomo in questa lor lettera se contiene ordenadamentre. E pero supplicano umelmentre, che el ve plaqua de proveder sovra de ço.

Anchora te chometemo et chomandemo, che tu debi presentar le lettere a queli baroni, a li quali nuy scrivemo, se eli sera in corte de misser lo re, et debi informar caschadun de queste novitade, che ne fa li Veneciani et pregarli, che li plaqua de esser favorevoli de queste cosse apresso lo nostro signor. Et debili informar in questo modo. Che in questo tempo, che al nostro signor plasieva de reçeverne sotto le sue ale, nuy in Venecia podevamo comprar mercadandie da forestieri et a li diti forestieri vender de le nostre merchadandie. Et da puo passando algun tempo

ne priva de quela usança, montando li daci et gabelle sovra le nostre merchadandie et altre graveçe et novitade, façando omne di contra le usançe et libertade antige.

Et li Veneciani, veçando queste graveçe fate sovra le nostre merchadandie, chomença multiplicar ad usar in la nostra çitade cum le lor merchadandie et merchadeçando eum li forestieri tirando tuto lo guadagno et lo inviamento a li nostri çitadini, li quali guardano de di et de note et sostegna one nafano et angaridie de la çitade de Ragusi ad onor del nostro signor misser lo re.

Et nuy veçando, che lo multiplicar de li Veneciani a vignir ad usar in la çitade de Ragusi, era danoso molto a li citadini et perigolo grando a conservacione de la fidelitade del nostro signor, ne convene de necessitade a far ordene, che nessun forestier in la çitade de Ragusi non podesse comprar merchadandie da l' altro forestier ne vender. E per questa chasion li diti Veneciani fesier ordene contra de nuy et de le nostre merchadandie, lo qual feseno cridar publicamentre in Venecia, la vigilia de la nativitade del nostro Signor, che nuy Ragusey non ausamo ne possamo per algun modo trar alguna merchadandia de Venecia, ne de le nostre merchadandie portar a Venecia soto grande pene et bandi. Et se a misser lo re, over ad algun de li diti baroni plasera de veder la copia de quel ordene de li Veneciani, che anno fato contra de nuy, la qual te avemo dada; debila mostrar.

Ancora te chometemo et chomandemo, che tu debi informar çascadun baron de queli, a cui tu presentaray le nostre lettere, de le menaçe che li Veneciani ne fasieno omne di, et non cessano et de la lor superbia et arogancia, de le qual menaçe, superbia et arogancia credemo che sie plenariamente informado, per che tu le ay oldide et sapude.

Et fato questo, che (è) scrito de sopra, debi solicitar de aver resposta da misser lo re et da tuti altri baroni, che poray trovar in corte. Et abiando la resposta debi tornar viçamentre a Ragusi.

Et se tu serai domandado de lo ordene, che scrito è qua de sota, et tu lo debi dir per ordene. Et se tu non serai domandado, et tu non dir niente.

Questo si e lordene, che avemo fato contra li Veneciani. Che se debia cridar et publicar in li luogi usadi de la citade de Ragusi, che pasado questo mense de Zenar algun Veneciam non ause, ne possa trar de Ragusi, ne del suo destricto, algune merchadandie, ne in Ragusi ne in lo suo destreto algune merchadandie, over conducer per se over per altri, per algun modo, over inçegno, soto pena de perder tuto in ço che contrafato sera. Et oltra de ço çascadun che ausara merchadandie de algun Venecian, per algun modo, over inçegno, chaza a la dita pena. E che se debia cometer ali avocatori de comun, che debiano inquirere, chi contrafara. Et de tute quele cosse che trovara contrafate, debia aver la terça parte; et le II parte vegna in comun, se queli avocati sera acusadori. Et se sera altro acusatore, aver debia la dita terça parte, se per la sua acusa se pora trovar la veritade, et sera trovado la veritade. Et non se intenda in questo ordene le merchadandie, che ça fosse in via; veramente, se al contrafaçando a li prediti ordeni non se podesse provar per guarenti se

sera alguna presumpcion contra de quel, sia in prudencia et libertade del conseio de pregadi ad examinar et condanar de le predite cosse, chomo a dito conseio de pregadi parera.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 74.

Die xiiii marcii. Commissio data domino Andree et Petro de Gondola. Nuy Andrea de Benessa, rector de Ragusi, cum li nostri consey menor et de pregadi, chometemo a vuy misser Andrea de Gondola et Piero de Gondola nobili et dileti citadini nostri, che quando vuy çonçere in corte de nostro signor misser lo re, vuy debie aver a mente de recordar et recomandar nuy et la terra nostra al dito nostro signor, et a tuti li soi baroni, li quali vuy crederè che siano nostri amisi.

Et debie li narar et dir al dito nostro signor et a questi baroni, che ve parera, de le novitate et menaçe le qual ne fasie et a fato li signori de Venecia, de le qual novitade et menaçe non ve scrivemo qua, per che vuy le save sichomo nuy.

Et se lo nostro signor fasiesse algun concordio cum li Veneciani de le disension, che son intro li Veneciani et nuy, che li plaqua de proveder sopra de ço, chomo a luy parerà, che se convegna per salvamento nostro et de questa terra sua.

Et se in corte del dito nostro signor fosse algune novele de algun peso, che a nuy podesse tornar in nostro destro, over in senestro, che Dio cessa, et vuy ne le scrivi de presente, per algun nostro chorier a nostre spiese, le qual semo apareeladi de pagar.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 78.

Die xxiii aprilis. Littera responsiva destinata domino Carulo de Duracio duci Dalmacie et Croacie.

Illustris et excelse domine, debita reverencia premissa. Celsitudo vestra noverit per presentes, quod Bernardus Francisci, vester officialis in Sybenico, nobis vestre dominacionis litteras presentavit, quas cum omni reverencia debita recepimus continentes, quod Petrum de Gondola concivem nostrum conpellere deberemus ad satisfactionem plenariam eius, quod dare tenebatur camare regali; quarum tenore plenarie intellecto sicut celsitudini vestre duximus respondendum, quod predictus Bernardus tria capitula exposuit coram nobis; videlicet primo, quod eidem racionem facere deberemus de dicto Petro debitore camare regali de certa quantitate florenorum, quam intuitu vestre magnificencie facere procurassemus affectantes si in Ragusio fuisset, qui iam multis diebus ellapsis de Ragusio recessit causa eundi in Hungariam vel veniendi ad dominacionem vestram. Secundo dixit dictus Bernardus, quod ante quam recederet de Sybenico, audiverat, quod dictus Petrus erat in Narento petens quod deberemus mittere precipiendo eidem quod sub certa pena deberet Ragusium accedere ad solvendum, quod dare tenebatur camare antedicte. Et sic facere determinaveramus rogantes predictum Bernardum, quatenus deberet iii diebus expectare, in quibus nostri cursores de Narento redire poterant cum nostro precepto. Qui Bernardus expectare omnimodo recusavit, petens a nobis, tercio quod bona dicti Petri deberemus facere sequestrari. Cui

respondimus, quod non cognoscebamus dictum Petrum aliqua bona habere in Ragusio per ipsum acquisita, nec ad ipsum spectancia vel pertinencia. Et si ipse Bernardus sciebat vel investigare posset, ubi esset de bonis ipsius parati eramus sequestrari facere cum effectu. Et nichil amplius Bernardus sepe dictus a nobis petere procuravit, nisi quod ipse quamdam protestacionem fecit contra nos, tacita veritate, prout in dicta protestacione sua et nostra responsione ad invicem convenientes apparet manifeste. Quapropter dignemini, si placet, nos racionabiliter excusatos habere superinde.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 80.

Die xvi madii. Exemplum littere destinate domino regi Hungarie.

Serenissime domine, debita reverencia cum humili recomandacione premissa. Nobis fidelibus convenit et de iure tenemur vestre regie magestati intimare omnia, que presentimus tentari per Venetos contra terras vestras; videlicet quod hiis diebus proxime ellapsis, Veneti misserunt galeas suas cum uno ambaxiatore juxta capitaneo ad Georgium de Balsa ad tractandum et componendum cum dicto Georgio et cum çuppano Nicola de Altomano, nostris circavicinis, ad destructionem et dapnum vestrarum terrarum et precipue huius terre nostre Ragusii. Et credimus, quod si vestre serenitati liberet mittere ad predictos Georgium de Balsa et çuppanum Nicolam aliquem vestrum nuncium, quod non auderent se movere contra vestram regiam voluntatem, et si animus ipsorum aliquiter esset comotus prece vel precio Venetorum, ab ipsorum proposito removerentur. Et si dignabitur vestra benignitas aliquas litteras predictis Georgio et Nicole destinare occasione predicta, dignemini mandare quod dicte littere nobis dentur, ut valeamus ipsas eisdem baronibus presentare. Quapropter vestre serenitati humiliter supplicamus, quatenus dignemini, si placet, de remedio salutari providere, prout magestati vestre videbitur convenire superinde.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 81.

Exemplum littere destinate domino nostro domino regi Hungarie.

Serenissime domine noster, debita reverencia cum humili recomandacione premissa. Nobis subditis et fidelibus convenit atque decet vestre regie magestati omnia que presentimus tractari per Venetos contra terras nostras informare. Videlicet quod hiis diebus misserunt galias suas, cum uno ambaxiatore juxta capitaneo dictarum galearum, ad Georgium de Balsa ad tractandum et conponendum cum dicto Georgio et cum Nicolao de Altomano, nostris circavicinis in hunc modum videlicet, quod dicti Veneti petunt a dicto Georgio gentes in eorum adjutoriam contra magnificenciam vestram et dominum Paduanum, promittentes dicto Georgio dare civitates vestras Chatari et Duracii, et Nicolao de Altomano Punctam Stagni. Et quod debeant hanc terram nostram Ragusii obsidere Veneti per mare, et predicti Georgius et Nicolaus per terram; et istud certitudinaliter habemus. Quod autem dicti Veneti firmaverint vel fecerint cum dictis Georgio et Nicolao ignoramus; tamen credimus, quod quando vestre serenitati liberet ad predictos Georgium et Nicolaum aliquem nuncium destinare, quod ipsi

non auderent contra vestram regiam voluntatem se movere; et si aliqualiter ipsorum animus comotus esset precibus vel precio dictorum Venetorum, ab ipsorum proposito removerentur. Si vero dignabitur benignitas vestra predictis Georgio et Nicolao aliquas litteras destinare occasione predicta; digneri, si placet, mandare quod dicte littere ad manus nostras destinentur, ut valeamus ipsas eisdem presentare. Supra quibus omnibus suprascriptis vestre regali magestati humiliter supplicamus, quatenus dignemini, si placet, de remedio salubri providere, prout vestre magestati videbitur convenire.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 81.

Lettere e Commissioni di Levante.

1374.

Die xiii aprilis. Copia commissionis date ser Michaeli de Babalio capitaneo nostre galee iture Jadram, et inde lature ad partes Apulie dominos Karolum ducem et Margaritam suam uxorem ducissam.

Nos Stephanus de Sorgo rector civitatis Ragusii, cum nostro consilio rogatorum, ex plenaria auctoritate ad infrascripta nobis facta a maiori et generali consilio dicte civitatis, comictimus tibi Michael de Babalio, noster honorabilis civis, quod in nomine Dei et sancti Blasii, nostri protectoris, debeas ire capitaneus in nostra galea armata, quam mittimus de mandato domini regis Hungarie pro deferendo dominum Karolum ducem et suam uxorem dominam Margaritam ducissam ad partes Apulie de Jadra.

Et vadas hinc recto tramite in Jadram; et cum fueris ibi, presenta te domino duci Karolo et dominis ambassiadoribus domini nostri regis, significando eis, quod secundum mandatum dicti domini nostri regis, tu es paratus cum nostra galea portare dominum ducem et ducissam ad partes Apulie.

Et quando eris in partibus Apulie, depositis dictis dominis in terram, petas ab ipsis licenciam et recomendar eis nostram civitatem, et nostros nobiles, et mercatores de Ragusio: et venias recta via in Ragusium expedite.

Et si ipsi noluerint tibi dare licenciam, et tu dicas eis, quod dominus noster rex ita precepit nobis per suas litteras ut, depositis illis in terram, statim galea revertatur Ragusium: et ostendas illis litteram dicti domini nostri regis, si voluerint eam videre, la qual littera tu porti cum ti.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 82.

Die xx madii. Commissio facta fratri Pelegrino misso ad dominum Carolum Tobie in servicium comunis Ragusii.

Nos Marinus Junii de Mençe, rector comunis Ragusii, cum nostro minori consilio, sono campane more solito congregato, de commissione nobis data a consilio rogatorum comittimus, *(vobis)* honorabilis et circumspecte

vir, frater Peregrine, noster dilecte, quod in nomine Dei debeatis ire ad dominum Carulum Tobiam descendendo ad aliquem portum, ubi vobis melius videbitur, sed non ad civitatem Duracii; et faciendo sibi salutacionem ex parte nostra cum illis ornatis verbis, que erunt condecencia, debeatis sibi presentare nostram litteram credencialem, quam portabitis vobiscum. Et quando dabit vobis audienciam et vos per pulchriorem modum, qui vobis videbitur, debeatis sibi dicere: Domine Carule, nobiles et comune Ragusii, vestrorum antiquorum semper et nunc vestri amici, scripserunt sepe vestre dominacioni, quod restitueretis Paulo Clappovich, eorum civi et mercatori, mercancias et res, quas sibi abstulistis, propter quas ipse exulat et non audet ire in Ragusium, ex eo quod est debitor multis nobilibus de Ragusio, qui dederunt sibi in credencia dictas res; et vos usque ad presens nichil restituistis dicto Paulo. Quare supplico vobis et rogo ex parte nobilium comunis Ragusii predictorum, quod habeatis compassionem de dicto Paulo et restituatis sibi res suas vel valorem ipsarum, ut vadat secure Ragusium et aducat inde de rebus vobis necessariis et serviet vobis melius, quam servit in presenti. Et si dictus dominus Carolus restituerit vobis res, vel precium ipsarum, vel partem pecunie, et residuum promittet dare, et vos adcipiatis; et si non dabit aliquid, sed promittet dare, et vos recipiatis suam promissionem et obtineatis supra ista materia quicquid poteritis ab eo.

Item volumus, quod dicatis sibi, ex parte nostra: Domine Carule, vos sicut sapiens dominus, clare scitis quantam utilitatem dabant mercatores de Ragusio, conversando per loca vobis subiecta vestre dominacioni, aducendo de mercanciis necessariis et emendo per vestras contratas; nunc per Dei graciam dominamini in fluminariis Dievali et Vregi, ubi Ragusini conversantes dabant maximum fructum et utilitatem Blasio Mattarango, tunc domino dictorum locorum. Quare, pro utilitate iurium vestrorum, et pro municione vestrorum hominum, de rebus illis opportunis et pro meliore expedicione rerum suarum, satis bonum foret, quod mercatores de Ragusio venirent cum rebus et mercanciis, et conversarentur per vestras contratas, sicut erant soliti pro tempore preterito; et si vobis placet, quod dicti mercatores libentius se moveant ad veniendum, scribatis comuni et nobilibus de Ragusio unam litteram cum vestro sigillo, affidando in fide vestra omnes et singulos Ragusinos volentes venire ad vos et loca vestra, quod in personis seu in rebus nullam habebunt injuriam vel offensam; et si aliquid eis auferetur, quod facietis eis restitui id, vel valorem, sine mora; et iuretis cum vestro sacramento adtendere premissa, et habebitis concursum mercatorum Ragusinorum, a quibus percipietis maximam utilitatem et honorem. Et faciendo vobis suum iuramentum et dando vobis litteras affidacionis et securitatis, recipiatis licenciam ab ipso et veniatis Ragusium sine mora.

Et si ipse simili modo voluerit, quod vos pro parte nostra affidetis homines suos, qui secure veniant Ragusium et per totum nostrum districtum, et vos affidetis illos: et si ipse voluerit habere litteras affidacionis predicte a nobis, et eas promitatis sibi, quia illas sibi mittemus; et circa premissa cum vestra copioxa discrecione debeatis sic efficaciter laborare, ut nos habeamus nostrum intentum; et vos remaneatis penes nos merito colaudandus; et sic speramus quod facietis.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 82.

Die xxii madii. Copia littere misse Chattarensibus pro optinenda iusticia fiende civibus ragusinis.

Amici dilecti, grata salutacione premissa. Ad peticionem nostrorum civium, coram vobis iusticiam postulancium, ad optinendum illam a vobis multiplicatas litteras vestre amicicie recolimus rescripsisse, que secundum ipsorum relacionem, usque nunc nullatenus vos moverint ad ministrandum ipsis ius debitum cum ordinibus vestre terre; imo magis, cum quodam contemptus modo, vestros animos induraverint, ad adgravandos eosdem nostros cives, coram vobis in iudicio placitantes, indebitis dilacionibus, subterfugiis et inpedimentis ita et taliter, quod propter diuturnitatem temporis, cum multiplicatis exspensis moram in vestra patria faciendo, intollerabiliter fatigatos, et de una curia ad aliam transportatos, malis gradibus oporteat ipsos de vestra civitate descedere, sic cum instrumentis renunciando, et sentenciis pro tempore preterito a vestris iudicibus pro tempore preterito promulgatis, pro quibus nullum decet fieri indugium, sicut cum aliis scripturis et eorum causis legiptimis nullam iusticiam ottinendo. Et maxime de novo per Matheum de Georgio nomine Junii de Sorgo, Demitrium de Benessa et Unuce de Matessa facta fuit querela coram nobis, quod dictns Unuce, morans nuper in vestra civitate Chatari per sex menses continuos, cum multis et gravibus laboribus et expensis, et dictus Junius per multos menses, prout vos scitis, nescimus qua de causa, nullam iusticiam a vobis potuerint aliquiliter optinere. De quo admirantes de vobis quam plurimum ex eo, quod nos vestratibus expeditam iusticiam facimus, prout scitis et merito nos adgravantes, vestram amiciciam requirimus et rogamus, quatenus tam dictis Junio et Unuce quam singulis aliis nostris civibus coram vobis iusticiam petituris, expedite iusticie, prout dictis de iure tenemini, faciatis, si placet, complementum, sicut nos vestris civibus facimus illud. Idem quod si perfeceritis, debitum vestri officii facietis; et consanguinitas et amicicia, que est intra nos, suscipiet incrementum, alioquin opportebit nos necessaris dictis nostris civibus de oportuno remedio providere, quod ex manifesta vestra culpa procedente et cum animorum gravamine faciemus. Et supra premissis, quod facere intenditis, nobis per latorem presencium denotetis.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 83.

Die v septembris. Commissio transmissa Jadram Marth
olo de Thudisio ituro Venecias cum domino Simone de Aurea ambassiatore domini nostri domini regis Hungarie, pro factis nostre civitatis Ragusii.

Nuy Johane de Grede rector de Ragusa, cum lo consello de li pregadi, per auctoritade a nuy data da lo grande consello, cometemo a vuy Marthholo de Tudis, nostro honorado citadino, che al nome de Dio et de misser san Blasio nostro defensor, debie acompagnar misser Simon armirallo et ambassador del nostro signor; misser lo re de Hungaria, per li nostri servicii in Vinesia, se vederi che ello se contenterà, che andy cum esso; et se ello non se contentasi, non andy; ma y lo debie informar de li nostri servicii. sicho vuy save plenamente, sichomo vi fo scritto in la vostra commission.

Et quando sera lo trattamento del aconço de li nostri servicii cum li Viniciani, debie destramente informar et ordinar cum lo dito misser

Simon ambassator, che per conservamento et bon stado de Ragusa, debia remagner fermo quello ordine, chi havemo fatto. che in Ragusa et in lo suo distretto nissuno foristero possa vender ne comparare de lo foristiero, sichomo li Viniciani haveno lo simile ordine in la lor citta di Vinesia.

Et aconçando lo dito ambasator del signor, che nuy possamo mercadandisar in Vinesia, debia ordinar che li Viniciani, usando in Ragusa, debia pagar in Ragusa per fatto de le merchadancye quelli dacii, chi nuy paghemo in Vinesia, façando in li la nostra mercadancia non acreschando essy li dacii usati, daspoy che nuy fossimo sotto la regal magestade in Hungaria.

Et se allo trattamento chi se fara de l' achonço, la signoria ducale, overo altri per essa, se agravara de nuy et lamentara allo dito ambasator per li ordini, che havemo fati contra de lor, et tu seray clamado a responder, lor debie responder e schusarvi ca lo ordine, che havemo fato, che lo foristiero non possa far merchadancia, nuy lo havemo fato per bon stado et conservamento de la terra del nostro signor, sicho vuy havy simile ordine in la vostra citade de Venesia.

Et per occasion de questo nostro ordine, che fessimo, vuy festi uno ordine a die XXIII de Decembris in MIIICLXXII, lo qual festi cridar publicamente in li luogi vostri usadi, che pasado lo mese de Çenaro proximo sequente, alguno Raguseo non olsa ni possa trar da Venesia algune mercadancie, poner over condur, per se over per altro, per alguno muodo over ingenio sotto pena de perdere tuto in che sera contrafato. Et ultra questo chaça çaschuno contrafaçando, et çaschaduno chi caricasse merchadancie de alguno Raguseo, per alguno muodo over ingenio, ad pene, stricture et ligamenti de li contraordeni de lo haver sutile. E questo fo comesso a tuti li officiali vostri de li contrabandi, che inquira de quelli chi contrafa, e schuda le pene habiando lo terço de quelle pene et le duy parte dovegna in vostro comun. E se sera achusator de le dite chose, habia lo terço de quelle pene, e sia tegnudo de credença vera.

Anchora allo die ultimo de Março proximo sequente, da poy de lo dito mese de Decembrio, festi uno altro ordine contro li Ragusei, lo qual festi cridar in li vostri luogi usadi, digando cunçosia in per quello che li Ragusei sia mal disposti in contra lo honor de la signoria di Vinesia, et habia fato partir li nostri citadini da le sue terre et luogi, ando et fo presa la parte, che tuti li Ragusei, de qualunqua rason se sia, debia fin a di VIII proximi haverse partidi da Vinesia et da tute le terre et luogi de lo comun di Vinesia, sotto pena de lo havere et de le persone, et fo commesso a li provedidori de lo vostro comun de Catarer et a tuti li officiali de li contrabandi, che debia inquirer quelli chi contrafa et debia scuoder le pene; la qual chosa non e vera, che çamai li vostri çitadini non fo menadi da Ragusa ni da lo suo destretto.

E se tu non seray clamato a responder sovra questi servicii, et tu debi ordinadamente informare lo dito ambassador del signor, che ello debia responder per nuy per li muodi scritti de su.

E se non se porra optigner lo nostro intendimento a plen, sicho se conten in questa commission, se mello non se pora, debiase pur optigner. che remagna lo nostro ordine fermo: che furister cum furistiero non possa

far merchadancia in Ragusa, et in lo suo destretto; et tute le altre chose remagna in li termini, che fo infra nuy et li Viniciani in lo tempo, quando nuy fessimo lo dito nostro ordine, lo qual volemo che remagna fermo.

Et debie recordare al dito misser Simon ambassator, per lo fatto de la nave de Marino de Mençe, che fo abrusata da li Viniciani, sicho tu sy informato, che debi exponer alla ducale signoria domandando debita satisfacion.

Et quando tornari da Vinesia cum lo dito ambassator a Zara, debieni scriver da Zara ordinadamente per tua littera ço che sera conço de li diti nostri servisii in Vinesia. Et da Zara debie andar cum lo dito ambassador in Hungaria allo dito nostro signor; e debieni scriver de là, la resposta del dito nostro signor et del suo consello sovra li diti nostri servicii; et non vi debie partir del dito nostro signor sença lo nostro comandamento.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 85.

Prima pars est de dando Helie de Radoano pro expensis ducatos xx, et sue familie dare pro suo nutrimento perperos III omni mense. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de precipiendo ser Petro de Gondola ambassiatori nostro, quod recedat hodie per totum diem de Ragusio, sub pena yperperorum c. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de committendo ser Petro *(de Gondola)* ituro ambassiatori, quod procuret prout melius poterit et sibi videbitur, quod detur aliquis captivus venetus pro excambio Helie de Radoano, non expendendo pecuniam nisi usque ad ducatos x ad plus, ut habeamus istum pauperem, qui fuit captus pro serviciis terre nostre. *Capt. per omnes.*

Die xxvi augusti. In consilio rogatorum *ball.* xxvi. Prima pars est de faciendo unum donum presbitero Ratcho protovistiario de perperis xx in rebus. *Capt. per* xxiii.

Prima pars est de faciendo dici verba promissionis et spei baronibus domini regis Bossine, per modum qui fuit hic arrengatus. *Capt. per* xx.

Prima pars est de faciendo emergi navigia nostra in portu Ragusii. *Capt. per* xxii.

Die xxvii augusti. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de faciendo officiari ecclesiam sancti Georgii extra muros civitatis ab uno sacerdote, et illuminari una lampada donec durabit presens guerra. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo aduci nostros palos, quos habemus in Stagno et faciendo fieri de illis, unam palatam in portu Ragusii, prout melius videbitur fieri. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod nullus villanus, seu alius quicunque possit reponere vinum in terra firma, sub pena solvendi perperos v pro quolibet contrafaciente, et quod dictum vinum ei stempanetur et prohiciatur, set suum vinum debeat conducere in civitatem, et illud bibere vel extrahere de civitate, et non debeat solvere aliquam dohanam, nisi vendiderit illum. *Capt. per* xii.

(Margini adscript.) Banita per Maroe Bumban.

Prima pars est de faciendo graciam uxori Junii de Bubaliçia et duabus filiabus quondam Marci de Bagas de Catharo, quod possint venire ad standum in Ragusio.

Prima pars est de ordinando ad faciendum venire in Ragusium magistrum machinarum de Catharo, et de dimictendo intrare ad standum in Ragusio magistrum caligarium de Catharo, qui habitabat in Ragusio et iverat nuper in Catharum. *Capt. per* xx.

Prima pars est, quod a modo in antea nulla persona audeat mictere aliquam litteram ad civitatem Cathari, sub pena yperperorum xxv et ultra, quantum videbitur dominio, et qui portabit dictam cartam debeat fustigari. *Capt. per omnes.*

(Margini adscript.) Banita per Maroe Bumban.

Prima pars est de donando magistro Juliano balistario unum par vestium de ducatis xv. *Capt. per omnes.*

Die xxviii augusti. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de dimictendo Tripe famulum ser Mathei de Georgio ad eundum usque ad peregium Cathari. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de concedendo Colino de Florencia, quod possit facere venire ad portum Crome unum navigium, ita quod non sit Venetorum, nec sit aliquis Venetus in illo, et possit per illud mittere suas mercancias. *Capt. per omnes.*

Die xxviiii augusti. In consilio rogatorum *ball.* xviii. Prima pars est de licenciando Radogna cum exercitu Sclavorum, quod vadant ad domos suas, et quod stent parati ad veniendum ad nostrum auxilium, quando requiremus illos. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo comiti Stagni, quod de gente domini nostri regis, que petit ab eo licenciam eundi domum pro factis suis, et redeundi, debeat dimittere minorem numerum quem poterit paulatim. — *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo ser Michaeli de Babalio nostro ambaxiatori, quod debeat stare et esse semper cum domino rege Bossine et Rassie, ubicunque ipse dominus rex erit, et quod de iiic hominibus armatis, quos volebat mictere in Ragusio et de Moroblachis quos volebat mictere in Stagnum pro nunc non sunt necessarii, set stent parati ad veniendum quando mictemus pro eis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et duobus capitaneis ad dimictendum homines pro adducendo de animalibus in Ragusium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de concedendo creditoribus Bone petrari, quod mictant in Narentum unum mercatorem cum ducatis ad recipiendum plumbum illorum. *Capt. per omnes.*

Ser Jacobus de Prodanello fuit electus ad eundum ad Radognam.

Die penultimo augusti. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et duobus capitaneis, ad emendum a Vito coraçario coraçias, quas ipse mutuavit nostro comuni, prout cum illo poterunt concordare. *Capt. per* xviiii.

Die ii septembris. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima pars est de mictendo unam barcham armatam ad partes Apulee, significando nova que habemus de facto Venetorum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mictendo pro xx hominibus Laguste de melioribus, quod veniant in Ragusium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod isti triginta veniant Ragusium per mandatum. *Capt per* XVIII.

Prima pars est arbitrium domino rectori et duobus capitaneis, de concedendo ad mittendum litteras in Catharum et inde recipiendum et affidandum, quod possint venire usque ad ecclesiam sancti Jacobi. *Capt. per omnes.*

Filio Marini de Volçi, qui stat in Catharo fuit facta gracia, quod possit venire in Ragusium. *Capt. per* XVIII.

Die IIII septembris. In consilio rogatorum *ball.* XX. Prima pars est de ponendo Matheum de Zaguro in ecclesia sancti Marci et liberando ipsum faciendo venire in Ragusium suam uxorem et filios. — *Captum per* XVIII.

Prima pars est de ponendo in carcerem in camberlengaria Franciscum Baldella. *Capt. per* XVII.

Die III septembris. In consilio rogatorum *ball.* XXIIII. Prima pars est de mictendo fratrem Petrum Gisda in Catharum ad denunciandum, confortandum et inducendo tam nobilibus, quam plebeis de Catharo per secreciorem modum, prout melius sciverit et poterit, quod quicumque ipsorum cum sua familia voluerit venire in Ragusium et fieri civis Ragusii, recipietur ad standum in Ragusio, sicut quilibet civis Ragusii, iurando fidelitatem. *Capt. per* XXII.

Prima pars est de faciendo licenciari homines Punte, quod vadant ad faciendum vendemias. *Capt. per omnes.*

Die IIII septembris. In consilio rogatorum *ball.* XX. Prima pars est de scribendo comiti Stagni, quod dimictat Vlachotam Luchiocich venire in Ragusium, et quod dimictat omnes barcas volentes venire in Ragusium et ire in Narentum cum mercantiis cum eorum marinariis opportunis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod a modo in antea quilibet debeat venire et stare in sua posta prout oportet et non inde recedet sine licencia campane consuete, sub pena grossorum XXV pro quolibet capitaneo et yperperorum V pro quolibet nobili non capitaneo, et ad voluntatem dictorum rectoris et capitaneorum pro popularibus.

Die IIII septembris. In consilio rogatorum *ball.* XXII. Prima pars est de dimictendo Triphonem Johannis de Buchia ad eundum usque ad peregium Cathari pro Johanne patre suo. *Capt per omnes.*

Prima pars est de licenciando gentem forensem que est in custodia Stagni. *Capt. per* XIIII.

Die VI septembris. In consilio rogatorum *ball.* XXI. Prima pars est de dimittendo Perfchum filium Ivani aurificis, ad eundum ad peregium Cathari pro sua sorore. *Capt. per omnes.*

*

Die vii septembris. In consilio rogatorum *ball.* xxvi. Prima pars est de concedendo magistros fabros ut faciant unam bumbardam Traguriuis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo domino bano Dalmacie et Croacie, quod omnes nostras galeas armare, et ad societatem galearum Januensium venturarum ad nostrum portum Ragusii dare, secundum suum mandatum, hoc facere non possumus cum conservacione Ragusii et Stagni, quas cum multa nostra gente nos custodire oportet; set unam nostram galeam armatam, prout promisimus domino nostro regi dare volumus, et mictere cum dictis galeis Januensium, et similiter cum dictis galeis Januensium mictemus galeam dicti domini nostri inermem et discoredatam prout est, et unum lignum xxiiii banchorum habemus, quod si erit necessarium, et dictum Januenses illud volunt, corpus tamen sine nostra gente, pro honore dicti domini nostri concedemus *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mictendo Priboe de Vladimiro, ut conducat de Melita homines remiges l. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dimittendo duas barchas pro ista gente. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de affrancando mercatores Narenti a custodia Stagni, et quod alia muda fiet parata ad veniendum, quam mictemus pro ipsis. *Capt. per* xxi.

Die viii dicti mensis. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de restituendo domino regi Bossine et Rassie sua pignora que habemus, et retineamus solucionem debiti, quod nobis dare tenetur. *Capt. per omnes.*

Ser Lucas de Bona et ser Matheus de Georgio fuerunt facti ad inveniendum pecuniam necessariam pro armanda nostra galea.

Ser Jacobus de Prodanello, ser Clemens Marini de Goçe fuerunt facti armatores dicte galee.

Die viiii septembris. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de concedendo Obrad Radulinovich presbitero Ratcho Prothovisitiario, quod vadat in Narentum ad faciendum conduci suum plumbum pro uno mense proxime futuro. *Capt. per omnes.*

Die xiiii septembris. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de aufferendo remiges lx de Melita et de Lagusta, xx de Puncta Stagni, lx de nostris omnibus insulis videlicet Calamota, insula et Çuppana, et totum residuum de terra prima. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando cuilibet balistrario nostre galee si reperientur volentes ire de ipsorum propria voluntate duc. iii pro quolibet mense. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo propelli sive barari nostram galeam armatam in mare. *Capt. per omnes.*

Ser Georgius de Bodaça et ser Unuçe de Martessa capitanei in castro sancti Laurencii. De die possint stare in civitate Ragusii, et de nocte unus eorum stet ad custodiam castri. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dimittendo de carcere Nichum de Çaguro. *Capt. per* XVIII.

Prima pars est de dicendo sibi, quod si veniet cum sua familia in Ragusium recipietur pro cive.

DIE XVII SEPTEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXII. Prima pars est de recipiendo mutuo a thesauraria usque ad perp. IIIM pro armanda galea si comportebit, et scribendo illos in sale comunis cum ordine. *Capt. per* XX.

Prima pars est de faciendo licenciare homines Punte, qui sunt in Stagno, quod vadant ad domos suas. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de donando hominibus Laguste, qui sunt in Ragusio gross. VI pro quolibet. *Capt. per omnes.*

DIE XVIII SEPTEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXI. Prima pars est de mictendo unam barcham armatam in Apuliam ad nostrum sindicum pro habendis novis. *Capt. per omnes.*

DIE XXII SEPTEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXII. Prima pars est de faciendo venire in Ragusium omnes nostros insulanos cum tota eorum familia, usque ad diem dominicum proxime futurum, sub pena yperperorum V pro quolibet capite familie, ita si fuerit masculus sive femina. *Capt. per* XIIII.

Prima pars est de donando domino regi Bossine et Rassie unam bumbardam, quam faciet laborari Priboe Ratchus prothovistiar cohoperto modo ad expensas comunis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est libertatem domino rectori et parvo consilio ad recipiendum magistrum Julianum balistarium vel ad salarium vel ad provisionem, ad nostrum beneplacitum prout cum dicto magistro Juliano melius ipsis videbitur expedire. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod quilibet mercator qui moratur in foro Narenti conducendo in Ragusium a stariis XX frumenti superius, possit venire in Ragusium, et libere redire in Narentum. *Capt. per* XII.

Prima pars est de scribendo iudicibus mercatorum Narenti et ser Clementi de Bona, quod debeant nobis scribere quantam quantitatem frumenti habent nostri mercatores in Narento, et quod precipiant illis sub pena iperperorum XXV pro quolibet, quod per totum mensem octobris prox. fut. debeant illud conduxisse in Ragusium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod quicumque conducet in Ragusium usque per totum mensem Decembris prox. fut. a stariis XX superius furmenti vel farine furmenti ad vendendum, habeat grossos II pro quolibet stario. *Capt. per omnes.*

DIE XXIII DICTI MENSIS. In minori consilio. Milçe de Laugrino captum fuit de donando de pecuniis comunis perperos X.

DIE XXIIII SEPTEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXII. Prima pars est de compellendo dominum rectorem et capitaneos in ordine faciendi prohici cum bumbardis contra nostros inimicos. *Capt. per* XIII.

Prima pars est de dimictendo illos in eorum arbitrio *(cassum).*

Prima pars est, quod dominus rector cum capitaneis generalibus teneatur facere prohici cum nostris bumbardis contra galeas nostrorum inimicorum, quociens ipse vel aliquis ipsorum venerit prope civitatem ad iactum bumbardarum. *Capt. per* XII.

Secunda pars quod non faciant prohici contra ipsas nisi ipse ineeperint ad bumbardandum vel balistandum contra nostram civitatem — *(cassum).*

Prima pars est, quod quociens alique galee nostrorum inimicorum plures vel una transiverint inter insulam Crome et nostram civitatem, omnes bumbarde postarum ser Jacobi de Gondola, ser Mathei de Georgio, ser Viti de Goçe, ser Jacobi de Prodanello, ser Simonis de Bona, ser Valchi de Resti et ser Michocii de Mençe debeant prohicere contra illas vel illam. Veruntamen si galee vel galea venerint ex parte ponentis eundo versus partes orientis, non debeant incipere ad prohiciendum cum bumbardis contra illas vel illam nisi inceperint ad intravistendum puntam insule Crome, volendo transire intra insulam Crome et nostram civitatem. Et alie bumbarde aliarum postarum non debeant prohicere contra galeas nostrorum inimicorum, nisi ipse prius inceperint ad bumbardandum seu ad balistandum contra nostram civitatem. Et dictum prohicere cum bumbardis intelligatur, si dictis capitaneis VII postarum videbitur, quod quilibet eorum possit prohicere cum sua bumbarda ad locum ubi erunt dicte galee. *Capt. per* XXI.

Prima pars est de mictendo unam barcham armatam cum novis istarum sex galearum que transiverunt hodie ante Ragusium. *Capt. per* XX.

Prima pars est de mictendo sindico nostro, qui est in Apulia litteras mictendas capitaneo armate Januensium, quas debeat destinare ad manum fratris Theodori cancellarii in Brundusium, ut illas mictat ad expensas nostri comunis dicto capitaneo, ubi sciet ipsum fore cum armata. *Capt. per omnes.*

DIE XXV SEPTEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXI. Prima pars est de mictendo unum nostrum plebeum ad Henricum castellanum terre Chelmi, quod mictat nobis auxilium gentis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de commictendo dicto plebeo, quod petat mille armigeros, et si plus habere poterit, quod plures petat; et si non poterit habere, tot quod habet quot poterit habere. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo venire in Ragusium homines LXX de mercatoribus Narenti. *Capt. per* XIIII.

Prima pars est de faciendo venire dictos mercatores per tepseram, et de ponendo in tepsera mercatores Narenti, qui sunt in Ragusio. *Capt. per* XV.

Prima pars est, quod illi mercatores Narenti, quibus eveniet tepsera, debeant recedere de foro veniendo expedite in Ragusium infra dies V prox. fut. postquam receperint tepseram, sub pena iperperorum C pro quolibet. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo Radogne, quod sit paratus cum tota gente sua ad veniendum, quum mictemus pro ipso. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo ser Michaeli de Babalio nostro ambassatori, quod petat auxilium gentis a domino rege Bossine per modum hic arrengatum. *Capt. per omnes.*

Prima pars de aufferendo magistros ecclesie sancti Blasii ad faciendum laborerium turris et beccarie. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de angariando homines insularum et terre firme nostri districtus, ad faciendum fieri fossum sive foveam ante muros in porta Pilarum, dando cuilibet unum tercerium vini in die quo laborabit. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo fieri fossum separatum ab antimorali per passus tres. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo fieri dictum fossum longum ab una ripa lapidum ad aliam. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo dictum fossum profundum passum I et amplum passus III. *Capt. per* XX.

Prima pars est de faciendo quatuor officiales ad suprastandum super laborerio dictorum fossorum, quorum unus continue debeat suprastare sub pena iperperorum V. *Capt. per omnes.*

Prima pars est assignando particulariter laboratoribus terrenum fossi fiendi. *Capt. per* XV.

In minori consilio. Çive Longus factus fuit ad eundum pro petenda et conducenda gente.

Die XXV septembris MCCCLXXVIII. Copia commissionis facte Çive Longo.

Nuy Johanne de Grede, rector de Ragusa, cum lo consello de li pregadi, cometemo a ti Çive Longo, nostro çitadino, che al nome de Dio debie andar per parte nostra et de tuta la terra a misser Embrich conte de Ymotta, et façandoli lo saludo da parte nostra et de tuta la terra, cum quelle ornade parole chi se convien, li debie presentar la nostra lettera de credença. et le II lettere, che li manda misser lo ban Ceech suo signor.

Et quando ello ti darà audiencia, et tu per lo piu ornado muodo, che ti parerà, li debi dir: Misser lo conte, li çentili homeni et lo comun de Ragusa, vostri amisi per ochasion ca ha novelle, ca la armada de galie de li çenoesi nostro amisi se exidi de Çenoa, et deve intrar tosto in questo gulfo, et la armada de li Veniciani nostri inimisi sta alla bocha de questo chulfo apresso de Ragusa per uno di, et una notte et crede veri similemente, ca sarà battallya dentro queste duy armade, et Dio sa chi haverà la victoria. Et se per disgracia, la qual chosa Dio non faça, se li Veneciani havesse victoria contra li Çenoesi, vigneria de presente a far ogne mal et offension, che podesse, tanto contra de Ragusa, quanto contra Stagno, perço ve priega, che per lor deffesa lor debi mandar in Stagno de la vostra çente mille homeni de arme e pluy, se podè; ca in breve se savera chi sera vençedor o Çenoesi o Veneciani; et debie far andar questa vostra çente, che mandarè fornidi de vituaria, sicho vi scrive misser lo ban Çeech et lo piu tosto, che vuy podi.

Et se ello ti darà tutta questa çente, che tu li demandarai, che vegna fornida de lor vituaria, Dio cum ben; et se ello se schusase ca non ti

porà dar tanta çente, et tu debi reçever quanto pluy çente porai pur fornida de lor vittuaria; et de presente debi scriver al conte de Stagno, che li debia mandar de barche a Narento, quante ti fara mestero et spaçado piu tosto che porai tuta questa çente, che vada a Narento et de Narento a Stagno et cum li ultimi de lor tu debi vignir a Stagno. Et per lo coriero che mandarai la littera al conte de Stagno, che ti manda le barche ne debi scriver ordinadamente la resposta che ti farà lo dito Embrich, et quanta çente ti dara. Et le nostre barche farai andar tanto in Narento in Almissa, quanto in altri luogi, dove farà besogno per toller questa çente et portar in Stagno. Et se lo dito Embrich te domandasse per quanto tempo fara mester, che vegna fornida questa çente de victualia, et tu li debi dir per uno miese. Et fa pur che la çente vegna fornida de lor vittuaria.

Lett. Comm. Lev. 1359—80. fol. 117.

Ser Marinus Martholo de Buçignolo, ser Michael de Luccar, ser Petrus de Saracha fuerunt facti ad suprastandum laborerio fossi cavandi ad portam Pilarum.

Hec sunt nomina officialium factorum de mense Septembris in M.CCC.LXX.VIII.

Judices: Marinus Junii de Mençe, Andreas Dobre de Binçola, Stefanus de Sorgo, Matheus de Georgio, Stefanus de Luccar *(et loco huius* Johannes de Bona die XXIII Julii).

Consiliarii parvi consilii: Give de Poça — Marinus de Ragnina *(loco* Michaelis de Bodaça die XI Junii) — Johannes de Volçe — Jacobus de Prodanello — Marinus de Bona — Ruschus de Saracha (die XI Junii *loco* Jacobi de Gondola).

Advocati curie maioris: Martholus de Thodisio — Nicolay Marini de Mençe — Blasius de Sorgo et Clemens Marini de Goçe.

Vicarius: Marinus Lampre de Mençe.

Milites: Savinus de Gataldo — Laure de Mençe.

Advocati comunis: Nicolaus de Gondola *(loco eiusdem* 1. Pocre de Benessa die XVIII Junii — 2. Jacobus de Mençe die V Julii) — Blasius de Babalio — Michael de Martinusso.

Camerarii: Lodovicus de Goçe — Lampre de Çereva — Marinus de Caboga.

Advocati parve curie: Nicola Marci de Mençe — Mathe de Ragnina.

Supra laboreria: Andreas de Sorgo — Matheus Grube de Mençe (die X Julii *loco* Johannis Mathei de Mençe) — Michael de Bodacia (die XVIIII Julii *loco* Mathei de Georgio).

Ceccarii: Paulus de Gondola — Junius de Sorgo — Marinus de Bodaça — Marinus Petri de Boçignolo.

Justiciarii: Valchus de Resti — Nicolaus Martholi de Georgio — Lampre de Sorgo — Rafael de Goçe — Andreas de Volço.

Salinarii: Michael de Resti — Martholus de Çereva — Lucas de Bona.

Massarii Bladi comunis: Petrus de Saracha — Lucas de Bona — Marinus Martholi de Boçignolo *(loco sui* Pocre de Benessa die xxv Julii).

Super pondus farine: Mathe Nicolai de Mençe — Marinus de Crieva.

Procuratores Crome: Clemens Marini de Goçe — Stephanus de Luccar *(loco sui* ser Jacobo de Gondola die xii Augusti).

Missitte: Mathe Nicolai de Mençe — Milçe Vendirame.

Dohanerii dohane maioris: Petrus de Saracha — Marinus de Gondola — Michael de Luccar — Volço de Babalio.

Dohanerii fundici: Marinus de Crosi — Junius de Çreva.

Super arma: Nicolaus de Poça — Junius Çive Marchi de Georgio *(loco ipsius* Georgius de Bodaça die x Decembris, inde Marinus de Slavçe die ultimo Julii) — Pasche de Resti.

Super gectum cere: Ruschus de Saracha *(loco sui* Martinussius de Sorgo die xviii Junii) Marinus de Resti.

Extimatores dampnorum: Basellus Marci de Basello — Clemens de Gleya (Marinus de Çane).

Scribanus dohane maioris: Paschoe Marini de Ragnana.

Scribanus becharie: Milçe de la Ugrina.

Consilium rogatorum: Marinus Junii de Mençe — Andreas Dobre de Binçola — Steqhanus de Sorgo — Michael de Babalio — Johannes de Bona — Vita de Goçe *(loco sui* Çive de Poça die xviiii Novembris) — Marinus de Ragnina — Johannes de Volçe — Marinus Martholi de Bocignolo — Jacobus de Prodanello — Ruscus de Saracha — Blasius de Sorgo — Johannes de Grede — Andreas de Sorgo — Jacobus de Mençe — Michael Nicoliçe de Martinussio — Nicolaus Marini de Mençe — Marinus de Bona — Clemens de Goçe — Petrus de Saracha — Martholus de Çreva — Valchus de Resti — Lucas de Bona — Marinus quond. Petri de Boçignolo — Marinus de Bodaça — Marinus de Babalio — Michael de Bodacia — Junius de Sorgo.

Die xxvi septembris In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de mictendo unam barcham ad emendum de sagittis, arcuum in Jadram, et si non poterint in Jadram invenire sagittas, quod vadant usque in Segnam. *Capt. per* xiii.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, ad providendum familie Juroe de Calamota, et marinariorum qui fuerunt secum per illum modum qui dicto consilio videbitur providere. *Captum per omnes.*

Die xxvii dicti mensis. In consilio rogatorum *ball.* xxv. Prima pars est de induciando usque mane pro facto armande galee et nichil facere de isto. *Capt. per* xii.

Die xxviiii septembris. In consilio rogatorum *ball.* xxv. Prima pars est de dimittendo unam barcham cum sex hominibus Raynaldo de Stambertis, quod mictat illam usque ad portam Antibari.

Prima pars est de dando familie Juroe de Calamota et aliorum suorum sociorum qui fuerunt capti eundo ad servicium comunis grossos xii pro quolibet capit.

Prima pars est nulla persona audeat vendere a modo libram candelarum sepi ultra foll. xviii.

Die ultimo septembris. In consilio rogatorum *ball.* xxvi. Prima pars est de tirando in terram in piscaria duo barchosia propter conservacionem galee et aliorum navigiorum a fortuna maris. *Capt. per* xv.

Prima pars est de accipiendo mutuo a procuratoribus sancti Blasii perp. iic pro dando soldum stipendiariis Stagni. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Mika Bosichovich . . . . fuit assumptus in vicecomitem Ombule pro uno anno proximo vent. cum salario, quod Daboe Stosgna.. Qui acceptavit.

Die primo octobris. In consilio rogatorum *ball.* xxiiii. Prima pars est de faciendo murari a muro grosso usque ad concham predicatorum, faciendo in via unam portam; qui murus qui erit in via debeat dirui tempore pacis. *Capt. per* xx.

Prima pars est de affrancando homines nostre Astaree de terra firma, pro nunc a custodia civitatis. *Capt. per* xxi.

Prima pars est, quod a modo in antea omni die debeant laborari in fosso cum laboratoribus deputati a comune decem hominum civitatis, et qui voluerit laborare ipsemet ponat unum hominem ad laborandum pro se, sub pena solvendi gross. iii comuni pro quolibet in illo die quo non laboraverint vel fecerint laborari. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de supplicando domino archiepiscopo nostro, quod ponat clericos in angaridio fossi civitatis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod omnes famule civitatis que servunt ad stipendium debeant mitti per suos patronos seu patronas ad portandum terram de fosso civitatis, quando precipietur eis per dominum, sub pena solvendi gross. iii pro quolibet patrono vel patrona, quando non mictet suam famulam pro quolibet die, et intelligatur una famula pro qualibet domo. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod illi tres capitanei qui sunt ad custodiam portarum et moli sint omni die ad soprastandum cum quatuor officialibus ad laborandum fossum. *Capt. per* xv.

Prima pars est de scribendo Micheli de Babalio nostro ambassiatori per modum hic arrengatum, de nuncio venturo a domino nostro ad dominum regem Rassie. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo fieri custodias civitatis de nocte a tercia parte gentis cuiuslibet poste omni nocte *(cassum).*

Prima pars est de mutando custodias noctis in civitate. — *Captum per* xviiii.

Prima pars est, quod a modo in antea decene custodum murorum et in circuitu debeant custodire per tercium omni nocte videlicet, quod tercia pars illorum debeat custodire. Et de decenis platee una nocte debeant custodire tres decene et alia alie tres et tercia nocte quatuor decene. — *Capt. per omnes.*

Prima pars est de regulando civitatem pro facto bladi. — *Captum per* XVIII.

Die VI octobris. In consilio rogatorum *ball.* XX. Prima pars est de faciendo emi de sagitti sarcuum valore ducatorum C. — *Captum per* XIIII.

Prima pars est de faciendo emi pro dictis ducatiş c de sagittis de sana vel similibus. *Capt. per* XI.

Die VII octobris. In consilio rogatorum *ball.* XXIIII. Prima pars est de mictendo duo navigia maiora que sunt in Ragusio ad partes Apulie pro aducendo de frumento ad risicum comunis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de recipiendo mutuo pecunia necessaria pro dicto frumento a ser Marino de Bona, qui prius se obtulit mutuari. *Capt.*

Die VIII octobris. In consilio rogatorum *ball.* XXII. Prima pars est, quod a modo in antea nulla persona audeat extrahere aliquam grassiam et ficus de Ragusio, nisi vinum, neque arma sive ferrum causa portandi arma et ferrum extra districtum Ragusii, sub pena amictendi illam grassiam et arma seu ferrum, quod extraherent, et solvendi iperp. V pro quolibet contrafaciente et pro qualibet vice; et quicumque accusabit *etc.* — *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo venire in Ragusium de Melita homines L pro excambio istorum Melitensium qui sunt hic cum condicione, quod nisi illi veniant, isti non demictantur. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de demictendo quatuor socios et duos pueros Laguste qui sunt hic, et precipiendo Lagustinis, quod mictant inde homines XII. *Capt. per omnes.*

Die VIIII octobris. In consilio rogatorum *ball.* XX. Prima pars est de dando arma navibus ituris nunc in Apulia pro frumento comunis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando dictis duabus navibus coracias XVI, veretones VIII pro qualibet. *Capt. per* XVIII.

Die X octobris. In consilio rogatorum *ball.* XXII. Prima pars est de scribendo domino bano Dalmacie et Croacie, quod nostri circavicini a quibus nos habebamus de blado bonam partem, sunt in egencia bladi pro isto presenti anno Et ut habeamus nos bladi debitum munimentum, mictimus ad partes Apulie duo nostra magna navigia, cum maximo resico. Quare supplicamus sue magnificencie, quod det nobis dexterum et favorem, quod per Dalmaciam et Croaciam et terram Chelmi,

cum nostra pecunia possimus emere de blado et inde extrahere pro furnimento civitatis Ragusine, et hoc si placet teneatur de credencia. *Capt. per omnes.*

Die x octobris *(ut supra).* Prima pars est de accipiendo a procuratoribus sancte Marie omnes denarios, quos habent pro laboreriis comunis, et de scribendo ipsis procuratoribus dictos denarios in sale comunis, et cum ordine. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de accipiendo a massariis comunis de follaris pro laboreriis comunis, et de assignando dictis massariis dictos follaros ad salem comunis denarios quondam regis Vulchasini. *Capt. per* xxiii.

Die xvi octobris. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de induciando ad scribendum domino nostro regi super facto bladi. *Capt. per* xiii.

Prima pars est de faciendo aufferri Lagustinos cum eorum rebus de insula Laguste. *Capt. per* xiiii.

Prima pars est de precipiendo Lagustinis, quod vadant personaliter cum eorum rebus in Melitam, vel insulam Curçule, vel ad Pontam Stagni, prout ipsis placuerit. *Capt. per* xvi.

Prima pars est, quod *(dicti Lagustini)* debeant se periçare expedite sine mora. *Capt. per* xvi.

Prima pars est de concedendo Lagustins duas barchas de Ragusio sine hominibus ad periçandum se. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dimictendo sex Lagustinos de primis qui venerunt in Ragusium ac de peioribus, cum Giucho de Strengna et Laurençio de Siruga, ut vadant Lagustam cum dictis duabus barchis.

Prima pars est de precipiendo dictis Lagustinis sub pena perdicionis, quod debeant se periçare ut proferetur. *Capt. per omnes.*

Die xviii octobris. In minori consilio. Prima pars est de faciendo graciam presbitero Ratcho prothovistiario, quod possit extrahere de Ragusio unam salmam olei de Ragusio.

In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de scribendo Give Longo, quod debeat se ponere cum Stephano Pribillovich voyvoda terre Chelmi et aliis nobilibus, quibus precepit dominus banus Dalmacie, quod mictant gentem suam ad auxilium Stagni; et debeat scire ab ipsis quantam gentem nobis dabunt, et debeant nobis scribere ordinate numerum illarum gencium quas nobis dabunt, et numerum gentis forensis que est in Stagno per suas litteras ordinate. *Capt. per* xvi.

Die xiiii octobris. In consilio rogatorum *ball.* xxiiii. Prima pars est de faciendo donum domino Luciano capitaneo armate Jannuensium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo donum dicto capitaneo de perp. c. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando ordine ad expediendum statim nostram galeam. *Capt. per omnes.*

Ser Valchus de Resti, ser Nicolaus de Mençe fuerunt ad faciendum poni omnia necessaria ad nostram galeam armandam.

Prima pars est de concedendo capitaneo armate Januensium unam nostram barcham armatam. *Capt. per* xii.

Secunda pars est de non concedendo homines de remo capitaneo Januensium. *Capt. per* xvi.

Prima pars est de dando duas bombardas capitaneo armate Januensium. *Capt. per* xx.

Prima pars est de donando dicto capitaneo dictas duas bombardas. *Capt. per* xiii.

Die xx octobris. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de dando de coraciis et cappellis que fuerunt nobis adducta de Janua, tot quot erunt necessaria nostre galee armande. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando hominibus dicte galee tot collaria quot habemus.

Prima pars est de dando plenam libertatem duobus armatoribus galee ad inveniendum et soldandum balistarios xxv dando ad plus usque ad ducatos v pro mense. *Capt. per* xix.

Prima pars est de accipiendo Obrad in excambium pro Paulono. *Capt. per* xv.

Prima pars est de dando arbitrium duobus armatoribus galee ad recipiendum de hominibus Laguste non scriptis in galea, in excambium puerorum et senuum de Ragusio, quibus evenit tepsera eundi in galea. *Capt. per omnes.*

Die xxi octobris. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de affranchando Bogissam famulum domine abbatisse sancte Clare, de eundo in galeam et accipiendo unum de Lagusta loco sui. *Capt. per omnes.*

Die xxiii octobris. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de induciando ad mictendum per nunc galeam nostram armatam. — *Capt. per* xii.

Prima pars dst de faciendo stare in galea supracomitum. — *Capt. per* xviii.

Prima pars est de auferendo mutuo a thesauraria pecuniam necessariam pro expedicione galee. *Capt. per* xii.

Prima pars est de faciendo graciam monasterio de Milosseva, quod possint extrahere de Ragusio salmas tres olei.

Jacobus de Mençe, Andreas Dobre de Binçola, Lucas de Bona fuerunt facti ad faciendum commissionem supracomito galee.

Prima pars est de firmando commissionem factam supracomito nostre galee. *Capt. per omnes.*

Die xxv octobris. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de dimictendo homines Lagusto ire ad suas domos. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de mictendo nostram galeam isto sero in Jadram. *Capt. per* XVIII.

Prima pars est de precipiendo nostro supracomito, quod recedat isto sero ad prosequendum suum iter, sub pena ducat. c. *Capt per* XVIII. (Et ego Johannes iuratus cancellarius comunis Ragusii de mandato domini rectoris, ser Martholi de Thodisio, precepi dicto supracomito sub pena dictorum ducat. c, quod debeat recedere hoc sero et prosequi suum iter cum dicta galea.)

Die XXVI octobris. In consilio rogatorum *ball.* XXI. Prima pars est de disarmando nostram galeam retinendo decina hominum dicte galee in galea, et aufferendo a dictis hominibus omnes denarios eorum soldi qui eis invenientur. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de non mictendo ser Vita de Goçe ire ad dominum banum Dalmacie, set faciendo excusacionem dicto domino bano. *Capt. per* XV.

Prima pars est de dimictendo de carcere cursorem Cathari. *Capt. per* XVIII.

Die XXVIII octobris. In consilio rogatorum *ball.* XXIII. Prima pars est de donando aliquid donum Stephano Nuncio domini nostri regis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de donando sibi donum de ducatis L. — *Captum per* XVIIII.

Prima pars est de excusando nos peticioni domini regis Rassie de pecunia quam petit ante terminum. *Capt. per omnes.*

Die XXVIIII octobris. In consilio rogatorum *ball.* XX. Prima pars est de rogando dominum archiepiscopum et canonicos Ragusii ut faciant . . . . . . Ratchum prothovisistiarium. *Capt. per* XIIII.

Prima pars est de donando Vlatcho voyvode perp. XV et quod possit extrahere unam salmam olei. *Capt. per* XIIII.

In consilio minori. Andreas Dobre de Binçola, Nicolaus de Gondola, Marinus de Bona fuerunt facti ad faciendum commissionem Blasio de Raduano.

Die ultimo octobris. In consilio rogatorum *ball.* XXIII. Prima pars est de scribendo domino bano Seeç. quod mictat nobis auxilium gentis pro Stagno, et de mictendo sibi litteram quam sibi mictit dominus rex. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de aufferendo pecuniam quam nobis dare tenetur monasterium Crome, et expendendo illam pro laboreriis nostri comunis. — *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo domino regi Rassie et Bossine, ut det nobis auxilium gentis ad Sragnum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et capitaneis guerre ad dimictendum Catharenum famulum Grupex prout ipsis melius videbitur expedire. *Capt. per* XVII.

Prima pars est de solvendo Obrado prothomagistro precium sue ladie combuste ad servicium comunis et naulum eius. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo laborari in castro Stagni illud, quod est necessarium cum denariis cabellarum Stagni. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori ad satisfaciendum pro pannis conbustis in galiam ad extingendum pulverem pro bumbardis accensum. *Capt. per omnes.*

Die primo novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxiiii. Prima pars est de non intromittendo Catharenses cum eorum scaba, qui venerunt ad portum Civitatis vecteris. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de affidando tres nobiles de Catharo, qui sunt in Civitate vecteri, quod veniant usque ad ecclesiam sancti Jacobi di Visniça. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de faciendo venire dictos Catharinos ad Cromam. — *Capt. per* xviii.

Prima pars est de dando de vino hominibus forensibus qui veniunt in subsidium Stagni. *Capt. per* xxiii.

Prima pars est, quod cuilibet dictorum detur pro quolibet die quo stabunt in serviçio comunis terçenum unum vini. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de angariando omnes partes Stagni et Punte, quod det quelibet illarum quinquia vini quinque de vino. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod dictum vinum dandum a dictis partibus non debeat esse acetosum nec bluctaycum nec quod det de vase; et qui non dederit vinum solvat gross. v pro quolibet quintho vini. — *Captum per omnes.*

Die ii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de mittendo Siciliam unum navigium pro frumento pro nostro comuni. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de confirmando commissionem factam Blasio de Radoano nostro suddito, que fuit lecta. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo graciam Blasio predicto, quod post emptionem quam faciet de frumento comisso sibi ad emendum, possit facere de factis suis, non emendo pro se de blado. *Capt. per omnes.*

Die ii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de accipiendo a ser Valcho de Resti tantam quantitatem argenti et plumbi extimandam hic in Ragusio, que ascedant usque ad summam ducatorum mille et vic; que quantitas debebit vendi in partibus Sicilie nomine dicti Valchi, et de pecunia percipienda de dictis argento et plumbo emetur totum pondus frumenti navigii, quod illuc mictemus; tali vero pacto et condicione, quod nostrum comune debet mittere dictam quantitatem argenti et plumbi ad dictas partes Sicilie ad suas expensas, risicum et fortunam. Et si contrarium eveniret de dicta quantitate argenti et plumbi in eundo, nostrum comune debeat solvere dampnum secundum extimacionem factam in Ragusio. Et si contrarium eveniret, quod absit in reditum dicti navigii honerati frumento in itinere veniendo in Ragusium,

quod nostrum comune debeat solvere totum valorem pro quanto fuerunt vendita argentum et plumbum predicta. Pro quo valore solvendo dictum comune debet dare ordinem solucionis eidem ser Valcho habito novo de dicto contrario, quod Deus avertat, statim. Et si onus frumenti conductum fuerit in Ragusio, comune debet facere vendi dictum frumentum cum ordine aliorum frumentorum, et facere solucionem dicto ser Valcho. Qui ser Valchus contentatur pro dicto risico solvere eidem nostro comuni quatuor pro c precii dictorum argenti et plumbi si amicteretur, quod absit veniendo navigium; ex similiter si venerit salvum in Ragusium. Sed si contrarium eveniret, quod absit, in eundo dictus Valchus nichil dare debet. Et dictus ser Valchus fuit contentus recipere debere solucionem dicti frumenti prout vendetur, cum ordine et teneatur recipere grossos xxx ad ducatum in grossis et follaris bonis. *Capt. per omnes.*

Die III novembris. In consilio rogatorum *ball.* xvii. Prima pars est de faciendo nostros cives Ragusii Triphonem Petri de Buchia et Nixam de Bubaliça de Catharo cum condicione, quod usque ad medietatem presentis mensis debeant venire cum eorum familia ad habitandum et standum in Ragusio, et quod iurent fidelitatem et faciant faciones Ragusii sicut alii nostri cives, et quod debeant refutare perpetualiter incolatum sive citatanciam Cathari. *Capt. per* xx.

(Die xvii Novembris. In consilio minori prefati Triphon et Nixa fuerunt facti cives Ragusii et iuraverunt fidelitatem per modum suprascriptum).

In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de armanda galea. *Capt. per* xvii.

Prima pars est de mictendo dictam via via ad navigium, quod apparet. *Capt. per* xiiii.

Prima pars est, quod dicta galea possit ire usque ad caput inferius Melite. *Capt. per* xvi.

Die IIII novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxiiii. Prima pars est de scribendo domino duci et comuni Janue, quod mittant nobis, ad nostras expensas ducentas coracias pro galeis, ducentos cappellos pro galeis largiores illis quos nobis miserunt, ducentos alios cappellos meliores et quinquaginta arma pro sociis, collaria iiiic et libras centum boni fili pro cordis balistarum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mictendo pro expensis Michaeli de Babalio nostro ambassatore yperperos c. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo fieri custodias civitatis de nocte per medietatem gentis. *Capt. per* xvi.

In minori consilio. Ser Stephanus de Lucari, ser Martholus de Çrieva, ser Junius de Sorgo fuerunt facti ad videndum quot domincule et ubi sunt necessarie ad fiendum per postas civitatis.

In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de armando galeam et lignum ad mictendum contra ista navigia que apparent, si non venient in Ragusium. *Capt. per* xviii.

Die VIIII NOVEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXV. Prima pars est de promittendo ad dandum denarios, si aliquis reperietur ad informandum nos clare de istis oneribus istorum duorum navigiorum, quod omnia vel pars eorum sint inimicorum nostrorum Venetorum. — *Capt. per* XXII.

Prima pars est de promittendo usque ad ducatos ducentos infra. *Captum per* XVII.

Prima pars est de ponendo intrà catenam nostri portus istam coccham magnam, que dicitur Anconitanorum. *Capt. per* XVI.

Prima pars est de attrahendo ad pontem exteriorem in terram duo navigia nostri portus. *Capt. per* XVI.

Prima pars est de significando domino bano Seç pro custodia Stagni. *Capt. per* XX.

Prima pars est de committendo ista ser Vite de Goçe ituro ad dictum dominum banum. *Capt. per* XIIII.

Die X NOVEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXI. Prima pars est graciam Stiepcho de Ribiça, quod possit ire in Catharum stando in itinere dies VIII ad plus. *Capt. per* XIIII.

In eodem consilio *ball.* XX. Prima pars est de mittendo Crassoe litteram domini regis Bosne pro gente custodie Stagni. *Capt. per* XVI.

Prima pars est de mictendo dictam litteram per unum de populo. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et suis iudicibus ad tormentandum patronum et mercatorem et alios homines cocche, si eis videbitur expedire. *Capt. per* XVIIII.

Die XII NOVEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXIIII. Prima pars est de torquendo patronum cocche et Petrum Cathalanum mercatorem. *Capt. per* XVIII.

Prima pars est de torquendo primo mercatorem. *Capt. per* XVI.

Die XIIII NOVEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXIIII. Prima pars est de induciando super facto Cathalani et patroni coche usque cras. *Capt. per* XX.

Prima pars est de solvendo laboratoribus murorum de denariis quos habemus, et de scribendo illis qui debent habere pro calce eorum solucionem in dohana vini. *Capt. per* XX.

Prima pars est de faciendo venire ad custodiam Ragusium mercatores Narenti et de quot venient tot mercatores de Narento, dimictetur de Ragusio per tepseram si fuerint duo fratres vel pater cum filio, unus illorum debeat dimicti. *Capt. per* XVIIII.

Die XV NOVEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXVI. Prima pars est de respondendo ambassiatori domini nostri regis, quod dominus rex Bossine et Rassie usque nunc nos quociens auxilium petivimus ab eo, set a modo in antea, quia habet facere sua servari que intromisit de regno

Rassie, et est nobis longinquior, quod erat usque nunc. Et nescimus si a modo poterit nobis dare suum auxilium in nostris necessitatibus oportunum, quod quia galee inimicorum nostrorum Venetorum facile poterunt sic subito venire, quod nisi fuerit staya sui exercitus parata continue prope Stagnum, dubitamus nimis ne capiatur nobis et destruatur dictam civitatem Stagni. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dicendo dicto ambassiatori domini nostri regis, quod dicere debeat dicto domino nostro regi, quod placeat sibi ordinare cum domino rege Rassie proximo suo, quod nullus homo dicti regis Rassie debeat portare aliquam grassiam ad civitatem Cathari, ex eo quod Veneti nostri inimici poterunt se ibi munire de dicta grassia faciliter ad offendendum et guerriçandum contra suas civitates Dalmacie; et illi Veneti qui tenent dictam civitatem Cathari, non habendo dictam grassiam non poterint ibi stare. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de informando dictum ambassiatorem de modis et condicionibus hominum domini bani Nicolai Seç, quomodo veniunt ad nostrum auxilium de Stagno et in quanta quantitate, et quomodo ibi stant totum per ordinem prout stat negocium.

Prima pars est de faciendo donum dicto ambassiatori. — *Capt. per omnes.*

Prima pars est de donando dicto ambassiatori duas cuppas argenti. *Capt. per* xiiii.

Prima pars est de faciendo dicto ambassiatori unum aliud donum de perp. x. *Capt. per* xv.

Prima pars est de induciando super facto patroni et mercatoris coche. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de induciando usque ad diem sabati prox. fut. *Capt. per* xv.

Die xvi dicti mensis. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de induciando super facto nostre galee destinande. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo Petro de Gondola nostro ambassatori, verba que fuerunt dicta Ladislavo ambassiatori domini nostri regis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo graciam Theodore uxori quondam Georgii de Balse, quod Nachus de Cranislavo remaneat pro suo dohanerio et non teneatur venire in Ragusium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo graciam Paulo de Dabro de Catharo, quod possit venire et stare per unum diem in cocham sancti Jacobi de Visniça. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dimittendo ser Jacobum de Gondola et Mare eius novercham, ire loqui cum dicto Paulo in ecclesiam sancti Jacobi. *Capt. per* xvi.

Prima pars est de dimittendo Raynaldum de Stambertis ire ad partes Çente cum ista condicione, quod debeat redire in Ragusium cum eadem barca, cum qua ibit et quod ibi in Çenta non debeat stare nisi per dies

viii, tantum preter dies in quibus stabit in eundo et redeundo sub pena ducatorum iic. *Capt. per* xviiii.

Prima pars est de mitendo unum cursorem in Jadram pro sciendis novis que dicuntur de Jadra. *Capt. per* xviii.

Die xvii octobris. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de non scribendo in litteram mictendam Petro de Gondola, quod rex Rassie habet expedire sua servicia de regno Rassie, et quod mictatur staya a domino bano Dalmacie, et quod ista verba dicat in segreto domino nostro regi. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de inveniendo quatuor custodes in portis civitatis, duas pro qualibet. *Capt. per* xv.

Prima pars est de mictendo Stiepchum de Ribiça pro serviciis Grupçe protovistiarii et reddat in Ragusium per totum mensem Januarii prox. fut. *Capt. per* xviiii.

In eodem consilio *ball.* xxiii. Prima pars est, quod dominus rector cum capitaneis de mane mittere debeat galeam armatam ad navigium, quod apparuit et cepit portum ad Civitatem veterem, si erit tempus habile et si dictum navigium apparebit et erit ibi. *Capt. per omnes.*

Die xviii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de proferendo capitaneo istarum quatuor galearum, quod dabitur illis locus intus in nostro portu Ragusii de quatuor galeis. — *Captum per* xviii.

Prima pars est de confortando dictum capitaneum, quod pro utili guerre et lucro Januensium debeant facere stare hic in Ragusio quatuor galeas. *Capt. per* xx.

Die xviiii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima pars est de expellendo fratrem Theodorum ordinis Predicatorum de Ragusio. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de expellendo fratrem Paulum de conventu Ragusii Predicatorum. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de scribendo domino Luciano capitaneo armate Januensium illum, quod fuit oblatum et dictum capitaneo quatuor galearum. *Capt. per omnes.*

Die xx dicti mensis. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de inquirendo prius Radonec pro serviciis Colin. *Capt. per* xv.

Prima pars est de mictendo ser Jacobum de Prodanello ad loquendum cum dicto Radoneç pro habendis informacionibus servicii Colin, et possit promittere usque ad perp. xxv. *Capt. per* xviiii.

Prima pars est de dimictendo magistrum Agustinum pictorem de carcere cum ista condicione, quod domus in qua habitat cum domo magistri Francisci pavesarii sint pro suo carcere, et nunquam debeat inde exire neque de die, nec de nocte sub pena yperperorum xxv pro qualibet vice in qua contrafecerit; et quociens erunt signa ignis vel fumi pro

galeis, debeat se presentare coram domino rectore; et eciam sine signis ad omnem requisicionem dominii, sub pena yperperorum xxv pro qualibet vice, et quod magister Franciscus predictus sit fideiussor pro ipso. *Capt. per* xiiii.

Die xxi dicti mensis. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de dimittendo duas barchas que vadant ad insulam Curçule, pro aducendo de lignamine inde pro laboreriis comunis. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de scribendo in sale comunis yperperos ducentos pro fiendis casettis in muris civitatis Ragusii. *Capt. per omnes.*

Die xxii dicti mensis. In consilio rogatorum *ball.* xxiiii. Prima pars est de induciando ad torquendum Catalonum. *Capt. per* xvii.

Prima pars est de dimittendo Durachinum qui est in carcere. *Capt. per* xiii.

Ser Nicolaus Marini de Mençe, ser Clemens Marini de Goçe fuerunt facti ad faciendum expediri nostrum portum, quod possint in eo conservare quatuor galee.

Die xxiii dicti mensis. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de expellendo de Ragusio omnes forenses, qui venerunt in Ragusium cum cocha et cum nave, qui non sunt incarcerati, exceptis Januensibus et Dalmatinis; dando illis unam barcham ad expensis eorum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de expellendo de Ragusio Dalmatinos, qui venerunt cum dictis navigiis. *Capt. per omnes*

Prima pars est de dimictendo Januenses qui venerunt cum dictis navigiis ad remanendum in Ragusio, vel ad eundum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de affrancando Parisinum de carcere. — *Captum per omnes.*

Prima pars est de dimittendo ipsum ire in suum arbitrium, non dimictendo ipsum de carcere nisi quando intrabit in navigium causa eundi. *Capt. per* xii.

Prima pars est de affrancando de carcere Grecum antiquum de Constantinopolo. *Capt. per* xxi.

Prima pars est de dimittendo Anconitano mercatori bonbice filatori, suum vinum et daptila. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de recipiendo in scriptis arma amborum dictorum navigiorum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo domino Luciano capitaneo armate Januensium, prout videbitur parvo consilio pro facto quatuor galearum ab ipso ad nos transmictendarum. *Capt. per omnes.*

Die xxv novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxiiii. Prima pars est de dimictendo unam barcham Bogovçe de Tholeo, ut mictat illam per Ostoyam Crancovich. *Capt. per* xx.

Prima pars est de dimittendo illos de Punta Stagni ire ad domos suas. *Capt. per* xiiii.

Prima pars est de dimittendo cursorem Cathari de carcere. — *Capt. pēr* xx.

Prima pars est de dimittendo unum Vetulum apulum, incarceratum ire per civitatem cum compedibus ferreis, cum uno ripario ad petendum elemosinas, et de sero quod includetur in carcere. *Capt. per* xvi.

Prima pars est, quod dominus rector cum sua curia debeant facere examen super negocio Colini de Florencia; set torquere ipsum vel iudicare non debeant facere, nisi prout consilium rogatorum ipsis duxerint ordinandum. *Capt. per* xxi.

Die xxviii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de armando galeam magnam ad capiendum navigium, quod apparet. *Capt. per omnes.*

Ser Matheus de Georgius fuit factus supracomitus galee in minori consilio.

Prima pars est de solvendo Johanucio Manoculo siculo duc. xxviii, quos sibi dare tenetur Leo patronus coche. *Capt. per* xviiii.

Die primo decembris. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de providendo Marculino de Gex de perp. xxx cum condicione, quod teneatur servire in Stagno de omni servicio, quod sciet; et poterit intrare in castrum Stagni ad operandum cum bumbardis et spingardis, prout comes Stagni sibi precipiet, donec durabit istam guerram Venetorum. *Capt. per* xxi.

Die ii decembris. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est, quod capitanei debeant ponere tepseras hominibus de Narento. *Captum per* xviii.

Prima pars est de mictendo duos provisores ad videndum simul cum comite Stagni fortericias castri Stagni, et ea que sunt necessaria ad defensionem dicti castri, et adducendum ad istud consilium rogatorum. — *Capt. per omnes.*

Blasius de Sorgo *ball.* xvi — Junius de Sorgo *ball.* xiiii remanserunt provisores.

Prima pars est de affrancando Apulos incarceratos. — *Capt. per* xv.

Prima pars est de dando pro nunc Juliano balistrario pro sua provisione duc. xx. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dimittendo per nunc stare in Narento illum iuvenem novum civem nostrum, consanguineum Ratchi Didulich. *Captum per* xxi.

Prima pars est, quod mercatores Narenti quibus venit tepsera eundi in Narentum, debeant stare per unum mensem prox. futurum in Narento seu locis circavicinis; et in fine dicti mensis omnes debeant se reducere in Narentum ad obediendum quicquid precipiet eis istud consilium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod mercatores Narenti habitatores Stagni ex eo, quod veniunt et serviunt in Ragusio cum eorum personis sint franchi ab omnibus angaridiis Stagni, donec durabit ista guerra. *Capt. per* xx.

Die v decembris. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de faciendo fieri biscoctum, quod nobis petit dominus Lucianus capitaneus armate Januensium, et de significando sibi. *Capt. per* xxi.

Prima pars est de mictendo comitem insularum ad nostras insulas ad faciendum venire in Ragusium omnes personas quos ibi inveniet, et quod debeat illas scribere, et aducere scripturam in isto consilio. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo ser Jacobo de Sorgo comiti Stagni, quod debeat solliçitare et suprastare cum tota gente quam habet vel habebit, ad custodiam et defensionem Stagni, secundum suam commissionem sibi factam; set si casus acciderit, quod absit, quod nostri inimici venirent et ipse cum dicta sua gente non possint illis resistere, dictus comes dando ordinem primo ad muniendum castrum et citatellam gente opportuna, remaneat in sua libertate ad incastellandum se vel ad eundum per forticias, donec aliud ab isto consilio habuerit in mandatis. — *Capt. per omnes.*

Die vi decembris. In consilio rogatorum *ball.* xxvii. Prima pars est de mictendo unum hominem equitem ad Crassoe pro auxilio gentis ad Stagnum nobis dandum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de induciando super istis serviciis modo arengatis, usque ad redditum nuncii qui ibit ad Crassoe. *Capt. per* xxiiii.

Prima pars est de induciando ad scribendum domino nostro regi usque ad redditum nuncii qui ibit ad Crassoe. *Capt. per* xviiii.

In minori consilio. Ser Nicolaus de Poça, ser Marinus de Resti ad faciendum fieri cantara vc biscocti pro Januensibus.

Radosclavus Zimbich ad eundum ad Crassoe pro habendo subsidium gentis ad Stagnum.

Die x decembris. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de recipiendo in scriptis res navette capte. *Capt. per omnes.*

Die xi dicti mensis. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de mictendo unum navigium in Apuliam pro frumento. *Capt. per* xx.

Prima pars est de mictendo per dictum navigium ducatos vc et Parisium et Sergium de guasto nauclerum et fratrem suprascripti Johannis cathalanum.

Die xii dicti mensis. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de mictendo cum barcha illos forenses qui poterunt ire in Apulia, et residuum vadat extra Ragusium et suum districtum vel in carceres Ragusii. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de recipiendo pro nostro cive Ragusio Maro de Buliço de Cathara, cum ista condictione, quod debeat habitare in Ragusio cum sua familia, et renunciet perpetualiter incolatum Cathari, et iuret fidelitatem sicut ceteri Ragusini, et stet per dies xv extra districtum Ragusii

ad purgandum se . . . pestem illorum locorum a quibus venit. — *Capt. per* XIIII.

(Die XXIIII Decembris prefatus Maro fuit factus civis Ragusii in minori consilio, et iuravit fidelitatem per modum suprascriptum).

In minori consilio. Helias Predoevich factus ad eundum ad nobiles terre Chelmi.

DIE XIII DECEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXII. Prima pars est, quod dominus rector solus possit ponere penam pro fiendis serviciis comunis cuicumque sibi videbitur fore oportunum, ab iperp. XXV et infra, prout sibi placuerit. *Capt. per* XXI.

Prima pars est de concedendo barcham Petroe de Insula ire usque Tragurium. *Capt. per* XVIII.

DIE XIIII DECEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXVI. Prima pars est de mictendo hodie nostrum navigium in Apuliam pro frumento. *Capt. per* XX.

Prima pars est de mictendo cum dicto in Apulia Parisium cum fratre supradicti Johannis. *Capt. per omnes.*

Provisores ituri ad Stagnum: Ser Jacobus de Mençe — *ball.* XVIII.

Prima pars est de dimittendo Çore de Bochça ire in Bossinam. *Capt. per* XXV.

Prima pars est, debeat redire in Ragusium per totum mensem Januarii prox. venturi. *Capt per* XX.

In minori consilio. Prima pars est, quod fundicus aperiatur et vendatur frumentum comunis die Lune, die Mercurii et die Veneris habitantibus in Ragusio et de die Dominico vendatur hominibus nostri comitatus omni hebdomada.

DIE XV DECEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXIII. Prima pars est de dimittendo homines Laguste stare a modo in antea prout stant, donec videbitur isti consilio, reservando mandatum, quod ipsis fuit factum in suo statu. *Capt. per* XX.

Prima pars est de faciendo in Ragusium homines quinquaginta de Lagusta quorum nomina illis scribentur, et venientibus illis in Ragusium dimictantur isti de Lagusta qui sunt in Ragusio, pro galea, aufferendo ab ipsis soldum, quod receperunt. *Capt. per* XX.

Prima pars est de dimictendo ire in Melitam homines melitenses qui sunt in Ragusio pro galea, cum ista condicione, quod sint ibi parati semper ad veniendum, quod vadant cum galea quando mictemus pro eis. *Capt. per* XX.

Prima pars est de dimittendo Siculum domino archiepiscopo ragusino cum condicione, quod cum prima barcha debeat mittere illum de Ragusio. *Capt. per* XX.

Die xvi dicti mensis. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de dimictendo famulam Nixe de Bubaliça venire in Ragusium. *Capt. per* xx.

Prima pars est de concedendo graciam marinariis quos tenemus in carcere, quod possint emere et aptare unam barcham ad suas expensas cum qua possint ire, quando videbitur isti consilio. *Captum per omnes.*

In minori consilio. Prima pars est de tenendo de credencia, quia misimus pro presbitero Marino de Glavath.

Die xviii decembris. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima pars est de retinendo gentem que venit cum Crassoe in Stagnum. *Capt. per* xiii.

Prima pars est de faciendo aliquid donum Crassoe Casneç domini regis Bossine, quod vocet ipsum comes Stagni et donet ei ex parte nostri comunis, ab iperp. xv et infra. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo venire Ragusium ser Petrum de Gondola nostrum ambassiatorem. *Capt. per* xx.

Prima pars est de faciendo venire Ragusium ser Michaelem de Babalio nostrum ambassiatorem. *Cappt. per* xxiii.

Prima pars est de prorogando terminum Stiepcho de Flisco dohanerio in Gredeç domini regis Bosne, per totum mensem Januarii prox. vent., non obstante termino quatuor mensium. *Capt. per* xxi.

Prima pars est de prorogando terminum Milossio Dohanerio in Zerina per totum mensem Februarii. *Capt. per* xx.

Prima pars est de scribendo domino capitaneo galearum Janue, et mittendo sibi cartas que veniunt de Janua. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mittendo usque ad Melitam et per insulas ex parte Occidentis, et unum cursorem ex parte Orientis ad sciendum novum de navigio Cathari. *Capt. per* xx.

Die xx decembris. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars pars est de mutando Colinum de Florencia de carcere in quo stat. *Capt. per* xii.

Die xxii decembris. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est, quod nemo possit prohicere cum aliqua bumbarda nisi ad nostros inimicos sine licencia domini rectoris et duorum capitaneorum, sub pena iperperorum v pro quolibet et qualibet vice. *Capt. per omnes.*

Secunda pars est de non scribendo de novis Ferrarie nostro ambassiatori in Hungaria. *Capt. por* xviii.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, ad scribendum nostro ambassiatori in Hungaria per modum arrengatum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, ad scribendum ser Michaeli de Babalio nostro ambassiatori. *Capt. per omnes.*

Die xxiii decembris. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima pars est de scribendo Crassoe, quod det nobis personas iiic pro staya in Stagno. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo Lagustinis, quod debeant capere et mictere ligatos in Ragusium illos Lagustinos qui habuerunt soldum galee et auffugerunt. Et si illos personaliter habere non poterint, quod capiant et vendant omnia earum bona, et mictatur in Ragusium sub pena ad voluntatem dominii. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod scribatur capitaneo Punte pro fallitis de galea, qui auffugierunt. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Blasius de Sorgo, Jacobus de Gondola, Michael Nicoliçe de Martinussio fuerunt facti officiales ad faciendum fieri pallium.

Prima pars est, quod fiat pallium balistariorum et arceriorum equale. Et quod addatur pallio tam balistariorum quam arceriorum unus ducatus; et pallio rebotacii medius ducatus. Et balistarii debeant prohicere ad pallium die primo Januarii, et arcerii die sequenti prox. fut.

Ser Clemens Marini de Goçe fuit factus super sagittamento, loco ser Mathei de Georgio, iuxta ser Paulum de Gondola.

Die xxvii decembris. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de mictendo lignum armatum et bactellum coche pro remurçando nostrum navigium quod apparet in pelago. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de ponendo in camerlengaria patronum navete. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de armando nostram galeam maiorem. — *Captum per* xviii.

Prima pars est de faciendo stare extra catenam dictam galeam armatam. *Capt. per* xvi.

Prima pars est de dando plenum arbitrium domino rectori et duobus capitaneis ad mictendum dictam galeam pro navigio, quod videtur in pellago, prout ipsis videbitur melius expedire. *Capt. per* xviii.

Marinus de Bodaça fuit factus supracomitus galee predicte.

Die ultimo decembris. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de scribendo capitaneo armate Januensium nova de biscotto, quod aducitur de Apulia in Durachium, et sit ibi. *Capt. per* xvi.

Capitulum magni consilii inceptum

DIE XI AUGUSTI MCCCLXXVIII.

Die xi augusti *ball.* liiii. Prima pars est de mictendo unum nostrum nobilem pro ambassiatore ad dominum regem Rassie. *Capt. per* l.

Die xviii augusti *ball.* li. Rector mensis Septembris: Ser Johannes de Grede *ball.* xxxi.

Capitanei generales guerre: Ser Marinus Junii de Mençe *ball.* xli — ser Martolus de Thodisio *ball.* xxv.

Die xx septembris *ball.* liii. Rector mensis Octobris: Ser Martholus de Thiodisio *ball.* xxxviiii.

Judices: Ser Andreas Dobre de Binçola *ball.* XLIIII — ser Marinus Junii de Mençe *ball.* XL — ser Matheus de Georgio *ball.* XXXI — ser Stephanus de Sorgo *ball.* XXVIIII — ser Stephanus de Lucaro *ball.* XXXV.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio ad vendendum cabellam vini pro uno anno prox. fut. pro precio, pactis et condictionibus que sibi videbuntur expedire. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de confirmando magistrum Constancium ad salarium nostri comunis pro uno anno prox. fut. cum salario, pactis et condicionibus consuetis. *Capt. per omnes.*

Die XXII septembris *ball.* LIII. Consiliarii: Ser Johannes de Volçe *ball.* XLIII — ser Jacobus de Prodanello *ball.* XXXVIII — ser Vita de Goçe *ball.* XXXV — ser Jacobus de Gondola *ball.* XXXVI — ser Simon de Bona *ball.* XXV.

Capitaneus generalis loco ser Martholi de Thiodisio: Ser Johannes de Grede *ball.* XXVIII.

Prima pars est de confirmando magistrum Johannem ciroycum de Tragurio, ad salarium nostri comunis pro uno anno prox. fut. cum salario, pactis et condictionibus consuetis. *Capt. per* L.

Die IIII octobris *ball.* LII. Prima pars est de confirmando magistrum Christoforum medicum, ad salarium nostri comunis pro uno anno prox. fut. cum salario *etc.* consuetis. *Capt. per* LI.

Die XIII octobris *ball.* LIIII. Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio ad vendendum cabellas vini et beccarie de Stagno pro uno anno prox. fut. pro illo precio *etc.* que sibi videbuntur. *Captum per* LIII.

Prima pars est de confirmando magistrum Nicolettum de Taleis pro uno anno prox. fut. ad salarium nostri comunis pro salario *etc.* consuetis. *Capt. per* LII.

Capitaneus Tresteniçe: Ser Junius Çive Mathei de Georgio *ball.* XXXII et ivit ad dictam capitaneriam de VIII Decembris.

Die XXVIIII octobris *ball.* LIII. Rector mensis Novembris: Ser Blasius de Sorgo *ball.* XXXIII.

Comes Stagni: Ser Stephanus de Sorgo *ball.* XL.

Capitaneus illius Maris de Stagno: Ser Vita de Babalio *ball.* XXX acceptavit et ivit ad suum officium die IIII Decembris de sero.

Die II novembris *ball.* LV. Comes Stagni: Jacobus de Prodanello *ball.* XXXVI.

Prima pars est, quod pro substentando homines forenses qui veniunt ad nostrum subsidium Stagni, quelibet pars Stagni et Punte debeat dare quinqua vini V, quod non sit accetosum neque bluctaychum, nec sentiat de vase, pro quo vino non debeat solvi aliqua dohana. Et detur unum tercerum vini pro quolibet homine in quolibet die. Et qui noluerit dare

de vino, solvat grossos v pro quolibet quinquo. Et dictum vinum debeant mesurari cum mesura grossa.

Die v novembris. *ball.* lv. Prima pars est de induciando super electione comitis Stagni. *Capt. per* xxx.

Die xviiii novembris *ball.* lxi. Prima pars est de compellendo comitem futurum in Stagno ad intrandum ad castrum illius maris. *Capt. per* xxxvii.

Prima pars est, quod comes Stagni cum sua gente Stagni et Punte debeat sollicitare et suprastare ad defensionem Stagni, quantum sciverit et poterit. Et si casus aveniet, quod absit, quod galee nostrorum inimicorum venirent ad offendendum Stagnum *in isto mari*, sit in sua libertate ad resistendum et defendendum, si sibi videbitur. Et si non videbitur ei ad possendum resistere, debeat se reducere personaliter ad castrum *illius maris* de Stagno et portare secum illos de *isto* mari de Stagno et de Punta qui sibi videbuntur, quorum meliores debeat ducere secum in castro, et alios dimittere in civitatella. Et pro custodia loci istius maris de Stagno debeat dimittere illam gentem que sibi videbitur expedire, et quociens v galee vel ab inde supra inimicorum venient ad offensionem Stagni ex parte illius maris, dictus comes teneatur intrare ad dictum castrum cum illa gente que sibi videbitur expedire. *Capt. per* xxxviii.

Prima pars est de ponendo penam comiti Stagni eligendo, quod non possit refutare. *Capt. per* lviii.

Prima pars est, quod possit refutare sub pena iperp. tercentorum. *Capt. per* l.

Comes Stagni: Ser Andreas Dobre de Binçola *ball.* xxxi refutavit et solvit penam.

Consiliarius parvi consilii loco ser Vite de Goçe: Ser Johannes de Poça *ball.* xlii. remansit.

Prima pars est de confirmando magistrum Franciscum pavesarium pro uno anno prox. fut. *Capt. per* lvii.

Die xxvii novembris *ball.* lv. Rector mensis Decembris: Ser Blasius de Babalio *ball.* xlvmi.

Prima pars est de tenendo comitem insularum usque ad suum terminum. *Capt. per* l.

Die prima decembris *ball.* lviii. Prima pars est de mutando commissionem comiti futuro in Stagno. *Capt. per* xxxviii.

Prima pars est, quod dictus comes exiens ad defensionem Stagni cum gente prout proferetur, sit ad mandatum magni consilii ad faciendum ipsum incastellari vel per alium modum stare, prout dicto consilio melius videbitur expedire. *Capt. per* xxxvii.

Prima pars est, quod pars capta, quod comes Stagni qui eligetur non possit refutare sub pena iperp. iiic debeat intelligi, quod possit refutare sine pena ad quatuor menses secundum consuetudinem. *Captum per* xlv.

Prima pars est, quod omnibus officialibus et ambassatoribus a modo eligendis parvum consilium non possit dare terminum ad accipiendum eorum officium vel ambassiatam, ultra dies v et infra, prout dicto consilio videbitur oportunum. *Capt. per* LVII (registratum in *libro registri Reformacionum).*

Comes Stagni: Ser Martholus de Cerieva *ball.* XXXV refutavit et solvit penam.

Die VII decembris *ball.* LVIIII. Comes Stagni *(futurus)* habeat dictam libertatem *(ad intrandum ad castrum vel non intrandum in tempore sui comitatus)* donec videbitur isti maiori consilio, et sit ad mandatum dicti consilii maioris. *Capt. per* XL.

Comes Stagni: Ser Matheus de Georgio *ball.* XXXIIII Acceptavit et ivit ad suum comitatum die XVII Januarii. Et fuit reversus Ragusium de dicto suo comitatu die XXVIII Madii.

Capitanei generales: Ser Martholus de Theodisio *ball.* XXXV — ser Andreas Dobre de Binçola *ball.* XXXV.

Die XXVIIII decembris *ball.* LIII. Rector mensis Januarii: Ser Vita de Goçe *ball.* XXVI.

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio ad salariandum tres sonatores theotonicos qui sunt in Ragusio pro uno anno, pro illo salario *etc.* prout dicto consilio melius videbitur expedire. *Capt. per* XLVI.

1379.

Die II januarii. In minori consilio. Prima pars est de precipiendo ser Matheo de Georgio comiti Stagni, quod per totam diem lune prox. fut. debeat recedere de Ragusio, causa eundi ad suum comitatum sub pena iperp. quinquaginta. (Cui fuit factum mandatum per relacionem Radoslavi preconis dicta die v Januarii. Prorogatus fuit terminus dicto ser Marino usque ad diem Sabati XV Januarii ad dictam penam).

Die III januarii. In consilio rogatorum *ball.* XXIII. Prima pars est de respondendo littere Balse de Balsa. *Capt. per* XIIII.

Prima pars est de respondendo Theodore uxori quondam Georgii de Balsa. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de respondendo Dulcinensibus. *Capt. per omnes.*

Die IIII januarii. In consilio rogatorum *ball.* XXVIIII. Prima pars est de dimittendo centum personas insularum ad putandum vineas dictarum insularum, videlicet quinquaginta ad insulam Çuppane, triginta ad insulam Dalafodii, et viginti ad insulam Calamote. *Capt. per omnes.*

Die predicto. In consilio rogatorum *ball.* XXII. Prima pars est de mictendo lignum armatum cum duabus barcis armatis, ad capiendum barchas nostrorum inimicorum. *Capt. per* XVIII.

Prima pars est de mictendo unum nobilem cum dicto ligno. *Capt. per* XVIIII.

Prima pars est de dando commissionem supracomito nostri ligni, quod vadat recto tramite usque ad peregium Cathari, et deinde usque Buduam, si non inveniret dictas barchas. *Capt. per* XXI.

In minori consilio. Stephanus de Sorgo fuit electus supracomitus ligni.

Die VI januarii. In consilio rogatorum *ball.* XX. Prima pars est de mictendo expedite lignum nostrum armatum cum duabus barchis ad capiendum navigia que veniunt in Catharum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando commissionem supracomito ligni, quod sit in sua discrecione ad eundum usque in Dulcinium, et morandum ad expectandum navigia inimicorum, prout sibi melius videbitur expedire. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Ser Stephanus de Sorgo fuit factus supracomitus.

Die VIII januarii. In consilio rogatorum *ball.* XXV. Prima pars est de respondendo domine abbatisse sancte Clare: Domina Abbatissa, pro honore vestre nobilitatis et eciam vestrarum sororum et filiarum nostrarum, nobilium mulierum de Ragusio, sororum et consanguinearum nostrarum, supplicavimus et supplicamus eciam nunc vobis ut istam monialem forensem expediretis, si placeat, de isto monasterio, prout vobis melius videtur, quia, cum vestra reverencia, non est honor tante nobilis domine sicut estis vos, quod ista forensis parve condicionis sit in collegio vestro et vestrarum filiarum. Et in casu ubi vobis non placet, fiat voluntas vestra, quia nec de hoc, nec de quacumque alia re nostra civitas nollet vos scandaliçare. *Capt. per* XVIIII.

Die XI januarii. In consilio rogatorum *ball.* XXIIII. Prima pars est de dando comiti insularum unam barcham sine hominibus et sine risico comunis, ad expensas comunis. *Capt. per* XXII.

Prima pars est de solvendo precium frumenti ablati Catharensibus *(cassum).*

Prima pars est de non solvendo. *Capt. per* XIIII.

Prima pars est de partiendo frumentum predictum illis qui ceperunt illud. *Capt. per* XXII.

Prima pars est de dando supracomito de dicto frumento star. V. — *Capt. per* XXII.

Prima pars est de dando comito ligni *(et)* duobus capitaneis dictarum barcharum et Juliano balistario, pro quolibet ipsorum staria duo. *Capt. per omnes.*

Prima pars est cuilibet suprasalienti ligni starium unum.

Prima pars est cuilibet remigio dicti ligni cuppellos III. — *Capt. per* XIII.

Prima pars est de liberando Catharenses qui sunt in nostro carcere. *Capt. per* XVIII.

Die xii januarii. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de affrancando Colinum florentinum de carcere, et quod vadat statim extra Ragusium et suum districtum cum navigio Apulie, et quod non audeat redire in Ragusium donec durabit dicta guerra. *Capt. per* xii.

Prima pars est de faciendo stare dictum Colinum in camera in castro, ad faciendum sua iura cum suis debitoribus donec ibit. *Capt. per* xvi.

Prima pars est, quod quelibet barcha que a modo in antea vellet ire in aliquod viagium, non possit dimicti ire, nisi aducat prius unam barchatam lapidum ad gettum comunis; exceptis barchis que vadunt pro frumento, quod debeant facere dictam barchatam lapidum ad gettum post earum reversionem cum frumento in Ragusium. *Capt. per omnes.*

Die xiiii januarii. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima pars est de donando Merçe Cudiellinovich staria frumenti v. — *Capt. per* xxi.

Prima pars est de faciendo aliquid donum Merçe Cudielinovich. — *Capt. per* xviii.

Prima pars est de donando dicto Merçe bracia xvi panni, valoris unius ducati pro quolibet bracio, vel circa. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de permutando Anconitanum vocatum Leonem de carcere. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de permutando ipsum ad sanctum Marcum. *Capt. per* xli.

Die xv januarii. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de affrancando et licenciando per nunc forenses et homines Punte, qui sunt ad custodiam Stagni. *Capt. per* xx.

Prima pars est, quod Bogdanus Ochrugli possit expellere de sua domo insulanos qui stant in illa non obstante ordine, ex eo quod vult dare illam pro habitacione sue filie desponsande. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de mictendo nostrum lignum armatum ad discurrendum usque in Dulcinium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod dictum lignum debeat discurrere usque ad perigium Cathari. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mictendo unum nostrum nobilem supracomitum dicti ligni. *Capt per* xiii.

In minori consilio. Ser Jacobus de Prodanello fuit electus supracomitus ligni.

Die xvii januarii. In minori consilio. Ser Matheus de Georgio comes Stagni debeat recedere de Ragusio ad eundum in Stagnum per totum diem hodiernum, sub pena perp. l.

Die xviiii dicti mensis. Dominus rector ser Vita de Goçe cum expresso consensu parvi consilii precepit ser Marino de Bodaça et ser Junio de Sorgo ceccariis presentibus, ut sub pena iperperor. xxv. pro quolibet debeant dare unam magistranciam ad laborandum grossos pro comuni.

In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de licenciando primos Lagustinos qui debeant ire cum galea, cum ista condiçione, quod debeant statim venire in Ragusium, quando mictemus pro ipsis. *Captum per* xxi.

Prima pars est de faciendo graciam Colino florentino, ut remaneat pro exigendo sua debita. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dimictendo dictum Colinum stare in ecclesia sancti Marci. *Capt. per* xvii.

Prima pars est de dimictendo de die dicto Colino portam apertam ecclesie sancti Marci. *Capt. per* xiii.

Prima pars est, quod dictus Colinus non possit descendere per scalas magnas lapideas inferiores, sub pena eundi in carcere et ibi standi. *Capt. per* xviii.

Die xii januarii. In consilio rogatorum *ball.* xxviii. Prima pars est de audiendo ambassiatores Cathari priusquam consulamus ad procedendum contra Catharum. *Capt. per* xvii.

Prima pars est de mictendo duos nostros nobiles in Civitatem veterem ad dictos ambassatores Cathari. *Capt. per* xxv.

In minori consilio. Ser Junius de Grede et ser Jacobus de Sorgo fuerunt electi ad eundum ad ambassiatores Cathari.

Die xxiii januarii. In consilio rogatorum *ball.* xxv. Prima pars est de mutuando Januensibus pecias xxii remorum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de induciando super facto Catharensium. — *Captum per* xvi.

Prima pars est de vocando dominum capitaneum iiii galearum Januensium ad significandum sibi quid aduxerunt nostri ambassiatores ab ambassiatoribus Cathari, et rogandum quod retineat galeam. — *Captum per* xxiii.

Prima pars est de recomendando illos de Liustiga Januensibus, et de faciendo illis unam cartam apertam, ut non offendantur. *Captum per omnes.*

Prima pars est de donando Januensibus omni ebdomada, donec stabunt in Ragusio, in rebus commestibilibus perp. iiii. *Capt. per* xx.

Prima pars est ad prosequendum negocia Catari secundum peticionem ambassiatorum dicte civitatis Cathari. *Capt. per* xxv.

Prima pars est ad procurandum finalem destrucçionem dicte civitatis Cathari *(cassum).*

Prima pars est de respondendo ambassiatoribus Cathari per duos nostros nobiles qui fuerunt primo ad ipsos. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dicendo domino capitaneo Januensium, quod mictat si sibi videbitur, de suis Januensibus cum nostris nobilibus, ad dictos ambassiatores Cathari. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de dando terminum viii dierum Catharensibus infra quos debeant persequi illud, quod promittunt *(cassum).*

Prima pars est de dando terminum sex dierum. *Capt. per* xv.

Die xxv januarii. In consilio rogatorum *ball.* xxvi. Prima pars est de acceptando peticionem Nichi de Bisantis, quam fecit ser Johanni de Grede, quod veniat et fiat civis et habitator Ragusii usque per totum mensem Februarii prox. fut. Et si non veniet infra dictum terminum, quod amictat quicquid ipse habet in Ragusio. Et de affidando suum barchosium, quod ipse mictet in Apuliam cum suis rebus, si contentabuntur Januenses. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando licenciam ser Marino Junii de Mençe, ut possit mictere filium suum ad Nichum de Bisantis. *Capt. per* xvi.

Prima pars est, quod si Catharenses non attenderint nobis usque ad diem Lune prox. fut. de mane, illud quod promiserunt eorum ambassiatores, ut revertantur ad dominium et fidelitatem domini nostri regis, dando eorum comitem venetum nobis, quod procedamus contra ipsos, tamquam contra Venetos nostros inimicos. *Capt. per* xvi.

In consilio rogatorum *ball.* xxvi. Prima pars est de rogando capitaneum Januensium ad retinendum galeam quam volebat mictere in Jadram. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de respondendo Nicho de Bisanti de Catharo super petiçione quam fecit nobis pro parte sua ser Johannes de Grede, quod nos contentamus recipere ipsum pro nostro cive, cum ista condictione. quod usque per totum mensem Februarii prox. fut. debeat venire ad standum et habitandum in Ragusio et faciendum factiones Ragusii sicut alii cives Ragusii sub pena amictendi fotum suum mobile, quod ipse habet in Ragusio. Et ex nunc ex parte nostra et Januensium affidamus sibi suum barchosium cum suis rebus, quod ipse debet mictere in Apuliam, cum ista condictione, quod dictum barchosium cum victualibus, seu aliis rebus non debeat redire in Catharum, non existendo Catharum sub fidelitate domini nostri regis. Et si redibit in Catharum, Januenses volunt habere omnino tantum de rebus suis depositis in Ragusio, quantum valebit dictum barchosium cum suo ente, quod portabit in Catharum. *Capt. per omnes.*

Ser Marinus Junii de Mençe, et ser Junius de Grede debeant facere dictam responsionem dicto Nicho de Bisantis. *Capt. per* xviii.

Die xxvi januarii. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de mictendo pro gente domini nostri regis et gente domini regis Rassie, quod veniant in Stagnum ad defensionem dicti loci. — *Captum per* xvi.

In minori consilio. Tverdich fuit electus ad eundum pro hominibus terre Chelmi ut veniant Stagnum.

Radoselavus Zimbich fuit electus similiter ut vadat pro hominibus domini regis Rassie.

Die xxvii januarii. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de mictendo unam barcham armatam ad partes orientis pro faciendo salvare nostras barchas. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo venire in Ragusium homines insularum, precipiendo cuilibet sub pena iperperorum v pro quolibet. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo venire homines Punte ad custodiam Stagni. *Capt. per omnes.*

Die xxviii januarii. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio ad faciendum excusacionem hominum et corredi galee quam petit dominus banus, prout dicto consilio videbitur. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de inferrando Giuchum de Georgio in pedibus. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de inferrando ipsum cum compedibus et non plicabilibus. *Capt. per* xii.

Prima pars est de inferrando ipsum cum ferris plicabilibus *(cassum).*

Die xxviiii januarii. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de faciendo custodire de nocte per homines de Lagusta. *Capt. per* xxi.

Prima pars est, quod capitanei qui sunt in platea non debeant a modo dormire intus in domibus, nec in stacionibus; et capitanei generales debeant illos accusare qui contrafecerint *(cassum).*

Prima pars est, quod omnes capitanei qui habent domos paratas per eorum postas, debeant dormire a modo in antea in dictis domibus postarum suarum, sub pena iperperorum v pro quolibet contrafacturo. *Capt. per omnes.*

Die xxx januarii. In consilio minori. Prima pars est de habendo pro excusato dominum rectorem ser Vita de Goçe, si non tenebit curiam de maleficiis, et faciet fieri racionem a camerariis.

Die iii februarii. In consilio rogatorum *ball* xxi. Prima pars est de mictendo ad faciendum aufferri furtive scabam Catharinorum. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de scribendo domino bano Dalmacie et capitaneo galearum respositum Catharenorum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mictendo precipiendo per nostras litteras ser Nicolao de Goçe ut infra terminum iii mensium a die presentacionis dicti mandati sibi fiendi in antea, debeat venire personaliter in Ragusium sicut venerunt alii nostri cives, ad defensionem patrie, et ipse vel suus frater debeat venire in isto termino, et alius in termino dato suo fratri per Pasche de Mençe. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mutuando pecias xvi remorum domino Luchino Januensi. *Capt. per omnes.*

Die v februarii. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima pars est de mutando quantum ad homines domini regis Rassie, ordinem vini ipsis dandi. *Capt. per* xx.

Prima pars est de scribendo comiti Stagni, quod si mille persone domini regis Rassie venient ad auxilium Stagni, debeat illis distribuere omni die x quinqua vini, dando illa caporalibus secundum condictiones

et qualitates caporalium, et si Pannones venient det illis per racionem *(cassum)*.

Prima pars est, quod debeat illis dare omni die quinqua xv. *Captum per* xvii.

Prima pars est de mutuando ordinem vini dandi hominibus domini bani Dalmacie. *Capt. per* xiii.

Prima pars est de scribendo domino comiti Stagni, quod omni die debeat distribuere hominibus domini bani Dalmacie, qui venient ad subsidium Stagni, quinqua tria vini, pro quolibet centenario dictorum hominum, dando illa caporalibus secundum qualitatem caporalium et quantitatem gentis quam habet secum, unusquisque prout dicto comiti melius videbitur. *Capt. per* xiii.

Die xviii februarii. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de scribendo domino bano Dalmacie: Nos requisivimus et supplicavimus sepe per nostras litteras et per Vitam de Goçe nostrum civem oretenus, vestre magnificençie ut detis nobis auxilium vestre gentis terre Chelmi ad defensionem Stagni, et dicta vestra gens . . . a nobis requisita non venit, propter quod stamus in periculo amictendi dictum locum de Stagno; quare suplicamus dicte vestre manificencie et teneatis talem modum et ordinem in premissis, ut dicta gens vestra omnino veniat ad nostram defensionem dicti loci de Stagno.

Die viiii februarii. In consilio rogatorum *ball.* xxvii. Prima pars est de affrancando homines Ponte, quod vadant ad domos suas, et quod veniant ad custodiam Stagni quociens videbunt signa fumi seu ignis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de confirmando provisionem aductam per ser Marinum Junii de Mençe, ser Michaelem de Babalio, et ser Junium de Grede super fortificacione et custodia castri de Stagno. *Capt. per* xxvi.

Prima pars est de aufferendo mutuo totam calcinam et omnes lapides, que reperiuntur in Stagno pro faciendo ibi laboreria comunis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod quilibet mercatorum Narenti qui non veniet in sua muta et stabit ad custodiam Stagni, debeat solvere comuni Ragusii pro qualibet vice qua erit inobediens perp. l. *Capt. per* xxv.

Prima pars est de faciendo laborare ad huc de bumbardis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo in sale comunis perp. xv pro expensis bumbardarum fiendarum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dimictendo Stanchum mercatorem de Sreberniça, ut redeat in Ragusium usque per totum mensem Madii prox. fut. *Capt. per* xx.

Prima pars est de dimictendo ire extra Ragusium Radine olim cognatum Marinchi Bratoslavich. *Capt. per* xviii.

Prima pars est, quod dictus Radine debeat redire in Ragusium sub pena ducatorum c, usque ad duos menses prox. fut *Capt. per* xxi.

Prima pars est, quod dictus Radine non debeat portare secum aliquam mercanciam sub pena amictendi dictam mercanciam. — *Captum per* XXII.

DIE X FEBRUARII. In consilio rogatorum *ball.* XX. Prima pars est de recipiendo mutuo a tutoribus heredum quondam Pauli de Baraba, ducatos auri C pro faciendo incidi lapides et fieri calcem pro laborerio castri de Stagno, faciendo cartam super comune de dictis ducatis C et aliis denariis acceptis a dictis tutoribus de quibus non est facta carta, et dando V pro C de proficuo cum sollempnitatibus oportunis. — *Captum per* XVIII.

DIE XI FEBRUARII. In consilio rogatorum *ball.* XXI. Prima pars est de induciando super facto negociorum Francaville. *Capt. per* XVII.

DIE XII FEBRUARII. In consilio rogatorum *ball.* XXV. Prima pars est de induciando super facto Cathalani. *Capt. per* XV.

DIE XIIII FEBRUARII. In consilio rogatorum *ball.* XXI. Prima pars est de mictendo per ser Vita de Goçe. *Capt. per* XVIIII.

Prima pars est de procedendo contra ser Vita de Goçe. — *Captum per* XX.

Prima pars est de ponendo servicium Vite penes advocatores comunis. *Capt. per* XIII.

Prima pars est de concedendo Nicolao Sachat, quod suus homo qui venit in Ragusium, possit invenire prout melius poterit unam barcham cum uno homino, qui de voluntate volet ire in Budoam. — *Captum per* XV.

Prima pars est de induciando super facto Manardi de Francavilla. *Capt. per* XVII.

Prima pars est de dimictendo unum mercatorem Hungarie cum uno famulo ad recuperandum equos ablatos a Nenada, et quod debeat redire ad tardius infra unum mensem sub pena ducat C. *Capt. per omnes.*

DIE XVII FEBRUARII. In consilio rogatorum *ball.* XXV. Prima pars est de mictendo unum cursorem ad nostras expensas usque Constantinopolum cum cartis Januensium. *Capt. per* XXII.

Prima pars est de habendo ser Vitum de Goçe pro fallito. — *Capt. per* XXII.

Prima pars est de corrigendo dictum ser Vitam de verbis solummodo. *Capt. per* XXII.

DIE XVII FEBBUARII. In minori consilio. Prima pars est de mutuando domino Antonio de Fischo capitaneo trium galearum, pecias decem remorum non laboratas.

DIE XVIIII DICTI MENSIS. In consilio rogatorum *ball.* XXV. Prima pars est de dimictendo unam barcham cum Cherve de Çamagno ire in Antibarum. *Capt. per omnes.*

*

Prima pars est de mictendo unam barcham armatam ad partes Apulie ad sciendum inde nova de galeis nostrorum inimicorum. *Capt. per* XXIII.

Prima pars est de dimictendo Franchum de Manfredonia ire cum nostra barcha armata. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dimictendo ipsum ire, et quod non solvat aliquid naulum. *Capt. per* XVII.

Prima pars est de affrancando Mainardum de Francavilla cum navigio de Francavilla cum suis infixis et corredis, retinendo pro nobis illa arma dicti navigii, que sunt necessaria nostro comuni, solvendo illa. *Capt. per* XXIIII.

Prima pars est de torquendo Petrum Doy Cathalanum *(cassum)*.

Prima pars est de non torquendo ipsum. *Capt. per* XXI.

Prima pars est de dimictendo dictum Petrum Cathalanum. *Captum per* XVI.

Prima pars est de mictendo ipsum cum barcha de Francavilla. — *Capt. per* XXIII.

Prima pars est de faciendo aptari nostram galeam ituram ad armatam. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo stare homines mercatores Narenti ad custodiam castri de Stagno ad mensem, sicut debebant stare per dies XV. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Ser Clemens Marini de Goçe, ser Jacobus de Prodanello et ser Lucas de Bona facti fuerunt ad inveniendum pecuniam necessariam et reducendum ad istud consilium.

Prima pars est, quod de centenario librarum sepi triti vendatur Januensibus perp. III et sepi colati perp. IIII et gross. VIII.

Die XX februarii. In consilio rogatorum *ball.* XXIIII. Prima pars est de mictendo nostrum lignum armatum ad capiendum barchas oneratas frumenti, que vadunt in Catharum. *Capt. per* XXI.

Prima pars est de dando in commissione supracomito nostri ligni, quod vadat cum dicto ligno usque in Dulcignum, et a Dulcinio ultra quantum videbitur sue discrecioni, et de stando quantum sibi videbitur. *Capt. per* XXI.

In minori consilio. Ser Unuçe de Mactessa fuit electus supracomitus ligni.

Die XX februarii. In consilio rogatorum *ball.* XXIIII. Prima pars est de non permictendo ire Franchum de Manfredonia cum barcha nostra armata, itura ad partes Apulie. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dimictendo nostros insulanos ad fodendum vineas insularum, cum ordine. *Capt. per* XXI.

Prima pars est de dando domino Luchino duos nostros pedotas ad eundum cum sua galea in isto viagio. *Capt. per* XII.

Die XXIII februarii. In consilio rogatorum *ball.* XX. Prima pars est de scribendo nostram excusacionem domino Luciano capitaneo super facto hominum homicidarum, quos nobis petit capitaneus. *Capt. per* XX.

DIE XXV FEBRUARII. In consilio rogatorum *ball.* XXI. Prima pars est de concedendo domino Antonio de Fliescho capitaneo trium galearum, quatuor remiges pro suis denariis, set non de illis qui sunt pro nostra galea. *Capt. per* XVIII.

Prima pars est de mictendo isto sero pro remurciando navigium nostrum, quod apparet *(cassum).*

Prima pars est de suprasedendo. *Capt. per* XII.

Prima pars est de transferendo quaternum veterem debitorum scriptorum in sale, ad quaternum novum debitorum dicti salis; et quod illa debita veteris quaterni sint prima, et debita secundi quaterni sint secunda, et debeant solvi cum ordinibus suis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de assignando procuratoribus sancte Marie in sale nostri comunis yperperos centum quinquaginta pro cuppa, quam ipsi redemerunt et fuit data domino regi Bossine et Rassie. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de assignando de denariis regis Volcassini pro laboreriis civitatis nostre. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de assignando pro dictis laboreriis de dictis denariis iperperos mille et quingentos. *Capt. per* XVI.

Prima pars est de assignando de dictis denariis regis Volcassini officialibus ad faciendum casettas supra muros civitatis iperp. C. — *Capt. per* XVIII.

Prima pars est de assignando de dictis denariis regis Volcassini pro laborerio galee iperp. C. *Capt. per omnes.*

DIE XXVII FEBRUARII. In consilio rogatorum *ball.* XX. Prima pars est de dimictendo nostros insulanos ad laborerium insularum sine familia. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mictendo unum lignum armatum ad partes Orientis. *Capt. per* XVIIII.

Prima pars est de scribendo comiti Stagni, quod licentiet forenses qui sunt in Stagno et illos de Punta, quod vadant per sua laboreria, et quod retineat solumodo illos de Narento. *Capt. per omnes.*

In consilio minori. Ser Marinus de Bodaça fuit factus supracomitus nostri ligni in minori consilio.

Ser Jacobus de Sorgo rector fuit habitus pro excusato, quia non potest regere curiam de Maleficiis, nec facere racionem cum camerariis in suo mense, propter negocia ardua comunis que supervenerunt.

Ser Marinus de Benessa factus fuit supracomitus dicti nostri ligni. Qui acceptavit et iuravit.

DIE ULTIMO FEBRUARII. In consilio rogatorum *ball.* XXVI. Prima pars est de faciendo scribi in dohana Stagni salarium presbiteri Milçe cancellarii Stagni. *Capt. per* XV.

Prima pars est de non dando arbitrium comiti Stagni, quod possit dimictere gentem Punte Stagni de custodia Stagni ad suam voluntatem. *Capt. per* XV.

Prima pars est de scribendo comiti Stagni, quod guardianis volentibus remanere ad custodiam Stagni debeat dare de frumento castri Stagni,

cuppellos tres pro quolibet ad racionem grossorum sex pro quolibet cuppello. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de donando domino regi Bossine de pulvere bumbardarum. *Capt. per* xx.

Prima pars est de donando dicto domino regi de dicto pulvere libras x. *Capt. per* xiiii.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio ad respondendum domino regi Bossine, prout sibi melius videbitur expedire. *Capt. per* xxiiii.

Prima pars est de mictendo unam barcham armatam statim ad partes Apulee pro habendis novis. *Capt. per omnes.*

Die primo marcii. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de disarmando lignum nostrum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de aptando statim nostrum lignum. — *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo revidere lignum banchorum xxiiii et prohici in aquam, et aptari si oportebit. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de expellendi fratrem Colini et fratres predicatores, et omnes illos qui venerunt hodie cum ipsis in Ragusium, quod cras per totam diem recedant de Ragusio. *Capt. per* xx.

Die ii marcii. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de mictendo unum lignum nostrum armatum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mictendo duas nostras barchas armatas cum dicto ligno. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Ser Pocre de Benessa fuit factus supracomitus ligni.

Pale de Maçadauro fuit factus comitus.

Die iii marcii. Prima pars est de dimictendo Medossium de Bossina abire de Ragusio. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de non dimictendo barcham Apulie. *Capt. per* xiiii.

Prima pars est de discorredando barcham Apulorum, et dimictendo patronum et marinarios. *Capt. per* xxi.

Prima pars est de distringendo Marthucium Ade in sancto Marco inferratum. *Capt. per* xviii.

Die iiii mensis marcii. In consilio rogatorum *ball.* xxiiii. Prima pars est de dilatando confines magistro Augustino pictori usque ad ecclesiam sanctorum Laurencii, Petri, Andree, et ibi circa eam ponendi cofinos et pavesia et alia arma ad solem. *Capt per* xviii.

Prima pars est de deliberando nunc super facto mercacionum Anchone. *Capt. per* xvii.

Prima pars est de restituendo mercancias navette de Francavilla Anconitanis cum ista condicione, quod debeant nobis dare ydoneam fideiussionem nostrorum Ragusinorum, quod si quo tempore futuro reperiuntur dicte mercancie vel pars illarum fore Venetorum, quod valorem illarum

seu partis que reperientur Venetorum debeant solvere nostro comuni. Et si non poterunt habere fideiussionem Ragusinorum, quod debeant dare fideiussionem istius Anconitani antiquioris probi viri qui videtur, et aliorum Anchonitanorum qui sunt hic, et de illa fideiussione quam dabunt, debeant fieri noticia isti consilio, si voluerint dare fideiussionem aut non, priusquam dicte mercancie restituantur. *Capt. per* xviii.

In minori consilio. Prima pars est de donando Marino scribano sclavico, pro labore quem habet ad scribendum et bullandum homines euntes extra Ragusium, iperperos decem.

Die v marcii. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de dimictendo extrahi staria xii olei pro fratribus Bossine. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod fideiussio facta ab Anchonitanis stat bene, et quod restituantur eis mercaciones, facendo nobis quietacionem, finem et remissionem generalem de omnibus. *Capt. per* xxi.

Prima pars est de dando Mainardo de Francavilla istud terciarolum, quod habet nostrum comune, et de solvendo sibi illud, quod minus valet istud terciarolum quare suum, quod est in Apulia; et si voluerit, quod debeat expectare suum terciarolum. *Capt. per* xii.

Prima pars est de solvendo ei precium seu valorem sui terciaroli, quod est in Apulia *(cassum).*

Prima pars est de affrancando Franchum de Manfredonia cum barcha sua et suis litteris. *Capt. per* xx.

Prima pars est dimictendo Marcutium cum bona custodia ut inveniat sibi fideiussionem. *Capt. per* xxi.

Prima pars est de expediendo lignum nostrum armatum pro mictendo ipsum ad partes Orientis. *Capt. per* xx.

Prima pars est de mictendo nostrum lignum intro ad culphum Cathari in reditu de Budua. *Capt. per* xv.

In minori consilio. Prima pars est, quod nostrum comune solvere debeat expensas factas pro exhonerando bombice navette, et pro custodiendo dictam navettam. Et quod pro honerando dictam bombicem et pro eo, quod sunt corrosa coria, que sunt in dicta navetta, nichil solvere debeat nostrum comune.

Die viii marcii. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de stando ad extimacionem factam per Antonium de Ancona de terçarolo Maynardi, quod habemus in Apulia. *Capt. per* xviiii.

Prima pars est de mittendo armate Januensium illos duos Siculos qui sunt in carcere, per barcam nostram armatam, que vadit Tragurium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dimittendo de carceribus illos duos Januenses, qui stant in carcere propter homicidium. *Capt. per* xvi.

Prima pars est de dimittendo ire dictos Januenses per primam barcam que ibit per viam Duracii. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo ad salem iperp. c. pro dando conçam nostre galee que debet ire cum armata. *Capt. per omnes.*

Die viiii marcii. Stiepan Ossilich, per dominum rectorem ser Junium de Sorgo, et (per) ser Andream quondam Dobre de Binçola et ser Martholum de Thodisio capitaneos, fuit assumptus in portarium porte que est prope campanas. Qui iuravit fideliter custodire.

In minori consilio. Ser Marinus de Bona et ser Çive de Volçe facti fuerunt ad querendum et inveniendum pecuniam prò emendo blado pro nostro comuni.

Die x marcii. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de faciendo graciam Sugno socio Bolleslavi spatarii, quod possit ire in Çentam pro recuperandis suis rebus, et quod possit stare in dicto itinere duobus mensibus. *Capt. per* xxi.

Prima pars est de dando libertatem parvo consilio de dando expedicionem et provisionem presbitero Petro Caputapis pro itinere et mansione quam fecit in curia Romana pro monasterio La Cromonense. *Capt. per* xv.

Prima pars est de deliberando in isto consilio super facto Anchonitanorum, qualiter debent tractari deinceps per nos, mercando nobiscum. *Capt. per* xiiii.

In minori consilio. Prima pars est de respondendo oretenus Anchonitanis pro facto declaracionis nostrarum dohanarum de eorum mercanciis, quia volunt scire a nobis que pacta inter nostrum comune et comune eorum facta, sunt expirata, prout ipsi sciunt; et quia intelleximus, quod ipsi faciunt solvi in eorum civitate nostratibus unum et quartum pro c in immissione mercanciarum, et tantundem in extractione, simili modo volumus tractare per nunc illos, et si pro tempore futuro augebunt plus vel minus nostratibus eorum dohanas, simili modo et nos ipsis faciemus.

Magistro Francisco pavesario facta fuit gracia, quod possit vendere Anconitanis pavesia sex.

Die xi marcii. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de retinendo captivos venetos qui venerunt cum isto navigio Nicolai de Malfo, et reliquos forenses liberare. *Capt. per omnes.*

In consilio minori. Prima pars est de dando libertatem domino rectori et duobus capitaneis ad dividendum buttirum, quod decepit ser Marinus de Benessa cum ligno, prout ipsis videbitur, non dando aliquid comito et supracomito, neque illis qui iverunt sub coboperta in bello.

Ser Junius de Grede, ser Marinus de Bona, ser Martholus de Thodisio facti fuerunt ad inveniendum modos habiliores quos poterint per quos possint dimitti de nostris mercatoribus Brundusium, et aducendum ad consilium rogatorum.

Die xiii marcii. In consilio rogatorum *ball.* xxv. Prima pars est de mictendo galeam cum barchis contra Catharum. *Capt. per* xxi.

Prima pars est de mictendo galeam triginta banchorum. — *Capt. per* xxiii.

Prima pars est de mictendo barchas viii cum dicta galea. — *Capt. per* xv.

Prima pars est de dando de tabulis pro imbarbottando duas barchas. *Capt. per* xx.

Prima pars est de mictendo unum nobilem capitaneum sine consiliariis nobilibus. *Capt. per* xxi.

Capitaneus galee: ser Stephanus de Sorgo *ball.* xxiiii, remansit et iuravit.

Prima pars est de faciendo custodire portas civitatis, ut nescient novum de nostra armata. *Capt. per* xxiii.

Ad custodiendum portas civitatis: Ser Marinus de Bodaça, ser Michael de Martinussio, ser Valchus de Resti, ser Jacobus de Gondola, ser Çive de Poça, ser Çuro de Volçe.

Ad expediendum gentem armate: Ser Nicolaus Marini de Mençe, ser Petrus de Saracha, ser Stephanus de Lucar, ser Jacobus de Prodanello.

Prima pars est de dando in commissionem ser Stephano capitanio, quod vadat ad nostram armatam usque sub Catharum, et cum suo salvamento debeat inde auffere et de omni alio loco, omnia navigia Catharenorum que poterit reperire, et mittere per barchas in Ragusium; et navigia que non poterit aufferre, quod debeat comburrere. Et si audiverit armatam Catharenorum egressam fuisse de culpho Cathari, vadat prosecutum et captum dictam armatam. Et tamen si audiverit armatam fuisse egressam de Catharo, quod si non exeundo de culpho Cathari debeat ire cum galea usque Dulcinium, si sibi videbitur, capiendo navigia nostrorum inimicorum, et alia navigia que inveniet cum grassia, et assecurando nostras barchas; et debeat redire in Ragusium semper cum sua discrecione, faciendo quicquid sibi videbitur in premissis. *Capt. per* xxii.

Die xiii marcii. Nuy Junio de Sorgo, rector de Ragusa, cum lo consello de li pregadi della dicta terra, cometemo a ty Stephano de Sorgo, nobile e amado nostro çitadino, che al nome de Dio e de messer lo san Blazio, nostro confalonier, debie andar capitanio de la nostra armada de la galia et del . . .

Et debie andar cum la gracia de Dio sforçatamente fin al porto avanti la çitade de Chataro. Et debie pillar cum tuo salvamento, chomo mellor te parera, et toller tuti li navily grandi e piçoli che trovaray de li Catharini nostri inimisi et mandar a Ragusa. Et quelli navili che non porrai mandar a Ragusa, e tu li debi far abrusar.

Et exando da lo gulfo de Catharo, se ti parera, lassamo in tua discretion, che possi navigar per la rivera, discorando fin a Dulcigno, per assecurar le nostre barche, e per pillar navily de nostri inimisi, e çaschuni altri navily, che portasse grasso et condur a Ragusa.

Et se haverai novella, che fosse exida armada de Catharini da fuora de lor gulfo, e tu debi perseguir e pillar cum la gracia de Dio la dicta armada de li Catharini, aço che sia laudo de lo nostro comun e laudo de la tua persona; et chussi speremo ca tu farai.

Et perço ca ad questi fatti non se po dar commission ad plen de quello, che po acurrere, et nuy havemo ferma sperança de la vostra discrecion, ca vuy, sicho savio et pro çentil homo, ve reçeri in questi servisii, chomo fara mistiero, perço, segondo le novelle che havere e chasi chi

ocurera sovra le dite cose, debie far chomo mellor parera alla tua discrecion, che sia honor del nostro comun, laudo et conservamento vostro e de la vostra brigada; spavento e teror de li nostri inimisi.

Lett. Comm. Lev. 1361—80 fol. 118.

Die xiiii marcii. In consilio rogatorum *ball.* xxvi. Prima pars est de non mictendo barchas armatas plures ad galeam nostram armatam. *Capt. per* xx.

Prima pars est de induciando super facto coche Anchonitanorum. *Capt. per* xiiii.

Prima pars est de induciando usque ad diem Jovis prox. fut. *Capt. per* xv.

Die xv marcii. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de induciando super facto partis capte de Cathalano usque ad diem Jovis prox. fut. *Capt. per* xii.

Prima pars est de dimittendo venire ad conventum predicatorum Ragusii fratrem Andream de Durachio cum uno suo socio. — *Captum per* xviii.

Die xvi marcii. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima pars est de scribendo ser Stephano de Sorgo capitaneo nostre armate, quod veniendo in Çaniç, statim debeat venire cum tota armata in Ragusium, et veniendo debeat intromittere si invenerit omnia navigia inimicorum etc *(sic)* et si invenerit navigia amicorum cum grassia, similiter debeat illa intromittere et conducere in Ragusium, et applicando ad portum Ragusii non debeat ponere scalas nec dimictere aliquem descendere in terra sine licencia istius consilii. *Capt. per omnes.*

Die xvii marcii. In consilio rogatorum *ball.* xxvii. Prima pars est de non interrogando alios pro facto cocche de Ancona pro sua liberacione, set deliberando nos. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de affranchando cocham Anchonitanorum cum omnibus rebus illorum reservando pro nostro comuni omnia iura que habent Veneti in illam, videlicet imprestita et cambia, et aufferendo arma illorum in emptione. *Capt. per* xviiii.

Prima pars est de retinendo dictam cocham pro nostro comuni, et non affranchando illam ex eo, quod omnes lucrati sumus illa propter bonam guerram, propter assecuracionem illi coche factam, et alia iura *(cassum).*

Prima pars est de determinando nunc super facto Leonis Anconitani *(cassum).*

Prima pars est de induciando super facto dicti Leonis, et respondendo ambassiatoribus Anchone, quod respectu antique amicicie que fuit semper et nunc est inter comune Anchone et nostrum, super facto istius vestre coche, non cum debito ordine guerre, set cum benivolencia amicicie per nunc pertransimus, et restituimus vobis dictam cocham, cum suis arnesibus, exceptis armis que sunt nobis necessaria, que pro nobis in

empcione debita *(retinemus)*. Et de facto Leonis respondemus, quod ipsum semper reperimus in mendaciis manifestis per litteras claras, que reperimus et habemus de mercatoribus dicte cocche et eius nauliçamento, et propterea oportebit ipsum omnino dicere veritatem, quia aliter non intendimus affrancare ipsum. *Capt. per* xxiii.

Prima pars est de inferando Leonem et aufferendo sibi arma. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de induciando super facto Petri Doy Cathalani. *Capt. per* xvii.

In minori consilio. Ser Blasius de Sorgo, ser Clemens Marini de Goçe, ser Nicolaus Marini de Mençe fuerunt facti extimatores navigii ser Marini Junii de Mençe, quod debet ire in Apulia.

Die xviiii marcii. In minori consilio. Prima pars est de dando Chunçio cornamuse theotonico pro uno anno de salario ducat. triginta cum condictione, quod teneatur servire nostro comune de sua arte, et quod stare debeat sicut alii famuli regis coram domino rectore ad faciendum servicia comunis.

In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de affrancando Nicolaum de Malfa cum suo navigio onerato arançiorum, dimictendo hic carnes sallitas quas habet. *Capt. per* xx.

Prima pars est de dimictendo dictum Nicolaum cum dicto suo navigio, cum ista condictione, quod det fideiussionem vel ipse remaneat hic personaliter, quod dictum navigium non vadat ad aliquem locum inimicorum nostrorum, set vadat alio quocunque voluerit, et hoc debeat probare per litteras autenticas illarum civitatum ad quas ibit, vel per publica instrumenta. *Capt. per* xviiii.

Prima pars est, quod debeat ire solumodo ad terras subgettas domino nostro regi Hungarie, dando fideiussionem prefatam *(cassum)*.

Prima pars est de dimictendo per duos dies ire ad solacium Marinum de Buchia, Martinussium de Sorgo, Michocium de Resti, Nixa de Georgio, Heliam de Saracha, et Conberchum Chilloresa, quod vadant in Chanale. *Capt. per* xviiii.

Prima pars est de dimictendo actrahi in Arsenatum unum vel duo navigia, si locus fuerit capax per tepseram. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mictendo armatam pro assecuracione nostrarum barcharum. *Capt. per* xvii.

Prima pars est de mictendo due barchas in bandis. *Capt. per* xi.

Prima pars est de mictendo homines barcharum cum salario. *Capt. per* xx.

Prima pars est de dando cuilibet ituro cum dictis barchis gross. i in die et panaticam. *Capt. per* xviii.

In minori consilio. Prima pars est de accipiendo in empcionem assartiam quondam Pauli de Baraba necessaria nostro comuni.

Ser Valchus de Resti, ser Johannes Mathei de Mençe facti ad faciendum fieri bandas barcarum iturarum pro assecuracione nostrorum navigiorum que venient de Vriego.

Ser Jacobus de Prodanello, ser Stephanus de Lucari facti ad dandum ordinem navigiorum adtrahendorum ad arsanatum.

Ser Nicolaus de Gondola, ser Nicolaus Marini de Mençe, ser Blasius de Sorgo ad inveniendum pecuniam necessariam pro faciendo solucionem stipendiariis Stagni.

In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de mittendo lignum armatum ad soldum pro securando nostras barchas que conducunt frumentum. *Capt. per* xiii.

Prima pars est de mittendo in dicto ligno homines trium insularum, videlicet x Calamote, x insule de Medio, et xx Çupane. — *Captum per omnes.*

In minori consilio. Ser Simon de Bona fuit ellectus et factus supracomitus dicti ligni.

Die xx marcii. Ser Valcus de Resti in minori consilio fuit factus supracomitus nostri ligni armati.

Paulus de Maçadauro fuit factus comitus dicti ligni.

Die xxi marcii. In consilio rogatorum *ball.* xxiiii. Prima pars est de facieudo venire in Ragusium nostros insulanos. — *Captum per omnes.*

Die xxii marcii. In consilio rogatorum *ball.* xxiiii. Prima pars est de scribendo domino bano Dalmacie, quod mictat nobis auxilium gentis in Stagnum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mictendo ad Crassoe, quod mictat nobis auxilium gentis ad Stagnum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod parvus consilius expediat et mictat litteras dicto domino bano et comiti Chelmi, et mictat Tverdath, et faciat omnia et singula in premissis, quod istud consilium facere posset. — *Capt. per omnes.*

Die xxvi marcii. In consilio rogatorum *ball.* xxvii. Prima pars est de portando ad maius consilium negocium tributi domini nostri regis quod nobis petit ser Petrus de Gondola per vigorem expeditorie quam ipse habet a dicto domino nostro rege. *Capt. per* xxv.

Die xxvii marcii. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de recipiendo illos tres siculos cum eorum navigio ab istis Januensibus; et tenendo illos prout ipsi ordinabunt nobis. *Capt. per* xviiii.

Prima pars est de accipiendo unam cartam a capitaneo istarum galearum Januensium, quam scribit Durachinis. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de mutando officiales ad suprastandum ad laborerium fossi. *Capt. per* xiiii.

In minori consilio. Ser Andreas de Volçe, ser Petrus de Benessa (*loco eiusdem* ser Andreas de Mençe die xiii Aprilis). Ser Marinus de Ragnina, ser Matheus de Grube de Mençe, fuerunt facti officiales ad faciendum cavari fossatum.

DIE ULTIMO MARCII. In consilio rogatorum *ball.* XXI. Prima pars est de faciendo stare in carcere nostros insulanos, qui non obediverunt ad veniendum in Ragusium, per dies VIII. *Capt. per* XI.

DIE PRIMO APRILIS. In consilio rogatorum *ball.* XXVI. Prim pars est de respondendo ambassiatori domini bani Dalmacie, quod mittat dominus banus pro galea, quia nos illam sibi dabimus sine barchis prout est. *Capt. per* XXI.

Prima pars est, quod parvum consilium debeat respondere ambassiatori domini bani Dalmacie, per modum qui fuit hic arrengatus. *Capt. per omnes.*

DIE II APRILIS. In consilio rogatorum *ball.* XXI. Prima pars est de dimittendo ire ser Demetrium de Benessa ad dominum regem Rassie et Bossine. *Capt. per* XVII.

Prima pars est, quod dictus ser Demetrius debeat redire in Ragusium incipiendo a die qua recedet de Ragusio, usque ad duos menses proxime futuros. *Capt. per* XIII.

Prima pars est de non mictendo per nunc Radoslavum Zimbich ad Crassoe Casneç. *Capt. per* XXII.

Prima pars est de faciendo fieri de biscotto. *Capt. per* XX.

Prima pars est de faciendo fieri staria IIIC. *Capt.* XIII.

Prima pars est de affrancando navigium Duracenorum cum suo onere vini. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de assignando lucrum çecche pro laborerio verettonorum et ferrorum lancearum. *Capt. per* XXII.

DIE XII APRILIS. In consilio rogatorum *ball.* XXI. Prima pars est, quod noster Syndicus (in Barolo) infra terminum octo dierum debeat vendere omnes mercancias quas habet ibi, pro omni precio quo poterunt vendi; et quod intra predictum terminum solvere debeat omnibus quibus tenetur ibi dare. Deinde statim infra dictum terminum cum residuo debeat intrare in nostram barcham armatam que est ibi, et debeat venire cum dicta barca Ragusium. Et quod nostrum frumentum, quod ibi habemus, debeat ponere in una bona fovea, et recomendare ipsum frumentum consulo comunis Janue, qui est ibi Baroli, per mensuram, donec nos scribemus dicto consulo, quod erit facturus de dicto nostro frumento. *Capt. per* XVIII.

DIE XIII APRILIS. In consilio rogatorum *ball.* XX. Prima pars est de non faciendo per nunc venire ad defensionem Stagni gentem de Chelmo. *Capt. per* XVIIII.

Prima pars est de emendo in Apulia a commissario Januensium in Barolo seu aliis miliaria sex assarcie. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo Giucho de Sebicchina, ut de omnibus denariis qui sibi superfuerint, debeat emere de assarcia, et illam dimictere commissario Januensium in Barolo. *Capt. per omnes.*

Die xiiii aprilis. In consilio rogatorum *ball.* xxv. Prima pars est de dimittendo ire de Ragusio aliquos nostros mercatores. — *Capt. per* xxii.

Prima pars est de permittendo ire extra Ragusium terciam partem mercatorum lxxx qui sunt scripti. *Capt. per* xvii.

Prima pars est, quod mercatores qui dimictentur ire de Ragusio, si ibunt in Srebemiça seu ad villam sancti Demetrii, teneantur redire in Ragusium, infra duos menses prox. futuros, a die quo recedent de Ragusio, sub pena consueta, et in locis circapositis incipiendo a Sreberniça usque in dictam villam sancti Demetrii. *Capt. per* xxiii.

Prima pars est, quod mercatores qui ibunt per alia loca Bossine debeant redire in Ragusium infra mensem unum et dimidium, incipiendo a die quo recedent sub pena consueta. *Capt. per* xxi.

Prima pars est, quod mercatores qui dimictentur ire in Novum Montem et Pech et Presrenum debeant redire infra duos menses modo predicto. *Capt. per* xxv.

Prima pars est, quod mercatores qui dimictentur ire in Çenta, debeant redire in Ragusium modo predicto infra unum mensem cum dimidio. — *Capt. per* xiii.

Prima pars est, quod illa tercia pars mercatorum que dimictetur de Ragusio intelligatur de quolibet loco tercia pars. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod illi mercatores quibus veniet sors dimictendi, debeant recedere de Ragusio post dictam sortem sibi eventam, infra dies x prox. fut.; et si non recesserint, quod non dimictantur. — *Captum per* xiii.

Prima pars est de mictendo pro gente nostra que debeat ire cum nostra galea armada. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo barari galeam domini nostri regis in mare, et de faciendo aptari nostram galeam que debet armari. *Capt. per omnes.*

In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de faciendo sex dominos de die omni mense, qui habeant omnem libertatem solumodo de die usque ad terciam campanam: quam libertatem habeant domini de nocte tempore pacis. Excepto quod non debent habere aliquid soldum, nec debent habere dictam custodiam de nocte, sed solum de die, usque ad terciam campanam, ut prefertur. *Capt. per omnes.*

Die xv aprilis. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima pars est de mictendo nostrum lignum armatum pro faciendo venire Ragusium frumentum Duracinorum, quod vadit Catharum. *Capt. per* xiiii.

Prima pars est, quod dictum lignum possit ire usque ad Dulcinium citra. *Capt. per* xxi.

Prima pars est, quod dictum lignum armatum possit stare in toto dicto itinere, diebus octo. *Capt. per* xvii.

Prima pars est de mictendo nos excusando domino Luciano capitaneo armate Januensium a vendicione navigii, et mercium Siculorum que venerunt Ragusium, de mandato quinque galearum Januensium que fuerunt in Apulia. *Capt. per* xx.

Prima pars est de dando libertatem officialibus, quod ipsi possint facere scambium de mercatoribus quibus veniet tessera eundi in viagium, accipiendi pro dicto scambio de dictis mercatoribus unum meliorem. — *Capt. per* xxii.

Prima pars est de dando terminum per totum mensem Madii prox. fut. tribus iudicibus electis, pro determinandis differenciis ser Petri de Gondola, cum tutoribus domini Andree de Gondola fratris sui ad recipiendum vel refutandum eorum iudicium.

In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de mictendo cum nostro ligno armato remiges quinque illorum de Çuppana qui sunt in carcere. *Capt. per omnes.*

Die xvi aprilis. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de mittendo duos nobiles ad ponendum secum Radiç Sencovich. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo Grubçe. quod ipse non dubitet de nobis in aliquo de suis rebus, quas ipse scribit nobis per suas litteras. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mittendo Petrum Doy Catalanum extra Ragusium cum prima barca velit sive nolit *(cassum).*

Prima pars est de permutando dicto Petro carcerem. — *Captum per* xii.

Prima pars est de ponendo dictum Petrum Doy cum Francisco Baldella. *Capt. per* xiiii.

In minori consilio. Prima pars est de solvendo ser Petro de Gondola naulum uno suo equo qui fuit in servicio comunis ambassiate in qua fuit dictus Petrus ad dominum nostrum.

Prima pars est de solvendo Çore de Bochxa naulum sui equi, qui fuit in dicta ambassiata.

Ser Junius de Sorgo et ser Vita de Goçe facti fuerunt ad ponendum se cum Radiçh Sencovich.

Die xviii aprilis. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de concedendo unam bumbardam Balse de Balsa *(cassum).*

Secunda pars est de non concedendo. *Capt. per* xvi.

In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de gambiando nostram galeam que est in arsenatu pro galea domini nostri, et quod dicta galea vadat armata cum gente nostra. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de impegolando solum galea domini nostri, et de defigendo illud, quod comode possit deffigi de tabulatis, que affixa fuerunt per nos. *Capt per* xviii.

In minori consilio. Prima pars est de addendo unum ducatum expensis ser Vite de Goçe, et ser Junio de Sorgo ituris ad Radich in Curillam.

Die xviiii aprilis. In consilium rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de precipiendo ser Vite de Goçe et ser Junio de Sorgo, quod vadant usque in Curillam ad Radiç Senchovich. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de retinendo barcham Furchi de Barolo donec videbitur consilio parvo, quod non recedat. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando fidem Lagustinis qui fefellerunt de galea et non fuerunt obedientes, quod veniant secure in Ragusium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo tres provisores ad examinandum et providendum super serviciis literarum episcopi Curçulensis. *Capt. per* xx.

In minori consilio. Ser Johannes de Grede, ser Marinus Junii de Mençe, Ser Lucas de Bona fuerunt facti examinatores et provisores super serviciis litterarum dicti episcopi Curçulensis.

In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de mitttendo unam barcam armatam statim supradicti nostri ligni armati, que barcas cum sale Duracinorum debeat facere venire Ragusium. — *Captum per omnes.*

Prima pars est, quod dominus rector cum duobus capitaneis possint dimittere barcas volentes ire pro frumento, cum illo ordine qui eis videbitur. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de concedendo Radço Sençovich staria v frumenti, pro suis denariis. *Capt. per omnes.*

Die xxii aprilis. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de distribuendo de frumento comunis staria mvc. *Capt. per* xiii.

Prima pars est, quod dictum frumentum debeat distribui a septem stariis et infra, et a medio stario supra pro quolibet patre familias. *Capt. per* xiiii.

Prima pars est de signando dictum frumentum distribuendum in çedulis illorum quibus dabitur. *Capt. per* xiii.

In minori consilio. Ser Nicolaus Marini de Mençe, ser Junius de Sorgo et ser Andreas de Sorgo facti fuerunt taxatores et distributores frumenti comuni distribuendi.

In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de mictendo pro intromictendo barchas Durachinorum que vadunt cum sale in Catharum. *Capt. per* xv.

Prima pars est de mictendo nostrum lignum. *Capt. per* xi.

Prima pars est de mictendo unum nobilem cum dicto ligno armato. *Capt. per* xiii.

Prima pars est, quod iste nobilis iturus cum ligno et ser Valchus de Restis ambo sint capetanii. *Capt. per* xviii.

Ser Michael de Bodaça *ball.* x remansit capitaneus ligni.

Prima pars est de faciendo armari dictum lignum ad tercium. *Capt. per omnes.*

Die xxiii aprilis In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de faciendo commissionem ser Michaeli de Babalio et ser Valcho de Resti capitaneis nostre armate, quod per curialem modum quem poterunt debeant capere barchas Duracenorum de quibus dictus Valchus scripsit, et debeat illas conducere in Ragusium; et si invenirent navigia inimi-

corum cum grassia, debeant illam grassiam adducere in Ragusium. Et non vadant ultra Dulcinium pro capiendis barchis predictis; et ipsis captis veniant in Ragusium cum eis. *Capt. per omnes.*

Die xxiiii aprilis. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de tenendo sequestratos denarios et barcas Duracenorum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de retinendo barchas que debeant ire in Vriegum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de deliberando super facto pulveris postulate. *Capt. per* xi.

Prima pars est de dando de pulvere domino regi Rassie et Bossine pro bumbardis. *Capt. per* xiii.

Prima pars est de dando dicto domino regi libras x pulveris. *Capt. per* xv.

Prima pars est de dimittendo ire Dragoe de Benvignuta ad dominum regem Rassie pro factis suis aptandis, et debeat redisse in Ragusium infra dies xv prox. fut. sub pena consueta. *Capt. per* xvii.

Prima pars est de dimictendo ser Martholum de Cathena ire ad dominum regem Rassie, pro aptandis factis suis, stando in itinere usque ad dies xv. *Capt. per* xviii.

Die xxv aprilis. In consilio rogatorum *ball.* xxiiii. Prima pars est de dimittendo unam barcham ire in Durachium pro Pripçe Sextanovich.

Prima pars est de respondendo Dulcinensibus per modum arrengatum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod si suprafuerit aliquid de denariis regis Volcassini, scriptis in sale ultra illos qui sunt scripti, debeat illud dominus rector auferre pro solvendo familiaribus regiminis, tubatoribus et pro faciendo alias expensas. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Ivan Çrepovich fuit factus civis Ragusii, qui iuravit fidelitatem.

Die xxvi aprilis. In consilio rogatorum *ball.* xxx. Prima pars est de faciendo disarmare nostram galeam. *Capt. per* xviiii.

Die xxvii aprilis. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima pars est de dando galeam domini nostri regis capitaneo istarum vi galearum, quod reportet ipsam in Jadram, et de dicendo sibi, quod nostram galeam armabimus et parabimus quam cicius poterimus, et mictemus ipsam in Jadram domino Luciano de Auria capitaneo generali. *Capt. per* xxii.

Ser Valchus de Resti fuit factus armator nostre galee, iuxta ser Jacobum de Prodanello et ser Clementem Marini de Goçe.

Prima pars est de expediendo et mictendo nostram galeam armatam per totum diem sabati prox. fut. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Ser Marinus Petri de Boçignolo, ser Volçe de Babalto, ser Michael de Luchari facti fuerunt officiales ad fulciendum

nostram galeam armandam victualibus necessariis, et vasellis pro vino et aqua.

Die xxviii aprilis. In consilium rogatorum *ball.* xx. Prima pars est, quod nostrum comune debeat accipere de rebus illorum hominum qui fuerunt dati in excambium in galea, et sunt — tantum quantum ipsi habuerunt a comuni et ab illis qui dederunt eos per se in excambium, et soldoniçare alios loco ipsorum. *Capt. per* xviiii.

Prima pars est, de dando libertatem domino rectori et parvo consilio ad muniendum galeam nostram hominibus qui deficiunt, prout ipsis melius videbitur expedire. *Capt. per omnes.*

Capitaneus nostre galee debeat intrare in ipsam et stare die Veneris prox. fut. de mane. *Capt. per* xiii.

Prima pars est de aufferendo de boctino, quod fecit ser Valchus de Resti, pro comuni perperos c et residuum, quod remaneat dicto ser Valcho cum sua comitiva. *Capt. per omnes.*

Prima pars de dando dicto ser Valcho capitaneo partes vi, comito partes iiii, cuilibet balistario partes duas et cuilibet marinario partem unam. *Capt. per omnes.*

Die penultimo aprilis. In minori consilio. Prima pars est de dando nostre galee armate de carnibus porcinis salitis Januensium, quas habemus, libras vic.

Die ultimo aprilis. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de dando plenam libertatem et liberum arbitrium domino rectori et parvo consilio faciendi commissionem ser Nicolao de Gondola supracomito nostre galee, et expediendi ipsam hodie, et omnia alia in premissis faciendi que istud consilium rogatorum facere posset. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando de armis cocche nostre, sopracomito nostre galee. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de addendo balistas x de supra nostre galee. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de ponendo penam ducatorum c, supràcomito nostre galee, ut hodie per totum diem debeat recedere de portu Ragusii, ad prosequendum suum iter. *Capt. per omnes.*

Mensis ultimo aprilis. Indicio ii. Commissio ser Nicolai de Gondola capitanei nostre galee armate, que vadit ad armatam.

Nuy Andrea de Sorgo rector de Ragusa, cum lo consello delli pregadi, per autoritade a nuy data dal gran consello, cometemo a ty Nicola de Gondola, nostro honorado çitadino, che al nome de Dio e de messer san Blasio nostro defensor, debie andar sovracomito de la nostra galea armada.

Et debie andar cum la dita galia lo piu tosto chi porai cum tuo salvamento alla çitade de Zara. Et portando te de Ragusa debi spiar et saver sempre, chomo mellior ti parera et porai, de novelle de la armada de li Veneciani e de li Çenoisi. Et chomo mellio ti parera, per maçor

tua sigurtade, debi andar la via dentro de la Faria over defuora, chomo mellor ti parera, et açonçando a Spalato, saverai a Spalato certe novelle.

Et segondo le novelle che haveray tanto a Spalato, quanto a çaschuno altro luogo, de la dita armada de li Veneciani, chusi ti debi reçer ad andar a Zara over a scampar e salvar te, se chaso avignise, che Dio cesse, al porto di Sibenicho, over a Scardona, over in altro luogo e porto de salvamento, dove mellor saverai et porai. Et çonçando a quello luogo che te salverai, de presente debi scriver a messer lo bano e a messer lo capitano de la armada de li Çenovesi in Zara per terra, dando lor a saver in che luogo si açonto, e che lor piase de ordinar e chomandar de la tua andata cum salvamento a Zara.

Et çonçando in salvamento cum la galia in Zara, te debi presentar primeramente a messer lo bano Nikola Seec, et despuoy a messer Luciano de Auria capitanio general. Et façando lor lo saludo da parte nostra e de tuta la terra, cum quella reverencia et ornade parole che se convien, lor debie presentar le nostre littere de credença. Et debie dir tanto a messer lo bano, quanto a messer Luciano: Avegna ca lo nostro signor natural, messer lo re de Hungaria habia chomandato per suoi litteri alli suoi fideli de Ragusa, che debia dar una lor galia armada cum la armada de le galie de li Çenovesi, in honor et servisio de detto messer lo re, et dando et offensione de li Veneciani suoi e nostri inimisi; niente men cha lo capitanio de le sei galie de Çenovesi, che fo novamente a Ragusa, vegnese per parte vostra la dita galia de Ragusa, digando cose de gran necessita, per voler andar contra li nostri inimisi; perço li çintili homini e lo comun de Ragusa vostri servidori, per comandamento dello dito nostro signor messer lo re, et vostro, viaçamente quanto elli ha posudo mando me cum questa galea armada a l' honor e al servisio de lo dito nostro signor messer lo re, cum quello ordine chomandamento, che mi dara la vostra magnificencia. Et perço quello che vi piase de chomandar io so aparichiado de obedir.

Et debie lor dir ca nuy pregasimo, per parte de dito messer lo ban lo capitanio de le dite cinque galie che li piasese de toller de Ragusa e far menar in Zara lo corpo de la galea de dicto messer lo re, et ello se schuso, ca non lo podea far; e perço, quando lor piase, manda a toller lo dito corpo de la galia regal, ca de presente lor sara data.

Et non te debi partir de li chomandamenti de diti messer lo ban e de messer Luciano capitanio general, sença nostro special chomandamento.

Et de presente chomo açonçerai in Zara, over se non porai andar in Zara cum segurtade a quello luogo, chi tu te salvarai cum la galia, statim ne debi scriver per lo coriero chi parte cum ti, significandone in che luogo sarai açonto cum la galia et de amene novelle che saverai.

Et se alguna chosa farà misteri alla chyurma de la galia, e tu debi spender de li duxento ducati, che ti havemo dato, tute le spiese che sara bisognose.

Et volemo che debi dar a çaschuno homo de la nostra galia omne di onze diece e otto de pan, duy pranci de carne, duy de fave, çaschuna

setimana, e tre fiade la septimana onze tre de chaso per çaschuno. Et delo vino lassamo in tua descrecion.

Lett. Comm. Lev. 3659—80. fol. 118.

Die ii madii. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de dimictendo insulanos nostros sive eorum familiam ire laboratum ad insulas. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dimictendo Lagustinos cum Lauriça de Siruga ire in Lagustam. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et duobus capitaneis, quod possint dimictere de Ragusio ad suum districtum et extra districtum, quoslibet qui sibi videbuntur ut redeant infra tres dies prox. fut. in Ragusium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de torquendo Daboe Dedaliça *(cassum).*

Secunda pars est de non torquendo illum. *Capt. per* xii.

Prima pars est de precipiendo patronis duorum meliorum navigiorum qui sunt in portu Ragusii, quod illa duo navigia adtrahant ad arsenatum. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de faciendo aptari nostrum lignetum. *Captum per omnes.*

Die iii madii. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima pars est de deliberando nunc super facto ligni mittendi per viam Levantis. *Capt. per* xvi.

Prima pars est de retinendo navigia Duracenorum. *Capt. per* xv.

Prima pars est de mictendo litteram Duracenis per barcham nostram, et illam Duracenorum. *Capt. per* xxii.

Prima pars est, quod libertatem parvo consilio ad dictandum dictas barchas. *Capt. per omnes.*

Die iiii madii. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de dimittendo abire de Ragusio Ostoyam mercatorem de Subvissocho per duos menses, stando in itinere sub pena consueta. *Capt. per* xx.

Prima pars est de affrancando ortulanum abbatisse de Catharo, et hominem Johannis de Bucchia qui sunt in carcere, cum condictione, quod si venerunt in ista guerra in Ragusium vel ad suum districtum eruatur cuilibet eorum unus oculus. *Capt. per* xviii.

In minori consilio. Pribilo percusso sub Catharo in galea, in qua fuit capitaneus Stephanus de Sorgo, captum fuit de dando de havere comunis perp. x.

Die v dicti mensis. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de respondendo domino regi Rassie et Bossine per litteras super ambassiata presbiteri Marini. *Capt. per* xvii.

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio ad faciendam dictam responsionem. *Capt. per* xviiii.

Die vi madii. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de armando nostrum lignum parvum. *Capt. per* xiii.

Prima pars est de faciendo venire homines LX de remo, de Breno, Ombla et Gravossio pro armando dicto ligno. *Capt. per* XX.

Prima pars est de dando duas barcas de comuni hominibus volentibus ire de voluntate sua cum ipsis ad dampnificandum cum dicto ligno Catharenses nostros inimicos. *Capt. per* XIIII.

Ser Çive de Poça *ball.* XIII remansit supracomitus dicti ligni.

DIE VI MADII. Commissio ser Çive de Poça supracomiti nostri ligni armati.

Nuy Marin de Bodaça rector de Ragusa, iudesi et consiliari de la dita terra, per auctoritade a nuy data dal gran consello, cometemo a ty Çive de Poça nostro honorado çitadino, che al nome de Dio et de misser san Blasio nostro defensor, debi andar per parte nostra et de tuta la terra sovracomite de lo nostro ligno armado.

Et debi discorrer cum lo dito ligno armado questa nostra riviera in fin al Dulçigno, et in la, se te parera, circha milli VI, dampnificando li Veneçiani et li Catharini nostri inimisi, pillando le lor barche, merchadancie, homeni et chose.

E quelle barche che pillarai, debile mandar in tua força o condur a Ragusa, se lo porai far. E se non le porai mandar, nè condur, e tu le debi brusar.

Et in tuto lo dito viaço volemo che debi star lo pluy tardi die otto et mancho, quanto a ty parera, per tuo salvamento e de la tua compania.

E debi andar domandando, spiando de novelle destramente per tuo avisamento e per salvamento tuo et de la brigada, chomo mello te parera aço che si mello avisado a far li servisii per li quali tu vay.

Lett. Com. Lev. 1359—80. fol. 119.

DIE VIII MADII. In consilio rogatorum *ball.* XX. Prima pars est de mittendo quatuor alias barcas cum duabus supradictis pro dampnificandis Catharensibus *(cassum).*

Prima pars est de non mictendo dictas barcas. *Capt. per* XI.

Prima pars est de addendo unam terciam barcam duabus supradictis, quod vadat cum ligno nostro armato, quod est extra, ad dampnificandum Catharenses. *Capt. per* XX.

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et duobus capitaneis et Stephano de Sorgo, de expediendo dictas tres barcas.

DIE VIIII MADII. In minori consilio. Helias et Janis sonatores theotonici confirmati fuerunt, pro uno anno cum pactis et salario consuetis. —

DIE XI MADII. In consilio rogatorum *ball.* XXI. Prima pars est de precipiendo capitaneo nostri ligni, quod debeat ire cum ligno et facere secundum suam commissionem et non debeat venire in Ragusium sine nostra licencia. *Capt. per* XX.

DIE XIII DICTI MENSIS. In consilio rogatorum *ball.* XXIIII. Prima pars est de mictendo Catharum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mictendo Catharum unum Catharensem nostrum civem *(cassum).*

Pima pars est de mictendo duos Catharenses nostros cives. *Capt. per* xv.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio ad dandum commissionem dictis duobus Catharensibus. *Capt. per omnes.*

Die xiii madii. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de dimictendo unam barcham ire in Durachium pro aducendo inde Pripçe Sextanovich cum suis rebus. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, ad respondendum ambassiatoribus domini regis Rassie et Bossine, super verbis que dixerunt usque nunc prout eis melius videbitur, ut fuit hic arrengatum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo donum nuncio domini bani Dalmacie, qui aduxit bona nova domini bani Dalmacie. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo sibi donum ducatorum lii. — *Captum per* xviii.

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, ad respondendum nuncio domini bani Dalmacie. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Ser Michael Nicoliçe de Martinussio et ser Nicolaus Marini de Mençe facti fuerunt ad emendum donum fiendum nuncio domini bani Dalmacie et Croacie.

Die xvi madii. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de dimittendo ser Vita de Goçe ire ad dominum banum Dalmacie. *Capt. per* xiii.

Prima pars est de affrancando nostros mercatores de Narento de custodia Stagni, cum condicione quod vadant in Narentum, vel veniant in Ragusium et non alio. *Capt. per omnes.*

Die xvii madii. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima pars est de dimictendo ser Demitrium de Benessa ire ad dominum regem Bossine et Rassie. *Capt. per* xxii.

Prima pars est de dimictendo ipsum per duos menses prox. fut. — *Capt. per* xvi.

Prima pars est de denegando domino regi Rassie et Bossine peticionem quam nobis fecit per suos ambassiatores, ad parcendum ser Dobre de Chalich. *Capt. per* xxi.

Prima pars est de ponendo penam Dobre de Chalich. — *Captum per* xv.

Prima pars est de ponendo penam dicto Dobre sub pena amictendi omnia bona sua, ut dominus rex Rassie et Bossine nunquam scribat vel mictat dicendo nobis ad suam peticionem, ut dimictatur sibi pena oculi ad quam est condempnatus. *Capt. per* xiiii.

(Die xxiii Madii. Preco Radoslavich et Petchus Çivevich cursores iurati coram domino rectore ser Marino de Bodacia et iuratis iudicibus ser Andrea de Binçola et ser Stephano de Luchari, suo sacramento testi-

ficati fuerunt, quod ipsi presentaverunt licteram preçepti in supradicta parte contenti Dobre de Calich, supradicto die xxi presentis mensis in Obodo).

Prima pars est de dando libertatem parvo consilio, ad concedendum Sclavis ad emendum et extrahendum de frumento de Ragusio. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de supplicando domino Padue per nostras litteras, quod debeat mutuare Frederico de Goçe et Gregorio de Chalich canonicis ragusinis studentibus in Padua usque ad summam ducatorum ducentorum et infra, prout indigebunt expensis, quia nos solvemus ei; habendo nostrum comune securitatem a consanguineis dictorum canonicorum. *Capt. per omnes.*

(Die xx Madii ser Clemens Marini de Goçe et ser Marinus de Chalich constituerunt se fideiussores coram domino rectore ser Marino de Bodaça ad solvendum comuni Ragusii prefatos ducatos ııc, dandos a domino Padue Frederico et Gregorio canonicis predictis).

Die xvii madii. In consilio rogatorum *ball.* xxiiii. Prima pars est de dando libertatem parvo consilio respondendi ambassiatoribus domini regis Bosne sicut fuit arrengatum, videlicet super facto Cathari. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de denegando barcam quam petunt dicti ambassatores a nobis. *Capt. per* xxiii.

Prima pars est de dando libertatem parvo consilio, de respondendo ambassiatoribus domini regis Rassie super facto nostrorum mercatorum comorancium in Sreberniça et in Bosna, sicut melius dicto consilio videbitur.

Die xviii madii. In consilio rogatorum *ball.* xxiiii. Prima pars est de mictendo ad Catharinos unum nostrum cursorem cum una barcha cum nostra littera, ad sciendum de ipsorum intencione. *Capt. per* xvii.

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, ad faciendum scribi et dictari dictam litteram. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Ser Michael Nicoliçe de Martinussio et ser Nicolaus Marini de Mençe fuerunt electi, ad inquirendum navigium et disenciendum si sint ibi littere seu alia pertinencia ad nostros inimicos.

Die xviiii madii. In consilio rogatorum *ball.* xxiiii. Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio; ad mictendum unam barcham armatam in Jadra cum novis que habemus de Apulia. *Capt. per omnes.*

Die xx madii. In consilio rogatorum *ball.* xxv. Prima pars est de requirendo capitaneum istarum quatuor galearum Januensium, que sunt modo in portu Ragusii, super facto Cathari. *Capt. per* xv.

Prima pars est de dicendo capitaneo Januensium causam de facto Cathari. *Capt. per* xviiii

Die xxi madii. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de non dimittendo mercatores nostros neque mercancias ire ad forum Trani. *Capt. per* xiii.

Die xxii madii. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima pars est de faciendo reverti lignum nostrum armatum ad custodiam, ne offendantur nostre barche venientes de Vriego. *Capt. per* xxi.

Prima pars est de prorogando terminum Domagne de Dvornich per totum mensem Julii proxime venturi, quod possit stare extra Ragusium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando libertatem parvo consilio, ad faciendum duos qui debeant inquirere de habere Catharensium, quod est in Ragusio, et inducant ad istud consilium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, ad scribendum domino bano Dalmacie et Croacie de facto Cathari. *Capt. per* xxii.

In minori consilio. Ser Stephano de Sorgo et ser Marinus de Sorgo fuerunt facti ad inquirendum bona mobilia que sunt in Ragusio, et notificandum; videlicet bona Catharensium.

Die xxiii madii. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de non corrigendo illos qui locuti sunt contra consilia rogatorum hactenus *(cassum).*

Prima pars est de corrigendo illos. *Capt. per* xvi.

Prima pars est de corrigendo omnes obliquos repertos et reperiendos *(cassum).*

Prima pars est de corrigendo solum Demetrium de Benessa. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de corrigendo illum in consilio rogatorum. — *Capt. per* xvii.

(Die predicto in dicto consilio, dictus Demetrius fuit redargutus et fuit sibi preceptum sub pena ad voluntatem dominii, quod teneat premissa omnia segreta).

Prima pars est de concedendo captivis, quos habemus de Catharo, quod possint tractare, quod tot dimictantur de nostris civibus quos habent captivos in Catharo, quot dimictentur hic a nobis de illis, excepto Junio de Mençe. *Capt. per omnes.*

Die xxiiii madii. In consilio rogatorum *ball.* xxv. Prima pars est de dando libertatem domino rectori et sue curie ad torquendum Duracenos si eis videbitur *(cassum).*

Prima pars est de non torquendo illos. *Capt. per* xiiii.

Prima pars est de mictendo dominis bano et capitaneo armate Januensium litteram quam nobis misit capitaneus Cathari. — *Captum per omnes.*

Prima pars est de supra sedendo suprafacto salinarum Cathari et dimictendo ire gentem contra Catharinos per nunc. *Capt. per* xx.

Die xxv madii. In consilio rogatorum *ball.* xxv. Prima pars est de portando ad maius consilium negocium Durachinorum. — *Capt. per* xvi.

Prima pars est de scribendo capitaneo nostri ligni armati, quod debeat stare cum ligno in loco prout sibi scribet dominus rector cum duobus capitaneis guerre. *Capt. per* XVIII.

Prima pars est, quod quicunque conducet Ragusium et ponet in fondicum comunis ad vendendum mileum vel ordeum usque ad Nativitatem Domini prox. vent., habeat a comuni gross. I pro quolibet stario. *Capt. per omnes.*

Bampnitum per Maroe Bumba.

Prima pars est, quod quicumque vult se fulcire blado vel farina, possit fulcire se ipsis pro uno anno, tamen incidendo ei dictum bladum vel farinam in sua cartulina et conducendo ipsam vel facendo ipsam conducere per se vel per alium *etc.*, non habeat a comuni aliquid pro ipsis blado vel farina. *Capt. per* XVI.

Die VII augusti. In consilio rogatorum *ball.* XXIII. Prima pars est de accipiendo mutuo pro nostro comuni usque ad summam ducatorum VC, accipiendo perperos XVIIII$^1/_2$ pro ducatis auri octo, usque ad dictam summam, et de solvendo illi qui mutuabit ipsos, usque ad duos annos prox. vent. *(cassum).*

Prima pars est de accipiendo mutuo dictos ducatos in argento fino ad racionem ducatorum auri octo pro qualibet libra, et de solvendo pro dicto argento mutuanti ipsum per totum presentem mensem Augusti. — *Capt. per* XX.

Prima pars est de dando plenum arbitrium et liberam auctoritatem masariis comunis inveniendi et accipiendi mutuo ducatos auri quingentos supradictos aliquo duorum modorum supradictorum vel alio quocunque modo, sicut ipsis masariis melius et utilitus videbitur. — *Captum per omnes.*

In minori consilio. Ser Andreas quondam Dobre de Binçola, ser Marinus quondam Junii de Mençe et ser Jacobus de Sorgo facti fuerunt ad faciendam commissionem Luce de Negoe sindico comunis eunti in Apuliam et ad inveniendum modum.

Prima pars est de non dando audienciam diacono Domagne de Ribiça, et de tenendo domum ipsius Domagne quam habet ab ecclesia, pro comodo custodie civitatis et de tenendo clavem dicte domus pro comuni: et si dictus Domagna vult inde auferre aliquas suas res, quod possit ipsas aufferre.

Die viii augusti. In consilio rogatorum *ball*, xxi. Prima pars est de confirmando commissionem factam sindico ituro ad partes Apulie pro frumento. *Capt. per* xviii.

Die viii augusti. Copia commissionis facte Luce de Negoe, sindico in Apulia.

Nuy Michel de Martinusso rector de Ragusa, cum lo consello de li pregadi, per autoritade a nuy data da lo gran consello, cometemo a ty Luca de Niegoe, che al nome de Dio et de misser san Biasio nostro defensor, debie andar sindico per parte nostra et de tuta la nostra comunitade alla çita de Manfredonia.

Et siando in Manfredonia debie saviamente tastar et vider, per quanto porai haver lo centenaro de salme de frumento e condutto in navile per cargar lo barchoso, cum lo qual tu vay; veramente non debi firmar lo merchado.

Et habiando tastado per quanto porai haver lo centenaro de salme in Manfridonia, et tu de presente debi andar cum una barchetta per mar in Barletta et portarai cum ty a Barletta lo argento che haverai, et per lo simile muodo debi tastar et vider in Barletta per quanto porai haver lo centenaro de salme de fromento condutto in navile. Et in quella de queste due çitade de Manfridonia et de Barleta, dove porai haver mellor merchado, et tu debi comparar lo cargo de questo barchoso, cum lo qual tu vay, et quando farai lo merchado et tu debi mostrar lo arçento allo venditor de lo frumento et acordare te cum esso per quanto ti tollera primeramente lo arçento, et chusi farai la compara. Et se non trovassi chi volesse toller arçento per pagamento, et tu venderai lo arçento lo mellor che porai et farai lo pagamento.

Et siando in Barletta, te debi poner et insemblar cum Marcuço de Adam de Barletta, et debi parlar da parte nostra et ordinar cum esso che se Cobello de Florio ne mandara a sue spese et risigo a Ragusa salme duo milia de frumento fin per tuto lo mese de Setembrio primo, chi die vignir, che nuy li pagemo infra termino de vi miesi o de miesi iv, per lo men scomençando chomo reçeveremo lo frumento a rason de gr. xxviii lo staro, se lo frumento valesse mo alla manescha a gr. xxviii lo staro o piu de gr. xxviii et se men valesse; che nuy li pagemo men, çoe a quello presio che mo tu lo poressi haver alla manescha, a denari aparychiadi, et nuy li perdonaremo la pena, alla qual ne chaçudo per la obliga de lo frumento, che non ne de allo termino ordinado intra nuy et lo detto Marcuço suo fator. Et se lo dito Cobello disesse ca non po haver dextro de navili, et nuy li daremo dextro de nostri navili a suo risigo, pagando esso lo nolo rasonevol. Et se alla per fin lo dito Cobello non se contentasse de reçever lo risigo de li navili, et nuy li daremo navili a nostro risigo, ma che esso lor paga lo nolo.

Et habiando tastado tuto quello che porai far cum lo dito Marcuço et Cobello sovra lo fatto delle dite duo milia salme de frumento, che ne dia in credença per lo mudo dito de su, de le quali se el se contentara et tu debi firmar, et se ello non se contentara, habiando da lor la resposta debi saviamente tastar et vider per quanto porai haver lo cente-

naro de le salme de frumento posto in navile, et de orço fin a summa de salme tre milia de frumento et de salme mile de orço, a denari maneschi, et per quanto in credença a termino de vi over de quattro miesi. Et de tuto quello chi farai cum li diti Marcuço et Cobello, et per quanto se pora haver la dita quantitade de frumento et de orço, spaçadamente ne debi scriver per questo navile a Ragusa, lo qual mandarai cargado de frumento, et non te debi partir sença nostro chomandamento.

Lett. Comm. Lev. 1361—80. fol. 125.

Prima pars est de accipiendo mutuo de denariis terrenorum comunis, pro faciendo expensas laboreriorum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio ad providendum Luxe sindico nostro, de uno scribano condecenti. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Ex libertate sibi data a consilio rogatorum, captum fuit de dando de salario Jacobçe Helie caligarii scribano futuro Luxe sindici nostri comunis, ipp. v pro quolibet mense quo stabit in servicio comunis, et de dando dicto Luxe omni die unum grossum pro expensis quas sibi faciet gustus *(sic).* —

Die xi augusti. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima pars est de induciando super facto literarum capitanei Cathari captarum, que nunc fuerunt lecte. *Capt. per* xxii.

Prima pars est de expediendo nostrum barchosium, quod vadat isto sero in Apulia, si non apparebit aliquid contrarium signum. — *Capt. per* xxii.

Prima pars est de eligendo nunc capitaneum nostri ligni. — *Capt. per* xxiii.

Capitaneus ligni ser Raphael de Goçe *ball.* xiiii remansit.

Die xiii augusti. In minori consilio. Radich Juryevich olim de Catharo factus fuit civis Ragusii, qui iuravit fidelitatem comuni Ragusii, et facere omnes factiones reales et personales: cum ista condictione, quod debeat venire et habitare et habere suum domicilium cum sua familia in Ragusio. — Qui Radich refutavit perpetuo citadinanciam Cathari.

Die xiiii augusti. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de scribendo nostris ambaxiatoribus quantitatem argenti accepti per dominum regem Bosne nostris mercatoribus, et de scribendo dictis ambassatoribus, quod debeant sequi eorum commissionem. *Capt. per* xx.

Prima pars est de ponendo Petrum notarium Cathari in sanctum Marcum. *Capt. per* xx.

Prima pars est de affrancando Colinum de Florencia a veniendo dormitum ad sanctum Marcum ad Ave Mariam, et quod vadat dormitum domum suam ad Ave Mariam *(cassum).*

Prima pars est, quod vadat omni sero dormitum ad sanctum Marcum, sicut ivit usque nunc ad Ave Mariam *(cassum).*

Prima pars est, quod Colinus de Florencia et Petrus olim notarius Cathari stent sicut stant. *Capt. per* x.

Prima pars est de concedendo brigantino Januensium, quod est in portu pro sua pecunia centaria tria biscotti. *Capt. per omnes.*

Die xv augusti. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de mictendo unam barcham capitaneo nostri ligni, quod discurrat usque Buduam et si inveniet barcham, que aduxit illuc de sale vel vacuam vel plenam, mictat in Ragusium. *Capt. per omnes.*

Die xvi agusti. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de non faciendo aliquam menam cum Jani Durachino super facto bladi. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo nostris ambassiatoribus Bosne, quod prius aptatis omnibus serviciis que habuerunt in commissione, supplicare debeant domino regi Bosne, quod si placeat sibi dare fidem et securitatem mercatoribus nostris Hungarie, pro facto lacte deposite per quendam Hungarum penes unum nostrum Raguseum in sancto Demetrio; que lacta postea fuit accepta violenter dicto nostro Raguseo per banum Sremie, qui dixit dictam lactam esse domini regis Hungarie. *Capt. per* xxi.

Die xvii augusti. In consilio rogatorum *ball.* xxiiii. Prima pars est de mutuando Niche de Bisantis nostro civi taleas pro suo navigio, sed dicendo ei prius, si poterit illud facere aduci in Ragusium sine taleis, quod aducat. *Capt. per* xv.

In minori consilio. Ser Martolo de Pone de Cathena fuit captum in minori consilio de solvendo pro lapidibus sue turris pro molendino sibi ablatis a nostro comuni.

Prima pars est de providendo ser Viti de Babalio pro suo salario duorum mensium in quibus superstetit laboreriis comunis, nunc existens capitaneus, de iperp. triginta.

Patronus barche magistri Johannis cirurgici fuit affrancatus in minori consilio, quod non vadat per nunc cum ligno, quia alio fuit sepe angariatus.

In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, ad addendum in commissione capitanei ligni, quod custodiat se et non descendat in terra, et quando vult aufferre de aqua mictat cum barcha ad recipiendum de aqua; quam barcham dictum parvum consilium sibi dabit. *Capt. per* xxi.

Die xviii augusti. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de mittendo unum de populo rogando Tvertchum Vleyevich, quod differat ad vendemiandum vineam Franusse uxoris ser Junii Bisti de Bona, quam habet ad Civitatem veterem. *Capt. per omnes.*

In minori consililo. Braychus de Nenada fuit factus ad eundum ad dictum Tvertchum.

Die xviiii augusti. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio ad respondendum

capitaneo Januensium in Jadra, super facto frumenti cochine Siculorum, prout ipsis melius videbitur expedire. *Capt. per* XVIIII.

DIE XX AUGUSTI. In consilio rogatorum *ball* XXIIII. Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, ad scribendum nostris ambassiatoribus pro facto vinee Frane uxoris de Bona. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo plegium nostrum comune pro Januensibus pro solvendo Siculis eorum frumentum, pro quo ipsi accipient mercancias ad eorum voluntatem. *Capt. per* XVII.

Prima pars est de faciendo dictam fideiussionem ad terminum quatuor mensium. *Capt. per* XVII.

Prima pars est de eundo ad magnum consilium die lune prox. fut. pro inveniendo pecuniam pro muniendo civitatem de blado. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo capitaneo nostri ligni armati per unam barcham, ut habeat bonam custodiam de se et dicto ligno per terram et per mare. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de respondendo Catharensibus, quod nos tenemus nostrum lignum ad honorem nostri domini et tenebimus illud donec placebit dicto domino nostro domino regi. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de solvendo frumentum Saragusanorum ad racionem grossorum XXX pro quolibet stario. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de restituendo Saragusanis cocchinam eorum cum omnibus suis corredis et coreis cum ista condictione, quod dent caucionem, quod non vadant ad terras inimicorum, prout scribunt locum tenentes domini generalis capitanei armate Januensium. *Capt. per omnes.*

DIE XXI AUGUSTI. In consilio rogatorum *ball.* XXIII. Prima pars est de restituendo Saragusanis eorum frumentum, quod habent in Ragusio cum ista condictione, quod vendant illud in fundico cum ordine cartulinarum, sicut venditur aliud frumentum; et de solvendo eis illud, quod deficiet eis ad racionem grossorum XXX pro stario, abbattendo illis ducat. XXXXV, quos ipsi debent dare Januensibus. *Capt. per* XVII.

DIE XXII AUGUSTI. In minori consilio. Ser Nicolaus Marini de Mençe, ser Blasius de Sorgo, ser Martholus de Thiodisio facti fuerunt officiales ad inquirendum et sciendum illos qui habent possessiones ecclesiarum in perpetuum, per quem modum contentarentur dare pecuniam in comuni, ut affrancarentur eorum possessiones et quantum darent.

DIE XXIII AUGUSTI. In consilio rogatorum *ball.* XX. Prima pars est de sequestrando in manibus tutorum illorum de Baraba, denarios quos debent recipere a Raynaldo de Stambertis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de deliberando post vendemias super facto debitorum Catharensium. *Capt. per* XIII.

Die xxvii augusti. In consilo rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de mittendo copiam povelie bani Stephani nostris ambassiatoribus qui sunt in Bossina. *Capt. per omnes.*

Die ii septembris. In consilio rogatorum *ball.* xxvi. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, ad scribendum domino bano Dalmacie, Januensibus, Regino Jadre et Matcho Nicolai medici prout ipsis videbitur expedire. *Capt. per omnes.*

Die vi septembris. In consilio rogatorum *ball.* xxiiii. Prima pars est de expediendo statim nostros ambassiatores ituros ad dominum Karolum de pace, et alios dominos de liga domini nostri regis. — *Capt. per* xxiiii.

Prima pars est de dando nostris ambassiatoribus sex famulos, inter quos sit unus coquus et expensor. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de dando dictis pro expensis suis et suorum famulorum omni die perp. iii; et si quid eis superfuerit debeat restituere nostro comuni *(cassum).*

Prima pars est de dando omni die perp. iiii. *Capt. per* xiii.

Prima pars est de dando cuilibet dictorum famulorum dictorum ambassiatorum pro toto itinere perp. v. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de expensis dictis ambassiatoribus pro uno mense et dimidio *(cassum).*

Prima pars est de dando pro duobus mensibus. *Capt. per* xiii.

Prima pars est de dando dictis ambassatoribus barchas cum quibus ibunt. *Capt. per* xiiii.

Prima pars est, quod debeant recessisse de Ragusio ad prosequendum suum iter usque per totum diem sabati prox. fut. *Capt. per* xi.

Prima pars est, quod dicti ambassiatores debeant ire ad suum viagium usque per totum diem Sabati, sub pena iperperos c pro quolibet ipsorum. *Capt. per* xiii.

Eodem die dominus rector precepit ambobus predictis ambassatoribus, videlicet ser Martholo de Todisio et ser Andree de Binçola, quod debeant ivisse in dicta ambassiata die Sabbati in supradicta parte contento sub dicta pena perp. c pro quolibet.

Prima pars est de dando cuilibet marinario dicte barche ip. v pro uno mense. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de aufferendo duc. aureos vic et perp. viic necessarios pro nostra ambassada et pro nostra galea armata a thesaurariis sancte Marie; qui denarii sunt scripti in sale, et quod ipsos scribantur iterum. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Ser Marinus Junii de Mençe, ser Jacobus de Mençe, ser Michael de Babalio fuerunt facti ad faciendum commissionem nostris ambassiatoribus.

Die vi septembris. In cousilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de confirmando commissionem factam dictis nostris ambassiatoribus. *Capt. per omnes.*

Capitaneus ligni Basellus Mathei de Basello *ball.* XIIII remansit.

DIE VIII SEPTEMBRIS. In minori consilio. Miserchus de Insula fuit factus caput barche cum qua debeant ire ambassiatores. Fuit habitus pro excusato.

DIE XIIII SEPTEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXII. Prima pars est de faciendo tres ad cogitandum et ordinandum dictas litteras. *Capt. per* XXI.

Ser Marinus Junii de Mençe, ser Jacobus de Mençe, ser Stephanus de Sorgo facti fuerunt ad cogitandum et ordinandum dictas litteras.

Prima pars est de confirmando litteram scriptam domino nostro regi Hungarie. *Capt. per* XVII.

Prima pars est de dando capitaneo ligni eligendo grossos IIII pro quolibet die quo stabit in servicio communis. *Capt. per omnes.*

Ser Basellus Marci de Basello *ball.* XI remansit capitaneus.

DIE X SEPTEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XVIIII. Prima pars est de prorogando terminum nostris ambassiatoribus ituris ad dominum ducem Karolum, et suos socios usque ad diem lune prox. fut. de mane. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Ser Give Marchi de Mençe et ser Junius de Çrieva facti fuerunt ad faciendum complere cuppas argenti et buchalia nostri comunis.

Luxa Jurgevich fuit factus, quod vadat pro capite barche ambassiatorum nostrorum.

DIE XI SEPTEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XVIII. Prima pars est de scribendo domino nostro regi pro facto littere quam nobis scripsit pro facto Catharensium, et de dando in commissione nostris ambassiatoribus, ut loquantur domino bano Dalmacie et Croacie supra dicto facto Catharensium. *Capt. per omnes.*

Procuratoribus ecclesie sancti Blasii fuit concessum, quod loco columpnarum possint ponere pilastra in dicta ecclesia, prout ipsis et prothomagistro dicte eclesie melius videbitur expedire.

DIE XIII SEPTEMBRIS. In consilio rogatorum *ball.* XXI. Prima pars est de dando denarios margarisii domini regis Bossine et Rassie, accipiendo ab ipso una bonam baccham.[1] *Capt. per omnes.*

Prima pars est de aufferendo de denariis quos debet dare ser Vita de Goçe, et illos mittere nostris ambassiatoribus pro expensis, qui sunt ad dominum regem Rassie. *Capt. per* XV.

Ser Junius de Çrieva et ser Marinus de Slavçe facti fuerunt ad recolligendum denarios margarisii.

In minori consilio. Prima pars est de providendo Juliano balistario ultra suum salarium de ducatis XX.

---

[1] vaccham.

Prima pars est de providendo magistro Johanni ciroyco pro sua barcha de perp. x.

Die xiiii dicti mensis. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de mictendo unum navigium in Apuliam pro ordeo, inde aducendo in Ragusium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de affrancando ferrum, quod possi vendit et extrahi de Ragusio.

Die xvii septembris. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de non recipiendo istam baccham[1] macram pro margarisio, set unam pinguem. *Capt. per* xi.

Die xviii septembris. In minori consilio. Prima pars est de concedendo cuppariis, quod possint mictere pro lignis ad insulam Melite, non obstante ordine contradictorio.

Die xxiiii dicti mensis. In minori consilio. Officiales super laboreriis comunis facti fuerunt extimatores lapidum molendini ser Martholi de Cathena.

Ser Clemens de Bona fuit factus consul et Pribil Usinovich cum Ostoia Usinovich iudices iuxta ipsum ad examinandum de homicidio Pauli Albanensis, et furto seu disrobacione et percussione factis Tichoe Perfçich, et de verbis que dixerunt iudices Narenti.

Die xxv septembris. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima pars est de mittendo ad bergantinum Januensium. *Capt. per* xx.

Prima pars est de mittendo unam barcham armatam. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod dicta barcha possit ire usque in Dulcinium pro inveniendo dictum bergantinum. *Capt. per omnes.*

Die xxvii septembris. In consilio rogatorum *ball.* xxvi. Prima pars est de faciendo tres qui debeant facere litteram mictendam nostris ambassatoribus, qui sunt apud dominum regem Bossine et Rassie. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Ser Michael de Babalio, ser Marinus Junii de Mençe et ser Jacobus de Mençe fuerunt facti ad faciendum dictam litteram.

Die xxviii septembris. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima parst est de confirmando litteram factam nostris ambassiatoribus de Bossina. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Oborche et Michoe mercatoribus de Hungaria fuit facta gracia, quod possint extrahere de Ragusio duas salmas olei.

---

[1] vaccham.

Mercatoribus qui vadunt nunc in Hungariam fuit captum, quod non sit eis preiudicium si debent solvere duo vel tria pro c.

Apulis qui aduxerunt nuper cicera in Ragusio fuit facta gracia, quod possint extrahere unum miliare pecole de Ragusio.

Officiales novi facti de mense Septembris in anno domini MCCCLXXVIIII.

v Iudices curie maioris: Ser Blasius de Babalio, ser Jacobus de Mençe *(loco sui* ser Martholus de Todisio). ser Jacobus de Sorgo, ser Marinus de Bodaça *(l. s.* Marinus de Slavçe die xxvi Octobr.), ser Johannes de Grede.

v Consiliarii parvi consilii: Ser Michael de Martinussio (Nicolaus de Georgio die iii Nov. *l. s.)*, ser Marinus de Crosi, ser Marinus Petri de Boçignolo *(l. s.* ser Simon de Bona), ser Lucas de Bona *(l. s.* ser Nicola Marini Nicole de Goçe), ser Petrus de Saracha.

v Advocati curie maioris: Ser Marinus Junii de Mençe, ser Michael de Babalio, ser Marinus de Ragnina, ser Marinus Martoli de Boçignolo, ser Nicola de Gondola.

Vicarius: Ser Savinus de Getaldo.

Milites: Ser Mathe de Ragnina, ser Marinus Lampre de Mençe *(l. s.* ser Marinus de Çeria die x Januarii).

Advocati comunis: Ser Petrus de Gondola, ser Johannes de Bona.

Camerarii: Ser Lampre de Çrieva, ser Andreas de Volçe (ser Çiuchus quondam Blasii de Mençe die ultimo Augusti).

Advocati parve curie: Ser Marinus de Çreva, ser Mathe de Mençe.

Super laboreria: Ser Nicolaus Marini de Mençe, ser Paulus de Gondola, (ser Blasius de Sorgo die ultimo Junii, ser Jacobus de Gondola die ultimo Januarii).

Ceccarii: Ser Michael de Luccaro, ser Unuce de Martessa, ser Nicolaus Marini Nicolai de Goçe.

Massarii comunis: Ser Petrus de Benessa (ser Stephanus de Luchari die ultimo Octobris), ser Blasius de Sorgo, ser Volçe de Babalio.

Salinarii: Ser Çive Mathei de Mençe, ser Jacobus de Gondola.

Dohanerii dohane maioris: Ser Çive de Volçe, ser Valchus de Resti, (ser Andreas Dobre de Binçola die viii Aprilis), ser Marinus Martholi de Boçignolo, (ser Marinus de Bodaçia die xxi mensis Madii), ser Clemens Marini de Goçe.

Dohanerii sindici: Ser Nicolaus de Georgio *(l. s.* ser Helias de Saracha die iii Novembris), ser Lampre de Sorgo, ser Nicolaus de Poça, (ser Maleus de Proculo die ultimo Augusti).

Iusticiarii: Clemens Vite de Goçe, ser Matheus Grube de Mençe, ser Andreas Sime de Binçola, ser Ruschus de Saracha, ser Çive de Poça. *(l. s.* ser Pasqua de Resti die viii Aprilis).

Supra arma: Ser Michael de Mençe, ser Giuchus de Caboga, *(l. s.* ser Marinus de Calich, die vi Febr., *deinde* Andreas de Ragnina die xxvi Octobris).

Supra pondus farine: Ser Nicolaus Marci de Mençe, ser Mathe Nicolai de Mençe, ser Marinus de Çreva. Et duo ipsorum ad minus debeant stare ad pondus sub pena iperperor. v pro quolibet et pro qualibet vice.

Procuratores Crome: Ser Clemens Marini de Goçe, ser Marinus Martholi de Boçignolo.

Missitte: Ser Mathe Nicolai de Mençe, ser Laurencius de Mençe, Milçe Vendirame.

Scribanus dohane: Ser Matheus de Grede.

Die xi octobris. In minori consilio. Ser Çive Mathei de Mençe fuit factus procurator s. Blasii.

Die xviiii octobris. In minori consilio. Ser Mathei Nicole de Mençe fuit factus ad recolligendum introitum gabelle sancte Marie.

Rogatorum: Ser Nicola de Marin de Mençe, ser Jacobus de Sorgo, ser Marinus de Slavçe, ser Johannes de Grede, ser Nicolaus de Georgio, ser Marinus de Crosi, ser Symon de Bona, ser Nichola de Goçe, ser Piero de Saracha, ser Johannes de Bona, ser Blasius de Sorgo, ser Marinus de Ragnina, ser Çive de Volçe, ser Ruschus de Saracha, ser Marinus Martholi de Boçignolo, ser Marinus Junii de Mençe, ser Petrus de Gondola, ser Jacobus de Mençe, ser Stephanus de Lucari, ser Matehus de Georgio, ser Clemens Marini de Goçe, ser Marinus de Bona, ser Lampre de Sorgo, ser Martholus de Çrieva, ser Nichola de Gondola, ser Marinus de Bodaçia, ser Andrea Dobre de Binçola, ser Jacobus de Gondola.

Die xxviii septembris. In minori consilio. Bratoslavus Pruseç factus fnit guardianus castri sancti Laurencii; qui iuravit fideliter custodire, et debet habere salarium sicut habent alii custodes dicti castri.

Die ultimo septembris. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de mutando custodiam civitatis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo sex dominos noctis, quorum duo debeant facere custodiam omni nocte, cum aliis scaravardiis more consueto, videlicet xx hominum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando stipendium c stipendiariis, qui debeant custodire per postas civitatis. *Capt. per omnes.*

Die primo octobris. In minori consilio captum fuit, quod camerarii comunis a modo in antea non audeant scribere aliquam solucionem in dohana vini nisi medicis et cancellariis cum licencia domini rectoris, et aliis non possint scribere sine licencia parvi consilii, sub pena iperperor. quinque pro quolibet camerario et pro qualibet vice.

Ceccariis fuit data licencia, quod possint dare fidem et concordare se cum Philippo aurifice pro debito fideiussionis, quod debet dare nostro comuni.

In consilio rogatorum *ball.* xxiiii. Prima pars est de disarmando nostrum lignum et adtrahendo ipsum in terra. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de intromittendo nos ad habendum castrum Cathari. *Capt. per* xiii.

Prima pars est, quod arbitrium parvo consilio ad faciendum tres provisores, ut debeant providere et invenire modos per quos poterimus habere dictum castrum, et debeat illos cras de mane reducere ad istud consilium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mutando custodiam sancti Laurencii. — *Capt. per* xxiii.

Prima pars est, quod omni nocte debeant custodire in castro sancti Laurencii v homines, qui non possint dare excambium pro ipsis, et quod domini noctis debeant mittere de Ragusio omni sero ad custodiam dicti castri unum bonum hominem plebeum de illis qui custodiunt cum ipsis per tepseram et non per stipendium: qui plebeus omni mane debeat se presentare coram domino rectore sub pena grossorum sex pro qualibet vice ad significandum, si dicti v custodes de Gravossio fuerunt aut non in custodia dicti castri, et duo custodes dicti castri stent sicut stant. — *Capt. per omnes.*

Prima pars est de affrancando Colinum de Florencia, quod non dormiat in castro cum ista condicione, quod intret et stet continue in domo de sero ad sonum Avemarie, et non exeat inde usque ad sonum custodie, sub pena quam habebat stando in castro in sancto Marco. — *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Prima pars est, quod a modo in antea cancellarii, quando scribent vel tenebunt libros apertos ad querendum scripturas, non debeant permittere aliquem sedere prope ipsos nec stare ad videndum scripturas, que racionaliter non possint videri a personis ad quas non spectant, sub pena iperp. v pro quolibet contrafacturo, tam pro cancellario, quam pro alio huic ordini et pro qualibet vice. Et si cancellarius non dixerit illi, ille non incidat ad penam.

Die iiii octobris. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de confirmando commissionem factam pro occupacione castri de Catharo. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mictendo unum nostrum nobilem pro istis serviciis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mictendo unum plebeum *(cassum).*

Die v octobris. In minori consilio. Prima pars est de faciendo graciam presbitero Ratcho prothovestiario domini regis Bosne et Rassie, quod possit extrahere pro dicto domino rege salmas duas olei.

Prima pars est de dando arbitrium domino rectori, quod possit dimittere duo staria et usque ad tria staria olei, pro nobilibus hominibus Bosne et Sclavonie.

Die VIII octobris. In consilio rogatorum *ball.* XX. Prima pars est, de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio ad mictendum unam barcham armatam cum litteris destinandis domino capitaneo generali et Matcho magistri Nicole, nostris ambassiatoribus et capitaneo nostre galee armate, domino bano Dalmacie et Croacie et capitaneis existentibus in Jadra. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mictendo unum nostrum plebeum cum nostro ligno armato usque in Durachium pro facto barcharum nostrarum, que Duracini fecerunt arrestare. *Capt. per* XVIII.

Prima pars est de dando de salario et pro expensis oris sui et sui famuli omni die gross. VIII. *Capt. per* XVIII.

Prima pars est de accrescendo penam ultra penam statuti plebeo mictendo. *Capt. per* XII.

Prima pars est de ponendo penam iperp. L dicto plebeo mictendo. *Capt. per* XII.

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio ad eligendum dictum plebeum et facere commissionem et expediendum dictum plebeum, et faciendo omnia et singula in premissis, que istud consilium rogatorum facere posset. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Give Longus fuit factus ad eundum in Durachium.

Die XI octobris. In consilio rogatorum *ball.* XX. Prima pars est de aufferendo perp. XXXVI a ser Luca de Bona et residuum de ducatis L qui sunt in camera, pro mictendo expensas nostris ambassiatoribus qui sunt ad dominum regem Rassie, et de solvendo custodibus ignis et fumi. *Capt. per omnes.*

Die XIII octobris. In consilio rogatorum *ball.* XXI. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, ad respondendum ser Clementi de Goçe nostro procuratori de Catharo super serviciis illi commissis, prout dicto consilio videbitur expedire. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Prima pars est, quod a modo in antea ducatus non possit accipi a venditoribus salis nostri comunis nisi pro gross. XXX et infra.

Die XIIII octobris. In consilio rogatorum *ball.* XXI. Prima pars est de prosequendo illud, quod est inceptum super facto castri Cathari. *Capt. per* XI.

Die XV octobris. In consilio rogatorum *ball.* XX. Prima pars est de mictendo pro casneç nostri comitatus et emendando cartulinas. *Capt. per* XVII.

Prima pars est de faciendo tres ad inquirendum et examinandum, quis frangit credencias istius consilii. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo nostris ambassiatoribus qui sunt ad dominum regem Rassie, quod non recedant ab eo sine nostro mandato nisi

ipse iret in Bossinam, et quod quidquid habebunt ab ipso debeant nobis significare. *Capt. per omnes.*

Ser Nicolaus Marini de Mençe, ser Çive de Volçe, ser Jacobus de Mençe fuerunt facti inquisitores.

Ser Junius de Sorgo, ser Michael de Lucaro correctores cedularam Pribilli de Carano.

Ser Nicolaus Marini de Mençe, ser Michael de Babalio correctores cartularum comitatus Omble, Malfi et Gravossii.

Die xvii octobris. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de scribendo nostris ambassiatoribus, qui sunt ad dominum regem *(cassum).*

Prima pars est de mictendo litteram quam miserunt nostri mercatores de Sreberniça, nostris ambassiatoribus qui sunt apud dominum regem Rassie, scribendo dictis ambassiatoribus, quod loquantur pro ipsis dicto domino regi; et de respondendo dictis mercatoribus, quod nos scripsimus pro eis nostris ambassiatoribus qui sunt ad dictum dominum regem. — *Capt. per omnes.*

Die xx octobris. In minori consilio. Prima pars est de restituendo ser Andree de Sorgo pignora que ipse dedit comuni pro facto Pauli Clappovich cum ista condicione, quod de primis denariis qui recuperabunt de dicta robaria, quam fecit Karolus, debeat restitui comuni ille expense quas fecit pro ista occassione.

Die xx octobris. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de mictendo duos homines de Ragusio, unum ad Pribillum, et alium ad exercitum domini regis, qui dicitur, quod venit contra nostrum comitatum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo venire in Ragusium familias cum rebus omnium nostrorum rusticorum comitatus Breni. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo illos venire statim. *Capt. per* xiii.

Prima pars est, quod capitanei generales cum sex dominis de nocte debeant custodire ista nocte proxima futura. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod debeant custodire ista nocte persone c ultra custodes assuetos. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando libertatem parvo consilio pro facto bestiaminis recipiendi intra ad civitatem. *Capt. per* xviii.

In consilio minori. Brayan de Nenada fuit electus ad eundum et standum cum Pribillo de Canali.

Mirinchus Bratoslavich fuit electus ad eundum ad exercitum domini regis.

Die xxiii octobris. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de restituendo barcham assecuratam per illo de Trano *(cassum).*

Prima pars est de non restituendo illam, quia ipsam habemus de bona guerra. *Capt. per* xv.

Die xiiii octobris. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de affrancando Catharenses quos misit heri capitaneus nostri ligni. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo reparari domum ser Petri de Gondola de dampno illi facto in ista presenti guerra. *Capt. per* xvi.

Prima pars est de scribendo ser Clementi de Goçe, quod si non fecit aliquid de facto castri Cathari, quod veniat in Ragusium. — *Capt. per* xii.

Prima pars est de faciendo venire in Ragusium Matheum magistri Nicole medici de Jadra. *Capt. per omnes.*

Die xxv octobris. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de mictendo unum nostrum civem ad dominum regem Bossine, pro recuperando et recipiendo argentum, quod nobis restituere promisit. — *Capt. per omnes.*

Prima pars est de induciando ad faciendum electionem usque ad cras de mane. *Capt. per* xi.

Die xxvi octobris. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima pars est de induciando ad mictendum nostrum nuncium ad dominum regem Rassie. *Capt. per* xx.

Prima pars est de dando Pasche de Mençe pro viagio, quod fecit pro nostro comuni ad dominum nostrum regem omni die pro expensis suis et sue comitive cum equis gross. xxx. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de providendo dicto Pasche de suo labore. — *Capt. per* xx.

Prima pars est de providendo dicto Pasche pro suo labore de duc. xx. *Capt. per* xxii.

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio ad faciendum racionem et solvendum mercatoribus pro mutuo, quod fecerunt dicto ser Pasche et faciendum solvi de bonis dicti Pasche, si aliquid deficiet. *Capt per omnes.*

Prima pars est de scribendo unam litteram ser Clementi Marini de Goçe, quod statim recepta dicta littera veniat statim in Ragusium. — *Capt. per omnes.*

Prima pars est de donando domino regi Rassie libras viii pulveris pro bumbardis. *Capt. per* xxii.

Prima pars est de mutuando seu concedendo vel donando alicui nostro de bumbardis comunis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando libertatem parvo consilio ad respondendum nuncio Tvertchi Vlayovich, ad respondendum et ordinandum pro facto Merye prout fuit hic arengatum. *Capt. per omnes.*

Die xxviii octobris. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio ad respondendum ambassiatoribus domini bani Dalmacie et Croacie per modum hic arrengatum. *Capt. per omnes.*

Die xxx octobris. In minori consilio. Prima pars est, quod libram candellarum sepi a modo in antea nulla persona possit vendere ultra follaros xx, sub pena iperperorum . . .[1] pro quolibet contrafaciente et pro qualibet vice.

In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de dando libertatem parvo consilio ad respondendum domino regi Rassie super tenore littere quam nobis misit.

Die ii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de mittendo ad exercitum domini regis Bosne Brayanum de Nenada, cum illis pulcrioribus verbis que videbuntur ei comittenda per minus consilium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est, quod si dictus exercitus regis Bosne vellet disrobare nostrum comitatum et ipsi Brayano de Nenada cum Pribilo de Charana videretur, posse resistere cum hominibus nostri comitatus dicto exercitui, quod non permittant disrobare dictum nostrum comitatum, sed debeant resistere dicto exercitui. Et quod ipsi Brayanus et Pribilus debeant facere venire Ragusium ad manus dominii totum bestiamen tam minutum quam grossum, quod est in dicto nostro comitatu. *Capt. per omnes.*

Die iii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, ad respondendum çuppano et voyvode exercitus domini regis Bossine, et faciendum ambassiatores, et mictendum ad alios, cum illis verbis que fuere hic arrengatum, et dicto consilio videbuntur expedire. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Ser Stephanus de Sorgo, ser Petrus de Saracha, ser Matheus de Georgio facti ad eundum ad voyvodam et çuppanum exercitus domini regis Bossine.

Die iiii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio ad aptandum discordias istorum Sclavorum de Tribunio disrobatorum a Merya Tudiellinovich et suis hominibus per meliorem modum qui ipsis videbitur expedire, si poterunt, et si non poterunt, quod veniant ad istud consilium rogatorum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo reverti nostra animalia que sunt circa civitatem ad nostrum districtum. *Capt. per omnes.*

Die vii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de dando fidem Manstriolo qui moratur Cathari, quod veniat in Ragusium, quando significabimus illi. *Capt. per omnes.*

Die viii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima pars est de dando tributum duorum millium iperperorum Tvertcho Vlayevich, nomine domini regis Rassie et Bossine recepturo. *Capt. per* xxi.

---

[1] Numerus deest.

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, ad respondendum Tvertcho Vlayevich, per modum qui fuit hic arrengatus.

Die viii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, ad respondendum Catharensibus, per modum qui fuit hic arrengatus. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo unum donum Tvertcho Vlayevich ambassiatori domini regis Bossine. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de faciendo donum dicto Tvertcho bovem unum valoris xx ducatorum. *Capt. per* xviii.

Prima pars est de faciendo donum valoris iperp. x Grubaçio socio Tvertchi. *Capt. per* xviii.

Die x novembris. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, ad respondendum Tvertcho Vlayevich supra sua peticione, videlicet quem modum debet tenere, si aliquis vellet illum vel suos homines adgredi in nostro comitatu. *Capt. per omnes.*

Die xiii novembris. In minori consilio. Maroe Pasquich fuit ellectus supracomitus nostri ligni armandi.

Die xiiii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de mittendo ad dominum regem Rassie pro recuperando argentum nostrorum mercatorum ab ipso nobis promissum ad restituendum. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mittendo unum plebeum cum pena. — *Captum per* xvii.

Prima pars est de accrescendo penam ultra penam statuti plebeo eligendo. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de tastando presbiterum Marinum de Dulcinio si voluerit ire, *Capt. per* xvi.

Prima pars est de dando libertatem capitaneis generalibus, quod faciant reportare arma ad postas civitatis et possint precipere, quod recipiantur arma per domos. *Capt. per omnes.*

Die predicto. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de dando presbitero Marino nostro nuncio ituro ad dominum regem Rassie et Bossine famulos duos equites, unum cursorem, equos quatuor, gross. xvi omni die pro expensis et iperperos x, ut emat de rebus ad donandum parte sua. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de aufferendo de denariis salis iperp. cxx pro expensis dicti presbiteri Marini. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando plenam libertatem domino rectori et parvo consilio, ad faciendam commissionem et expediendo et mictendo dictum presbiterum Marinum. *Capt. per omnes.*

Die xviii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxiiii. Prima pars est de faciendo disarmari nostram galeam. *Capt. per omnes.*

Die xx novembris. Magister Franciscus pavesarius recessit de Ragusio et ivit Spaletum, et fuit reversus die ii Decembris.

Die xxii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de dando libertatem parvo consilio, inveniendi unum equum pro equitacione presbiteri Marini, vel per sortem vel per empcionem. — *Capt. per omnes.*

Die xxiii dicti mensis. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima pars est de deliberando nunc super facto equi illorum Subçi, qui equus fuit arcatus. *Capt. per* xii.

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et suis iudicibus, quod ipsi possint tenere omnem modum qui ipsis melior videbitur, et placebit eciam transeundo statuta super facto dicti equi. — *Captum per ball.* xvi.

Die xvi novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de faciendo aptari statim nostram galeam. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de faciendo tres ad inveniendum modos, per quos poterit habere pecuniam pro armanda nostra galea. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de mictendo pro nostris ambassiatoribus qui sunt in Padua, ut veniant in Ragusium. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo dictis ambassiatoribus, quod veniant Ragusium per meliorem et securiorem modum, qui ipsis videbitur et placebit. *Capt. per omnes.*

Die xxviiii novembris. In consilio rogatorum *ball.* xx. Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, ad mictendum unum hominem ad nostrum lignum, et mictendum lignum si oportebit pro complendis aliquibus negociis civitatis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de recipiendo mutuo a ser Luca de Bona ducatos ducentos in argento, mictendos nostris ambassiatoribus; cum ista condicione, quod scribantur sibi in sale comunis, in ratione denariorum quondam regis Volcassini. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de dando libertatem domino rectori et parvo consilio, ad mictendum unum plebeum pro nostris ambassiatoribus, qui sunt in Padua, et ponendum sibi penam et penas, et providendum sibi de salario, et faciendum sibi commissionem et expediendum ipsum, sicut istud consilium rogatorum facere posset in omnibus et per omnia. *Capt. per omnes.*

In minori consilio. Prima pars est, quod quelibet barcha descoperta, que veniet de viagio in Ragusium, teneatur semel in mense ire Gravossium, ad adducendum inde in Ragusium unum onus lapidum et sabionem pro laborerio comunis.

Sriedan Chranislavich fuit electus, quod vadat ad nostrum lignum armatum.

Marcus Juroevich de Calamota fuit electus ad eundum cum pecunia ad nostros ambassiatores.

Die ultimo novembris. In consilio rogatorum *ball.* xxiii. Prima pars est de dando plenum arbitrium domino rectori et parvo consilio, ad scribendum litteras nostris ambassiatoribus venturis in Ragusium, domino capitaneo generali armate Januensium, domino Padue et domino bano Dalmacie et Croacie per illum modum hic arrengatum, prout ipsis melius videbitur expedire. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de addendo nostris ambassiatoribus, ut subditi domini nostri regis tractentur in Veneciis sicut tractantur Veneti in suo regno Hungarie. *Capt. per* xiii.

In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de mittendo nostrum lignum armatum ad navigium, quod apparet in pellago. *Capt. per* xvi.

In minori consilio. Ser Jacobus de Prodanello fuit factus dicti ligni capitaneus.

Die primo decembris. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de non mittendo galeum ad istud consilium, quod oportet in pellago. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo capitaneo generali, quod possumus illos munire de cantaris iic vel circa biscotti pro ipsorum denariis. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo dicto capitaneo et nostris ambassiatoribus, quod emant de clovis pro coraciis duc. xx. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de scribendo nostris ambassiatoribus, quod debeant invenire et salariare pro uno anno ad salarium nostri comunis unum balistarium ianuensem, si poterint habere pro illo salario, quod ipsis videbitur, et si non poterint habere ianuensem inveniant alium balistarium de gente nobis non suspecta. *Capt. per omnes.*

Die ii decembris. In minori consilio. Prima pars est de scribendo Lipparello speciario de Anchona, quod nos volumus recipere ipsum ad sallarium nostri comunis pro duobus annis, dando sibi omni anno ducatos sexaginta et domum sue habitacionis et stacionem condecentes, et quod inveniat barcham ad nostras expensas causa veniendi et aducendi suas res Ragusium.

Die vi decembris. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio de respondendo Grubaço domini regis Bosne. *Capt. per omnes.*

Prima pars est de accipiendo de dohana vini, de denariis laborerii sancti Blasii perperos liiii pro solvendo singulo mense custodibus ignis.

Prima pars est de scribendo dictos denarios qui accipientur procuratoribus sancti Blasii, ad salem cum ordine. Et quod deinceps laboret solum protomagistrum sancti Blasii cum duobus famulis tantum. *Capt. per* xi.

Die x decembris. In consilio rogatorum *ball.* xxii. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, ad faciendum litteram credencie et commissionem ser Junio de Sorgo ituro ad patriarcham Rassie, prout dicto consilio videbitur expedire. *Capt. per* xv.

Prima pars est de providendo Johanni de Novaria olim notario Cathari incarcerato. *Capt. per* xxi.

Prima pars est de providendo sibi de iperp. tribus omni mense. — *Capt. per* xiiii.

Die xiii decembris. In consilio rogatorum *ball.* xxi. Prima pars est de dando arbitrium domino rectori et parvo consilio, ad respondendum dominio Cathari pro facto Raynaldi de Stambertis, prout ipsis melius videbitur expedire. *Capt. per* xx.

Die xiiii decembris. Copia littere hic registrate de mandato domini rectoris ser Andree de Sorgo, et consilii rogatorum ad peticionem Raynaldi de Stambertis.

